BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
26 H
4

Digitized by Google

Vf 18

Digitized by Google

S.VII.16.

Digitized by Google

8.26.H.4

LAVRENTII SCALABONII RAVENNATIS IN ADVENTVM DOMINI.

Digitized by Google

Digitized by Google

MYSTICVS CÆLESTIS SPONSI THALAMVS,

SIVE

ORNAMENTA, ET PREPARATIONES FIDELIS POPVLI
Ad ſuſcipiendum piè, deuotèque Chriſtum Dominum in eius
Natali Sanctiſſimo,

Quę iuxta ipſius Domini Aduentus Euangelia perbellè ſeliguntur faciendę.

AVCTORE R. P. F. LAVRENTIO SCALABONIO
Rauennate Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, & Sacrę
Theologię Magiſtro.

Cum Indice Quadruplici locupletiſſimo, Dierum videlicet Feſtorum, locorum Communium, Diuinę Scripturę, & Rerum Notabilium.

CVM PRIVILEGIO.



RAVENNÆ M. DC. XL.

Ex Typographia Petri de Paulis, & Ioannis Baptiſtę Ioannelli Impreſſorum
Cameralium, & Archiepiſcopalium. *Cum licentia Superiorum.*

S. Mariæ in Porticu in Campitello

Ex lib. Bibliothecæ nostræ relictæ ex legato Ill.mi ac R.mi D. Augustini Franciotti Archiep. Trapez.

Digitized by Google

Digitized by Google

IESV CHRISTO
DEI OMNIPOTENTIS, AC BEATISS. VIRG. MARIÆ FILIO

Iacenti in Præſepio opuſculum hoc omni, qua poteſt humilitate maiori, ac reuerentia ſupplex Auctor veniam, & benedictionem petens, dicare audet.

ALTISSIME vniuerſorum Princeps, & clementiſſime Ieſu Chriſte, ego miſerrimus peccatorum, & ſeruulus nequam tuus audeo cernuus, venio tremulus, accedo genuflexus cum pijs Paſtoribus, & Magis Regibus ad incunabula tuę excelſę Maieſtatis, ad ſolemnia tui Sanctiſſimi Natalis; cum eis, vt valeo, acclinis offero tibi Ouem, Aurum, Thus, & Myrrham; Ouem Animam meam, quam dediſti mihi, Aurum veri cultus, Thus pię deuotionis, & Myrrham verę compaſſionis. Te fateor Creatorem animę meę, & eius Reparatorem natum hominem Deum adoro, veneror, imploro, & compatior paruulo ad paſſionem, ac necem exorto, vt viuificetur, & glorificetur, quem tu, Deus, plaſmaſti, homo. Suſcipere, quæſo, munuſculum hoc ne dedigneris, meę licet indicium ruditatis, ſed pignus fideliſſimę ſeruitutis. Aſpice, pientiſſime Domine, animam meam plurimum quantumuis ſordidam, hoc attamen in opuſculo frequenter de te ſingulari pietatis cultu meditantem, & loquentem, quamquam humillimo, ac debillimo ſermone; & eam vt ſubleues, dirigaſque omni conatu maiori deprecor. Sic in primo Aduentu tuo te, Domine Cæli, ac terrę, ore, manu, corde fateri, venerari, ſuſcipere fideliter, ſacramentaliter in me tuo myſtico

Thalamo,

Thalamo, minus tamen ſatis præparato, ſtudioſiſſimè opto; ſperans, rogans tuo quoque me in Aduentu altero a te ſuſcipiendum, & inter oues à dextris tuis collocandum. Accedo autem tamquam infirmus ad Medicum vitę, immundus ad fontem miſericordię, cæcus ad lumen claritatis æternę, pauper, & egenus ad Dominum Cæli, & terrę. Tua creatura ſum, opus manuum tuarum ne deſpicias: Creator es, recrea me: Ad te clamo, Reparator es, viuifica me: in te reſpiro, conſolator es, adiuua me. O dulciſſime Domine Ieſu Chriſte de tuę humilitatis præſepe, de tuę Matris immaculatę ſinu Caſtiſſimo, de vlnis eius puriſſimis ſuſcipe me, plenum licet maculis, tua tamen benignitate diluendis. Exorna animam meam virtutum, & meritorum tuorum gemmis, vt cum in dierum nouiſſimo Iudex adueneris, tua gloria me munerari digneris. Interim ego, & omnes tui fideles in Eccleſia tua ſancta ad Patrem tuum omnipotentem ſimul exorantes, ac deprecantes eius pietate freti dicere non timemus.

Deus, qui nos Redemptionis noſtrę annua expectatione lætificas, præſta, vt vnigenitum tuum, quem Redemptorem læti ſuſcipimus, venientem quoque Iudicem ſecuri videamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula ſæculorum.

A D

AD PIVM LECTOREM AVCTOR.

ILLVD vnum (amantiſſime Lector) in hoc meo libello præcipuè faciendum intendo, nimirũ, vt benè diſponatur, & præparetur fidelis homo ad meritoriè ſuſcipiendum Chriſtum Dominum in eius Natali Sanctiſſimo. In cuius rei tractatione, ac lectione tria paſſim præcipuè poteris adreperire, nempe aduerſus peccatores minas, vt à delictis conſurgant: tribulatorum conſolationes, vt animo firmentur: atque demum Diabolo, & eius vniuerſis tentationibus reſiſtentias, ne perfidus fideles noſtras præparationes has faciat impedimento caſſas. Ne verò peccator animo perdatur, excitantia ad pænitentiam ſub audiendo multa, ſpei magnę, & fiducię in ipſo Chriſto Domino habendę ſolamen adhibetur. Quemadmodum olim in Domini templo, ne vocibus multis occidendarum victimarum illuc intrantes nimis perterreſierent, ibi tubas, ſimiliaque inſtrumenta ſonare iuſſum erat. In Eſculapij templo hinc inde ad parietes, & columnas appendebantur tabellę, in quibus antidota, & remędia multa ad varias ægrotorum infirmitates ſanandas ſcripta legebantur; ſic & ego actitare imitando præſumpſi, nonnullas videlicet præparationes, & earum modos hoc in opuſculo deſcripſi, cuique ſuã iuxta neceſſitatem ſummendas, & ſibi omni modo meliori applicandas.

Demum ad propoſitum conſiderato quod Mytologię profeſſores ferunt, Palladem ſcilicet exortam fuiſſe armatam, vt quoſque eam aduerſus inſurgentes, quamque læſionem ei affere tentantes, expelleret, & expulſos perderet; ſic & ego rectas præparationes has adhibui, quibus velut tot fidiſſimis armis offenſiuis, atque diſenſiuis homo fidelis communiatur ad reſiſtendum Diabolo impeditori peſſimo, & eius vniuerſis tentationibus, vt Chriſti populus fidelis ſic bene paratus, ſacramentaliter, & meritoriè in animarum Thalamo dilectarum ipſum Reparatorem optimum ſuſcipere valeat, à quo tandem ipſe ſuſceptor fidelis, deuotus ſuſcipiatur in cæleſtibus, æterna gloria munerandus.

Interea hæc ſi paſſim legendo quid genio tuo accommodatum inueneris, mihi periucundum erit; ſin autem, meam inculpando ruditatem conſuetam, excuſatum habeas. Ego prout valui, & quatenus mea pro ſalute, deuotioneque ſic diſponere quæſiui, hæc pauca, facilia, moralia ſcribere ſic non erubui, non contempſi: bene ſemper in eorum, atque ſimilium compoſitione me Domino Deo toto corde commendaui, cui ſemper laus, honor, & gloria; tibi verò ſalus, & vita hæc ſine querela; poſt hæc autem in cæleſtibus felicitas ſempiterna. Vale.

Potiſsima cauſa, vnde Auctor ipſe motus ad hæc ſcribenda ſit, & in lucem danda permiſerit.

EA fuit apud Hebræorum Antiquitatem conſuetudo, & mos, referente id etiam Reuerendiſſimo Patre Magiſtro Furtunato Auguſtiniano, Apoſtolici Sacrarij Præfecto in ſuo Myrothecio tom. 1. cap. 52. ne ſcilicet Reginę, niſi per ſex menſes vnguento, ac fortè myrthino vngerentur, ingreſſum ad Regem ipſum habere poſſent. Hinc illa, quamuis dilecta precans ſibi talem acceſſum dari, exorabat dicens. Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. Cant.c. 2. *Vbi conſideranda Textus Græci lectura.* Confirmate me vnguentis. *Cupiens ex eo vnguento, vel oleo ſe inungi, ſuauem fieri, vt poſſet introduci. Benè autem id efflagitabat, quod non ex ſe habere, ſed ex ipſius Regis Cellario vngentum illud deſumi optime ſciebat. Rex Regum Chriſtus Dominus, Cæleſtis Sponſus, ad quem in Sanctiſſimo Altaris Sacramento accedunt ſumendum in ſe omnes animę iuſtę, quaſi tot Reginę. Quamobręm operepretium eſt, vt vnguento prætioſo prius vngantur, hoc eſt, debitis præparationibus diſponantur. Quod ego ipſe idem Auctor qui ſupra pariter exoptans fieri, ex Cellario Domini, ex Eloquio Sacro Euangelij vaſculum hoc, nempe Opuſculum eis collegi plenum, non ægrè ferens in lucem dari, vt ſit iuuamen populo fideli.*

Digitized by Google

Magiſter Fr. Hippolitus Montius Finalenſis Ordinis Eremitarum Sancti Augu ſtini Prior Generalis.

Reu. nobis in Chriſto Patri Magiſtro Fr. Laurentio Rauennati Prouinciæ Romandiolæ eiuſdem Ordinis, ac Voti S.

TIBI, vt opus inſcriptum (*Myſticus Cælæſtis Sponſi Thalamus, ſiue ornamenta, &c.*) à te lucubratum, & à Patribus ſpecialiter ad id deputatis recognitum, & approbatum Typis dare valeas, quantum ad Nos ſpectat, & ſeruatis ſeruandis, tenore præſentium, & Noſtri muneris authoritate, facultatem damus. Dat. Romę 30. Iunij 1640.

Fr. Hippol. Montius Gen. S. Auguſt.

Noſtri muneris firmatę ſigillo.

Loco ✠ Sigilli.

Regiſtratę Lib. 3.

DE mandato Eminentiſſimi, ac Reuerendiſſimi D. D. Aloyſij Cardinalis Capponij Archiepiſcopi Rauennę, maiori, qua potui, diligentia, ego Sebaſtianus Tizzonus Canonicus vidi opus, cui Titulus (*Myſticus Caleſtis Sponſi Thalamus*) ab Admodum Reueren. Patre Magiſtro Laurentio Scalabonio Rauennate conſcriptum, & nihil reperi, quod non redoleat ſummam cum ingenti animi pietate ſcientiam, quod Catholicę Fidei, rectiſque moribus non ſit quam maxime conſentaneum, quare dignum exiſtimo quod ob communẽ vtilitatem Typis mandetur, ſi Reuerendiſſimo Domino meo Vicario videbitur. Die 6. Ianuarij 1635.

Ego Sebaſtianus Tizzonus Canonicus.

Imprimatur.
H. Serugus Vic. Gen.

MYSTICVM hunc Thalamum ab Admodum Reueren. Sacrę Theologię Magiſtro P. Laurentio Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Rauenn. conſtructum, ego infraſcriptus iuſſu Admod. Reueren. Patris Petri Angeli Lectoris Vic. Sancti Officij ſerutatus, nihil in eo inueni, quod cuiuſquam pium offendat affectum, immo quod recte inſtituendis moribus prodeſſe valeat, reperi, vnde communi hominum conſpectu dignum cenſeo. Rauennę ex Monaſterio Sancti Sebaſtiani XII. Kal. Februarij 1635.

Fr. Ioſeph Ordinis Seruorum, & S. Officij Conſultor.

Imprimatur.
Vic. S. Officij Rauennę.

ELENCHVS

Digitized by Google

ELENCHVS FESTIVITATVM, QVARVM

Euangelia hic bellè conſiderantur, & explicantur.

DOMINICA prima Adu. Domini. pag. 1.
Dominica ſecunda eiuſdem Aduentus. 20.
Dominica tertia eiuſdem Aduentus. 45.
Dominica quarta eiuſdem Aduentus. 70.
Feſtum Sancti Andreę Apoſtoli. 100.
Feſtum Sanctiſsimę Conceptionis B. V. Marię. 129.
Feſtum Sanctę Lucię Virginis, & Martyris. 160.
Feſtum Sancti Thomę Apoſtoli. 188.
Feſtum Sanctiſſ. Natalis D. N. Ieſu Chiſti. 216.
Feſtum Sancti Stephani Protomartyris. 244.
Feſtum Sancti Ioannis Euangeliſtę. 274.
Dominica Cena, in myſtico, & ſpirituali noſtro ipſius Chriſti Domini Thalamo facienda. 301.

Ex horum verò Sanctorum ſolemnitatibus etiam epiſtolæ hic paſſim nonnullę ſumuntur conſiderandę.

Digitized by Google

INDEX SECVNDVS
LOCORVM NEMPE COMMVNIVM,

Qui ex Euangeliorum verbis, & occaſionibus hoc in opere deducuntur, & diffuſè tractantur.

Hoc adhibito reperiendi ordine, vt prius notetur pagina, inde verò litera.

A

De ARMIS adhibendis ad faciendam victoriam contra Dæmonem. pagina. 50. f.
Affectu non ponendo in his rebus caducis. 209. a. b.
Affectu magis attendendo, quam cenſu. 125. b.
Afflictione iuſtorum, in gaudium conuertenda. 209. a. b.
Aduentu vtroque Domini Noſtri Ieſu Chriſti. 33. a. b.
Abſentia Domini, & damnis ex ea nobis pluribus. 212. e.
Aulicorum nonnullorum feritate magna. 217. c.
Afflictionibus his æquanimiter tollerandis. 262. f.
Agenda pœnitentia noſtra Deo gratiſſima. 95. a.

B

De Bonorum operum neceſſitate. 23. c. 27. a.
Bonis temporalibus contemnendis. 54. e.
Bonis prouenientibus ex lectione diuinæ ſcrip. 81. a.
Bonis operibus non propalandis. 183. a.
Bonis operibus voluntate conditis. 172. e.
Bono exemplo, & gratijs Deo agendis. 169. a.
Bona voluntate premijs non priuata. 170. f.
Bona voluntate operibus copolanda talibus. 171. b.
Beata Virgine Maria myſteca turri Dauid. 129. a.
Beata V. Maria vniuerſo Trinitatis complemento. 132. d.
Beatę V. Marię turris fundamentis in mont. 131. a.
Beatę V. Marię Conceptione Sanctiſſima. 133. e. 134. f.
Beatę Virginis Marię Turrris myſtica portis. 136. d.
Beatæ V. Mariæ virtute ad fugandos Dæmones. 138. d.
Illius præcipue Sanctiſſima Conceptione. 137. a. b.
Beatæ V. Mariæ magna virtute pro nobis adiuuand. 138. d.
Beatæ V. M. ſuauitate coram Deo in accubitu. 140. f.
Beatæ V. M. turris clypeis, & armaturis. 141. c.
Beata V. M. cur electa, vt ſol dicatur. 144. f.
Beata Virgine M. validiſſima Dæmonum fugatrice. 145. b.

Digitized by Google

Recurſu, quem ad eam omnes habere debent. 147 a.
Ipſa ſinum ſuum miſericordiæ cunctis aperiente. 148. e.
Ipſius magno ſuper nos adiutorio. 151. a. b.
Expoſitione ſuper illud. lib. Gen. I. C. 154 d.
Ipſa V. Maria liber Gen. I. Ch. dicta. 155 a.
Ipſa tutiſſima ductrice noſtra. 235. b.
Excellentia, & dignitate B. V. Mariæ. 236. e.

C

De Caſtigatione proprij corporis mortificandi. 2. f.
Celeritate ad obtemperandum Domino Deo. 43. c.
Carnis propriæ mortificatione vtenda. 53. b.
Columnis in templum Domini firmandis. 57. b.
Celeritate ad obediendum voluntati diuinæ. 69. b.
Concionatoribus ab alio mittendis, non à ſe. 90 f.
Celeritate neceſſaria ad opus bonum. 122. d.
Caſtitate, pietate, & mentis integritate. 160. d.
Charitate proximi, & amore Dei. 281. c.
Caſtitatis cuſtodia magna adhibenda. 161. c.
Cogitatione noſtra ad Chriſtum dirigenda. 176. e.
Contemnendis ſæculi dignitatibus. 185. a. b.
Contemnendis rebus his caducis. 209. a. b.
Conſeruanda pace, concordia, vnione. 194 e.
Charitate, & eleemoſyna in paup. 201. d.
Chriſto naſcente pro vniuerſali ſalute. 216. d.
Conſtantia, & perſeuerantia in bono neceſſaria. 42. e.
Contemnentibus ſanctiſſimo Sacram. communicare. 233. e.
Caſtitate, & pudititia conſeruanda. 275. a.

D

De Deo permittente hic ſuos affligi. 37. c.
Deo volente nos nonnullis priuari commodis. 37. d.
Diuerſis peccati mortalis effectibus malis. 48. d. e. f.
Dignitatibus oblatis non acceptandis. 58. e.
Dignitatibus alienis non ſibi arrogandis. 65. a.
Deo citra condignum puniente. 101. c.
Domino Deo vltra condignum præmiante. 102. d.
Deo ipſo puniente, ſed cum miſericordia. 104 e.
Deo copioſius, quàm petimus, concedente. 103 c.
Deo inſpiciente, vocante adiuuante, miſerante. 107 b.
Deo ipſo ſollicitè miſerente, & homine acceptante. 111. c.
Deo nos adiuuante, ne habeat punire. 112. d.
Deſiderio Chriſti magno pro nobis patiendi. 118 f.
Domini Dei reſpicere, & noſtri miſereri. 120 e.

Deo plus dante, quàm petatur ab homine. 207. a.
Diuitibus parùm laudatis, ſed admonendis. 219. a.
Diuitijs cauſa præcipitij, ac ruinę ſuorum. 222. e.
Dando exemplo ſuperiorum bono, ac neceſſario. 224. d.
Damno prouenıente a luxurię vitio. 165. a.
Deo differente, ſed cumulatius dante. 167 a.
Dilectione Dei, & proximi neceſſaria. 281. e.
Deo nos mirum in modum diligente. 283. a.
Deo ſollicitè quærente, cui auxilietur. 293. b.
Dilectis Deo, apud omnes admirandis. 295. a.
Communione ſanctiſſima præparatis danda. 314. e.

E

De Excuſatione quadam peccatoris, ne de morte cogitet. 6. e.
Eloquiorum caſtorum vtilitate, ac neceſitate. 21. a.
Exemplo maiorum bono, ac neceſſario. 31. a.
Eo quod dicitur, faciam te columnam. 56. a.
Euitanda interrogatione callida. 62. d.
Efficacia magna, & vi verbi Domini. 84. 85. a. b.
Eleemoſyna pauperibus copioſè danda. 196. f.
Eleemoſyna augente eleemoſynarium. 204. e.
Exemplo ſuperiorum bono, ac neceſſario. 224 d.
Effectibus multis peccati mortalis. 48. d. e. f.
Eximijs bonis ex lectione eloquij diuini. 83. b.
Efficacitate quàm magna verbi Dei. 90. e.
Exornandis, & conſtruendis Domini templis. 220. d.
Effectibus magnis, & miris caſtitatis. 223. b.
Eucharistia ſanctiſſima ſumenda. 301.
Etate debita ad ſumendā ſanctiſſmā Euchariſtiam. 305. a.

F

De Fauoribus factis à Deo iuſtis hic ſuis. 38. e.
Filijs, ac ſeruis ad Deum, & Eccleſiam dirigendis. 39. a. b.
Fauoribus temporalibus contemnendis. 54. e.
Firmatis in templo Domini columnis. 57. b.
Frequenti lectione diuinarum ſcripturarum. 70. d. e.
Fugenda, & deſerenda delinquendi occaſione. 69. d. e.
Lectione, & laudibus diuinę Scripturæ. 79. a.
Flagello, quod peccator ponit in manu Dei. 194. f.
Fideli, & humili ſeruitute ad Deum. 121. b.
Formoſitate Chriſti, matris, ac Ioſephi. 158. d.
Fidei viuacitate, ac neceſſitate. 188. d.
Fugienda ſocietate, & occaſione mala. 210. f.
Floribus exornantibus Thalamum myſtic. 274. d.

Frequen-

Digitized by Google

Frequentatione Sanctiſſimi Sacramenti Altaris. 310.d.

G

De Gratiſſima Deo hic pænitentia noſtra. 95.a.
Gloria humana à Principibus fugenda. 123.b.
Gratijs Domino Deo à nobis agendis. 169.a.
Gaudio in operibus bonis habendo. 184.f.
Gratijs, & laudibus Domino Deo dandis. 196.f.

H

De Humilitate nobis valde neceſſaria. 65.b.
Humilitate multa præciſè narrantur. 74.d.
Humilitate vnienda cum lectione ſacra. 71.b.
Humiliantibus ſe, & ideo extollendis. 78.f.
Homine ſollicitè voci Domini obediente. 107.c.
Humili, & fideli ſeruitute ad Deum. 121.b.
Humilitate iterum neceſſaria dicitur. 166.e.
Honore exhibendo ſeruis Domini Dei. 180.e.
Humilitatis virtute magna. 270.e.
Honeſtate mulierum, & operimento. 281.a.

I

De Iudicij vniuerſalis ſignis multis. 10.a.
Iudicij vniuerſalis vtili recordatione. 9.e.
Iuſtorum afflictione conuertenda in gaudium. 33.a.b.
Innocentia, & puritate nobis neceſſaria. 51.a.b.
Imitatione Chriſti Domini, & ſanctorum. 75.b.
Iudicij, ac mortis memoria quàm vtili. 91.c.
Inſpiciente Deo, vocante, adiuuante. 107.b.
Impedito opere, coronata tamen volontate. 174.e.
Iterum laudibus Domini celebrandis. 159.c.
Ieſu Chriſti præſentia nobis neceſſaria. 210.d.e.
Inanibus ornamentis deponendis. 220.d.
Imitanda puerorum ſimplicitate. 186.e.
Inſumendis opibus cunctis in bonum. 229.a.
Ingratitudinis damno magno. 273.d.
Imitatione ſanctorum, & ipſius Domini. 291.b.

L

De Lacrimarum vi, & vtilitate magna. 1.a.
Laudibus diuinæ ſcripturæ miris. 79.f.
Largitate magna Domini in nos. 103.c.
Largitate Domini magna iterum in nos. 105.c.
Lacrymis pænitentialibus neceſſarijs. 117.a.

Laudibus

Digitized by Google

Laudibus Domino Deo noſtro dandis. 196. f.
Laudibus iterum Domini celebrandis. 199. c.
Læſionibus, & iniurijs factis dimittendis. 256. d.

M

De Miſericordia Domini magna. 267. a.
Mortificatione, & caſtigatione noſtri corporis. 2. f.
Mortis noſtrę memoria, & utili recordatione. 2. e. 4. d.
Mollibus, quibus expoliari debemus. 42. f.
Malis viris diſcordiam diſſeminantibus. 63. c.
Mundo volente in ſuperiorem viros improbos. 64. d. e.
Magna efficacitate verborum Domini. 90. c.
Mortis, & Iudicij vniuerſalis recordatione iterum. 91. c.
Miſericordia magna Domini ſuper nos. 100. d.
Mora nulla ponenda ad obtemporandum Deo. 116. d.
Magno deſiderio Chriſti pro nobis patiendi. 118. f.
Manu, ore, corde ſimul vniendis. 137. b.
Miſericordia Dominini iterum magna. 244. d.
Mundi afflictionibus bene tolerandis. 265. e.

N

De Neceſſitate diligendi Deum, & proximum. 285. a.
Neceſitate humilitatis in hac via. 77. b.
Non acceptandis dignitatibus oblatis. 58. e.
Neceſſitate ipſorum operum bonorum. 23. c. 27. a.
Non vſurpandis dignitatibus alienis. 65. a.
Nulla mora ponenda ad obediendum Deo. 116. d.
Nonnullis corda ſua obdurantibus. 127. b.
Neceſſaria nobis virtutum pluralitate. 166. d.
Naſcente Chriſto pro vniuerſali ſalute. 216. d.
Nolentibus communicare in ſolemni die. 233. b.
Nolentibus in bonis proficere vlterius. 233. c.

O

De Operibus bonis vniendis ad verba talia. 49. a.
Occaſione delinquendi omninò fugienda. 60. d e.
Obedientia, & noſtrę voluntatis priuatione. 68. e.
Obdurantibus corda ſua nonnullis. 127. b.
Ore, manu, corde ſimul vnà vniendis. 173. b.
Opere impedito, voluntate bona coronata. 176. e.
Orationis iuſtorum validitate magna. 186 f.
Occaſione, & ſocietate mala euitanda. 210. f.
Ornamentis inanibus deponendis. 220. d.

De Pe-

Digitized by Google

P

De Patientia habenda in afflictionibus. 47. c.
Peccato obcæcante, & dibilitate hominem. 36.d.e.
Perſeuerantia, & coſtantia in opere bono. 42. e.
Puritate, & innocentia nobis neceſſaria. 51.a.b.
Penitentia citò agenda, Deo gratiſſima. 95. a.
Pænitentia ex profeſſo multa dicuntur. 96. b.
Peccatore ponente flagelum in manu Dei. 104. f.
Principibus electis non ſe gloriantibus. 123. b.
Pietate Domini, quam debemus imitari. 165. c.
Pacis, & concordiæ vtilitate, ac neceſſitate. 192. e.
Præſentia Ieſu Chriſti nobis neceſſaria. 210.d.e.
Paupertis, & pauperum laudibus multis. 216. d.
Paupertate Chriſti, in qua naſci voluit. 216. d. 223. a.
Pauperibus contemptis, diuitibus æſtimatis. 217. a.
Paſſione Domini nobis Dei celebranda. 119. b.
Pauperum conſolatione magna. 228. d.
Præparatione ad ſumendam commun. Sanctiſſimam. 325. c.

Q

De Quibus pannis puerulum inuoluerit B. V. Maria. 238. e.
Quis per quæ peccat, per hæc torquetur. 229. b.

R

De Reſidentia præſulum ad gregis ſui cuſtodiam. 240. e.

S

De Signis vniuerſalis Iudicijs multis. 10. a.
Sacerdote in bonum exemplum dato. 63. a.
Superbia omni conatu virium euitanda. 66. e.
Scripturæ diuinæ laudibus, & lectione. 79. c.
Semitis Domini rectis faciendis, & vijs. 97. c.
Sollicitudine ad dandum noſtro Deo conſenſum. 113. a.
Seruitute fideli, & humili ad Deum. 121. b.
Sequela Domini per varias tribulationes. 124. d.
Smilitudinibus, quibus vtebatur Dominus. 178. d.
Seruis Domini honore, & æſtimatione habendis. 180. e.
Simplicitate puerorum imitanda. 186. e.
Societate mala omnino fugienda. 210. f.
Societate bona non deſerenda, ſed, & c. 126. e.
Salutari diuitum admonitione. 226. d.
Solatijs ſæculi penitus deſerendis. 257. a.
Sancto Ioane Euangeliſta Domini dilecto. 294. f.
Sanctiſſimo Altaris Sacramento. 301. a.

De Tri-

Digitized by Google

T

De Tribulationem patientibus extollendis. 76. d.
Theſauro in agro, qui Deus in humanitate. 182. e.
Templis Domini exornandis, conſtruendis. 118. e.
Tribulationibus æquanimiter tolerandis. 244. d.
Tribulationum miris effectibus multis. 244. d.
Tribulationibus Cæli ianuam aperientibus. 257. a.
Tribulationum laudibus, & effectibus. 258.d.e.f.

V

De Vinculis iuſtorum in libertatem conuertendis. 35.a.b.
Veritate vix vi penetrante ad hominis cor. 43. b.
Victoria hominis aduerſus hoſtes antiquos. 45.a.b.
Victoria hominis aduerſus peccatum, & mundum. 47.b.c.
Vniendis operibus bonis, & ſimilibus verbis. 49. a.
Virtute quàm magna verborum Domini. 52. e.
Vijs parandis ante faciem Domini. 97. a.
Vocatione Apoſtolorum à Chriſto Domino. 122. f.
Voluntate lubente ad patiendum pro Chriſto. 128. d.
Virtutum pluralitate nobis neceſſaria. 166. d.
Validitate orationis iuſtorum apud Deum. 186. f.
Vnione, pace, concordia continuò conſeruanda. 149. e.
Vniuerſali pro omnium ſalute Chriſto nato. 231. a.
Vberibus B. V. Mariæ lacte de cælo plenis. 239. a.
Virginitate Deo grata, colenda, conſeruanda. 278. f.
Veritate [illegible] dicuntur, conſiderantur multa. 298. e.

MYSTI-

MYSTICVS CÆLESTIS SPONSI THALAMVS, SIVE

ORNAMENTA, ET PRÆPARATIONES Fidelis Populi ad ſuſcipiendum piè, deuotèque Chriſtum Dominum in eius Natali Sanctiſſimo, quę iuxta ipſius Domini Aduentus Euangelia perbellè ſeliguntur faciendę.

PRIMVM MYSTICI THALAMI ORNAMENTVM.

IN PRIMA DOM. ADV. DOMINI.

Cuius Euangelij occaſione de noſtri corporis caſtigatione, & rebellis carnis mortificatione; de mortis, ac vniuerſalis Iudicij memoria, atque de conſimilibus multis animaduerſionibus, tùm ante Paraphraſes in Euangelium, tùm in ipſiſmet tradendis, & conſiderandis bellè agitur.

A VT Chriſtus Dominus de puriſſimo ſuę Virginis Matris Thalamo egrediens ad fidelem animam, eius ſpirituale cenaculum, ſiue Myſticum Thalamum ingreſſurus; ac in eo pacificè commoraturus diuertere dignetur, dubio procul neceſſarium eſt, vt prius cunctis immunditiis euacuetur, ſcopis benè mundetur, à teliſque aranearum expurgetur. Quod attendens Rex ille Pſalmigerus Vates, & modum huiuſmodi peragendę rei in ſe ipſo frequentans, atque alios edocens, inquiebat. *Exercebar, & ſcopebam ſpiritum meum.* Spiritus ergo ſcopatur? etiam, ſed ſcopa morali. attendite quomodo benè ait exercitio ſeuium, quoniam conſcientię examen, amara patratorum delictorum recordatio, & poſt hæc ſacramentalis cùm ſatisfactione confeſſio nobis ſunt animarum ſcopæ, ad ſpiritualem nitorem optimę. Sed notanter

[illegible] (margin)

Simile. (margin)

Digitized by Google

aduertendum quod qui ſcopis ſolaria, vel pauimenta ab immunditiis expurgare contendit, ea prius aqua benè aſpergit, ne puluere inſecto conſcendente parietes, aulea, imaginesque corroſione lædantur; ita & ſuo modo fidelis homo, ne puluis manuum, etiam leuium cogitationum, dum præfata exercitia ſpiritualia fiunt, ad imaginis Dei diminutionem, ad animæ noſtræ læſionem conſcendat, hæc omnia lacrymarum aqua benè, prout fieri poteſt, conſpergere debet, quod erit velut pergratum aquæ vaſculum in noſtro Chriſti Domini cenaculo. D

O quam vtiles ſunt lacrymarum aquæ ad moralia hæc negotia! idcirco expertus ille Rex Diuinus vates bellè dixerat. *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum, in loco quem poſuit: etenim benedictionē dabit legiſlator.* Mirus quippe qui legendi modus: & quomodo aſcenſiones in vallibus? vt aſcendantur, in vallibus bene diſponuntur? maximè quidem, præcipuè iuxta moralitatem. Etiam Lamprede piſcium genus quam ſaue de lacus profunditate per aquas, è ſublimitate deſcendentes, aſcendunt facillimè iuxta obſeruantium experientiam. eſt itaque ſenſus, ac ſi dicatur, lacrymarum aquis in humilium cordibus diſponuntur, præparantur aſcenſiones, nimirum viæ, per quas Chriſtus Dominus de Beatę Virginis Thalamo, de Præſepis fœno ad virum tamen ſic ſe diſponentem, ad cor eius explendum benedictionibus aſcendit. Præparate ergo ſic vias Domino. Quem ſenſum facere videtur Chaldaicę Paraphraſis tranſlatio. *Peccatores ait, qui tranſeunt per profundum gehennę flentes fletu ſicut fontem, ponent illud, atque benedictionibus operiet eos Deus.* Quod aut parum confirmari videtur illa Diui Chryſoſtomi ſententia in Matthæum de Domino loquentis. *Ipſe enim, ait, eſt, qui conſolatur flentes, dolentes curat, pœnitentes informat.* Veruàm de virtute lacrymarum plura quidem alibi iam diximus. E

Pſ. 83.
Tranſlat. Cald.
D Chriſoſt. in Matt. P. p. Moral.

Inter autem hæc ſpiritualia, & verè valida exercitia ad ſpiritus noſtri purificationem, & myſtici huius Thalami exornationem, locus non inferior, non minor diſciplinę, ſeu corporis caſtigationi, iurè dandus. *Obſtetricante*, inquit Iob, *manus eius eductus eſt coluber tortuoſus.* Sed quid conuenientię manus hominis cum ſerpente, illam mordente, ac veneno inficiente? ſcio vtique ſenſum adhiberi poſſe myſticum hunc, quoniam videlicet obſtetricante clauos ſuper Crucis lignum Chriſti Domini manu, eductus, expulſus fuit hoc de mundo, de genere humano ſerpens callidiſſimus, hoſtis antiquus. de quo ipſe Dominus tunc ait. *Nunc Princeps huius mundi eiicietur foras.* Attamen etiam moraliter noſtro in propoſito arrideat hæc expoſitio, dum aquam ſuper ſerpentis ſpeluncam, vel foramen eius effundis, vel baculo, aut ſaxo percutis, egreditur bubo, & aſpis; ſic, ſic ſuo modo dicatur de nobis. dum manu tu tua, dum forti diſciplina te ipſum caſtigas, & lacrymarum aquam effundis, facilius aſpis dirus, culpa lætalis de tui cordis profunditate egreditur, & ſic locus, lectuluſq; Cæleſti ſponſo præparatur.

Iob. c. 26. d.
Gloſſ. Moral.
Ioann. c. 12. f.

Qua de re Pſaltes noſter inquit. *Apprehendite diſciplinam.* Alia verò lectura, præſertim Hebräica ſic habet: *Oſculamini filium.* Ac ſi diceret Diuinus ille Vates, vt ortum reparatorem optimum in perornato veſtrę conſcientię, & animę Thalamo ſuſcipere, ac ſuauiſſimè ſic valeatis oſculari, diſciplina ſuper vos vtamini, vnde benè clamabat Sanctus Bernardus inquiens. *O quam compoſitum reddit omnem corporis ſtatum, necnon mentis habitum diſciplina!* Quod totum haud parum confirmari dicatur eo, quod peregit Chriſtus Dominus in templo. Illuc ad orandum conſcendens, eiecit mercaturę operam ibi dantes, & ſimul quę venditione, ac emptione contrectabantur euertendo, dicens. *Auferte iſta hinc.* Sed quomodo, quoue inſtrumento? ſanè diſciplina, facto videlicet de funiculis quaſi flagello. Quod autem fidelis homo ſit myſticum Dei templum. reddit Diuus Paulus ad Corinthios teſtimonium. ergo à nobis quæque indigna ſtudioſe tali diſciplina cito auferantur, vt Chriſtus Dominus ingredi non dedignans, pacificam in nobis manſionem, & lectulum non diſſimilem optimus ipſe reperiat. F

Pſ. 12. lect. hebr.
D. Ber.
Io. c. 2. c.
1. Corinth. c. 3. d.

Quid verò de aranearum telis hanc noſtram Domini habitationem deturpantibus dicam? Primum has iure multi aſſerunt eſſe mundanam cupiditatē, amorem proprium, ſenſuſque deſideria. A Priſcis Mytologis Cupido, ſeu filius Veneris dicitur Amor, & oculis faſcia opertus eſſe fingitur, nec iniuria quidem

A quidem, talis enim eſt laſciuię turpis effectus. *Nihil vides verè, vt videris cernere.* Natal. com. Mycol. lib. 8. c. 13.
Sed nec minus proprio cuiuſque noſtrum amori tribuendum id, quandoqui-
dem amor ſui cæcus. De quo forte negocio Dauid in cuiuſque peccatoris
perſona. *Comprehederunt me*, ait, *iniquitates meę, & non potui, vt viderem.* Clarius Pſ. 39.
autem legit noſtro in propoſito Vatablus ſic. *Occupauerunt me, & non* Verſio Vatabl.
potui videre. Reddat quoque huius veritatis mirum quippe teſtimonium ſuo
amore proprio ille obcæcatus Rex Saul, qui Dauidem perſequendo, ea in 1. Reg. c. 22. a.
ſpelcunca Odollam inuentum videre nequiuit; telę ſiquidem aranearum ta-
le validum fecere impedimentum. De modo autem tollendi telas huiuſmo-
di quæritur. Solent itaque baculo, ſiue pertica dimoueri. Sic noſtro & nos
modo Sanctę Crucis Domini baculo, eiuſdem lancea de medio noſtri tollere
quæque ſordida hæc ſtudeamns, nimirum ſigno Sanctę Crucis meditatione
Paſſionis Dominicę. atque tanti exempli imitatione, vt diuertens ad nos ipſe
miſericors, & iuſtus, conſolationem ſuis bene præparatis ſuſceptoribus affe-
rat. Cui Dauid, ſimilia non paruipendens, ait. *Virga tua, & baculus tuus ipſa me* Dauid Pſ. 22
conſolata ſunt. Quibus verbis præfatum ſenſum Gloſſa moralis affert. Verum Gloſſ. Moral
quid prodeſſet telas iſtas tollere; & venenoſam, lætalem araneam non inter-
ficere? & quænam dices, atque qualis eſt? Diabulus, ac eius tentatio, delin-
quendi occaſio. illa namque miſſa præcedit, ille ſubſequitur inde, caue ne
ingrediatur, ne moretur, ne ve nidum in te, ac telam operetur, namque ta-
B lia nouiſſima fiunt prioribus peiora.

Dicenti verò, atque quærenti, & quomodo deiiciendę tales araneę? Re-
ſpondetur communi conſideratione, atque ipſa operationis experientia, &
vſu. cum telis ſuis aranee pedibus mox conterentur. Sic ſic cito Dæmon
eius tentatio, delinquendique occaſio pedibus, nimirum noſtris affectibus, &
omni voluntate maiori, ac opere vehementi conteramus, quod proculdu-
bio dumtaxat Domini auxilio perfici poſſe dicendum. *Deus autem pacis conterat* Rom. c. 15. c.
Satanam ſub pedibus veſtris velociter. Ita deprecando Sanctus Paulus Apoſtolus in
Epiſtola ad Romanos clamabat, ac ſi dixiſſet, primę, & quàm citò diabolicę
tentationi, peccatorumque occaſioni reſiſtite, nam ſi in vobis pedem fixerit
telam contexerit, vix veſtrum quis euadere, atque liberari poterit. Nec prę
tendas poſſe diſponi, ac præparari ad ſuſcipiendum Chriſtum Dominum, ve-
nientem in animę tuę ſalutem, ni prius dimittas peccatum, & omnem pec-
candi occaſionem. Sicut nec Iudæi Manna in deſerto datum fuit, niſi omni- Exodi c. 16. a.
nò conſumpta, quam ſecum de AEgipto detulerunt, farina. Id autem modo
tu tibi moraliter applica.

De magna vtilitate nobis memorię mortis, C atque Iudicij vniuerſalis, quam Chriſtus Dominus ſuis fidelibus excitat in hodierno Euangelio, dicens.

Tunc videbunt filium hominis venientem in nube, &c.

AD hæc quoque exercitia ſpiritualia, & moralia ſic debitè facienda
plurimum quidem iuuat mortis. & iudicii vniuerſalis memoria, dum
enim ſe moriturum, & iudicandum ſic homo recordatur, in ea fa- Tren. c. 3. d.
cilius tremens factus deflectitur. *Memoria memor ero, & tabeſcet in me ani*
ma mea. Nimirum, memor ero peccatorum meorum, & mortis hominum
ideo tabeſcet, ideſt confuſa erit anima mea, quia confuſione tali adducitur
contritio, & ſequitur gratia, atque demum gloria, ita inquit moralis Gloſa
Habet verò Hebraica lectio. *Memor eris tu Domine memoria ad puniendum.* Idcirco Gloſſ. Moral Alia lect.
maximopere contremiſco, & ad conterendum me exerceo. Dicatur quæſo
mihi nonne durum, & aſperum quodammodo videtur, vt percuſſus quis in
vna

vna maxilla, aliam cedenti percutiendam præbeat? vtique reſpondebis, attamen cogitanti, loquenti de morte illud erit ad faciendum, ad ferendum facile. *Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur oprobriis.* Et quare ſic, atque quomodo? lege ſupra eandem Trenorum ſcripturam, rationem huius tantę rei reddentem ſic. *Ponet in puluere os ſuum.* Per puluerem verò, ſepulturam, & mortem intelligi clarum eſt, cuius cogitatione, loquutione auertuntur homines ab errore. *Nihil tam reuocat à peccato, quam frequens mortis meditatio.* Ita Diuus Pater Auguſtinus talia conſiderando dicebat.

Tren. c. 3. d.

D. Aug. lib. exhort.

Mortis memoria, fortis cogitatio eius ſolet, poteſt efficere plurimum in peccatore, vt conuertatur reuertatur ad Dominum. Recordamini quæſo, quomodo illę vaccę plauſtrum à Philiſtęis confectum trahentes. *Non declinabant neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.* Et quomodo id facilè contingebat fieri, cum vtraque vitulum reliquiſſet domi? & lacte ad huc plurimum fluebat? Pro reſponſione aſſerunt Origenem dixiſſe, currum illuc cum vaccis ſimul vnà à Dæmone ductum, rationem verò eius eſſe dicebant, quoniam videntes Azotii plagam magnam, & necem horrendam, quam ſummus Iſraelitarum Deus ob ſuę Arcę captiuitatem, & detentionem afferebat, facilius ea de nece cogitantes, loquentes, ad eum conuerti, in eumque credere potuiſſent; ideoque Diabolus, vt de Azotiorum medio Arca tolleretur, feſtinabat. Verba ſunt Origenes hæc. *Dæmon autē ducebat, ne Phyliſtim vitia fugerent, & virtutes amplecterentur.* Cui non minus facit illud D. P. Auguſt. *Timor de futura nece neceſſario mentem concutit, & quaſi clauus carnis omnes motus ſuperbię ligno crucis affigit.* En quam in nobis memoria opereretur mortis. E

Reg. 1. c. 6. b.

Orig. in 1. Reg. c. 5.
D. Auguſt. lib. de Doctr. Chriſt.

Idem pecuellè quidem confirmatur ea ſanè mira Dauidis comminatoria ſententia. *Veniat*, ait, *mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viuentes, quoniam nequitię in habitaculis eorum.* Sed nunquid tantę pietatis vir tot extrema iis peccatoribus mala precabatur? modo dicendi potius prophetico, quàm imprecatorio vſum fuiſſe Prophetam aſſerit Vatablus, & alii. Scripturę verò ſenſus moralis dicitur eſſe talis, nempe vt nequitię de illorum habitaculis, ſiue animabus egrediantur facilius, veniant illę in mortis cogitationem, deſcendantque in Infernum viuentes, non quidem ſic anima, & corpore; ſed forti, vehementi cogitatione, ne poſt hæc illuc perſonaliter præcipitare cogantur ipſa re. quō ſenſum alludere videtur hæc Vatabli ſcholia ibi. *Exatricem conſtituat* (ſuple Deus) *mortem aduerſus eos.* Nimirum excitantem peccatores ſic ſuo reſpectu, vt de nequitiis, & eorum occaſionibus conſurgant ad ipſum conuerſi Dominum Deum. Clarius autem hunc in locum ſic Doctor Incognitus habet. *Mors enim ſuper illum venire dicitur, qui illam iugiter in corde meditatur, illi autem viui deſcendunt in Infernum, qui hic viuentes mentem inclinant ad ipſum meditandum. iſta ergo duo orat Dauid vt eueniant malis, & conuertantur ab iniquitatibus ſuis.* Expertus enim ipſe Rex ea erat, ideo improuide ſic aſſerebat; ita peccatoribus euenire precabatur, vt eorum conuerſio ſequeretur. F

Pſal. 54.

Vatabl. in Schol.

Idem ibidem

Doct. Incog. in expoſ. eiuſdē Pſ. verſ. 598.

Si in tui exitus extremi, in tuę mortis cogitatione manes, de te Dñm Deum eſſe ſollicitum, vt ad cenam ſupernorum beatam te introducat, ne dubites. Memorię, quæſo, reuocetur, illud, quod alias ſimile ad propoſitum me adduxiſſe recordor, mandatum videlicet cuiuſdam magni Regis Euangelici, qui factis filio ſuo nuptiis, renuentibus multis accedere inuitatis, vltimò ſeruis ſuis ita in mandatis dedit. *Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcumque inueneritis, vocate ad nuptias.* O benè mi Domine, & Rex magne, cur potius ad exitūs viarum, quàm ad initium, & medium earum? Dimiſſo literali ſenſu, moraliter reſpondent, per magnum Regem illum, nuptias facientem, propemodum intelligi Regem cælorum; per exitum verò viarū hominū denotari mortē vel ſaltē eius memoriam, & cogitationem. expoſitio eſt magni Alberti ſuis in ſermonibus dicentis. *Illuc qui ſunt in exitibus viarum, mortem ſuam iugiter proſpiciunt, & qui ſe credunt quotidie morituros, & rectè, tales dignos ſe efficiunt, vt ad Chriſti nuptias introire mereantur. quicumque enim mortis ſuę efficaciter recordatur, ſtudent eſſe patientes, continentes, & obedientes.* Quamobrem in tui exitus extremi, in tuę mortis cogitatu, vſque adipſammet incluſiue maneas, & magnam ſpem ad excelſam Domini Dei cenam perueniendi habeas.

Matt. c. 22. a.

Alber Magn. ſerm. 77.

Mortis recordatio facit te bona quæque audere, malaque cuncta euadere, & impetus

Digitized by Google

A & impetus inimicorum contemnere. *Si ambulauero*, ait Dauid, *in medio vmbrę mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Sed quis fortaſſe dicet, quænam eſt iſta mortis vmbra? numquid peccatum? non ità ibi intelligendum; nam Deũ ſecum eſſe dicebat, qui cum peccato minime ſtat. Numquid ſomnus mortis vmbra dicendus? ibi nequaquam ſiquidem Dauid ſe ambulantem dixit ambulare vero dormientibus non competit. Quid igitur per mortis vmbram ibi iure intelligimus? ſanè mortis conſiderationem, & reſpectum, in quo quis ſic meditatione, & recordatione ambulando, quæque ſalutaria aggredi non timet, aduerſus hoſtes præualet, quo cum Dominus adiuuando eſt. cui quidem ſenſus plurimum ſanè facit verſio Pagnini hæc. *Cum ambulauero in valle vmbrę mortis, &c.* Locus nimirum erat, in quo mortuorum cadauera condebantur. qui namque mortis tum ſuę, tum aliorum recordatur, vix à Dæmone vincitur, à mundo ſuperatur, a peccatis flectitur, quoniam Dominus Deus cum talia recogitantibus eſt. Cum integerrimus ille ſecundus in AEgypto Rex Ioſephus in ſenectam deueniſſet, congregatis ibi fratribus ſuis ait. *Dominus viſitabit vos, aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto.* Sed ſi dummodo ſpiritus euolet in Domino, & conquieſcat in eo, parum eſt vbicumque oſſa hominum remaneant. quid opus erat, vt eius oſſa illinc aliò cum eis transferrentur? huiuſmodi rei tanto viro curam non ob eius propriam, ſed potius fratrum ſalutem fuiſſe proculdubio credendum.

Pſal. 22. — Verſio Pagn. — Gen. c. 40. e.

B Diuus Pater autem Auguſtinus reſpondet ſic. *Cum enim eſſet Dei creatoris deuotione propenſior, ſciens autem ab AEgyptiis ſe coli cauſa adminiſtrationis, qua in magna egeſtate AEgyptum gubernauit, poſt exitum ſuum errorem petiuit auferri. certus vanitatem vulgi mortuos magis, vt Deos venerari, quam viuos, ne ei deferretur debitus creatori honor, &c.* Rabanus verò alium auffert ſenſum, noſtram tamen ad inſtructionem, dicens. *Ioſeph igitur, qui ſicut pater eius Iacob, terram repromiſſionis tota mente deſiderabat, incolatumque AEgypti deteſtabatur, moraliter nos inſtituit, vt quam diu ſimus in hoc mundo, ſemper deſideremus ingredi terram viuentium, ibique requieſcere optemus.* Recentiores tamen expoſitores ſenſum aduertunt ibi moralem, id videlicet ſanctum virum iuſſiſſe, vt ſecum eius oſſa deferentes, & fratris & ſuam mortem continuò memoria conſeruarent, peccata ideo vitarent, & Deum optimum maximum ſemper ſecum haberent. Fauet Pagnini verſio hæc. *Aſcendere facietis oſſa mea.* Ideſt dum oſſa ea præueherentur ipſi ſequentes, intuentes, mortis recordarentur. conſimile bonum credatur intellexiſſe, excogitaſſe Noe qui Arcam iuſſu Domini factam ingrediens ſecum oſſa primi parentis noſtri detulit, & egrediens natis diuiſit, ſecum quocumq; pergerent deferenda. prout diſſerit Sebaſtianus Baradius, & Nos in 2. noſtrorum Moralium parte latius conſiderauimus.

D. Aug. lib. Quæſt. vet. & nou. teſt. quæſt. 25. — Raban. — Verſ. Pag. — 2. p. Moral. in Paſſ. Dom.

Et iterum ſimile de re Pſaltes noſter inquiebat ad Dominum. *Vt mitiges ei à diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea.* Non quidem fouea, vt cadat laqueandus occidendus in ea; ſed ad cogitandum de ſepulchro, & ipſius mortis, ſeu C mortuorum loco. Vatablus in ſcolia ſuper hunc Pſalmum hæc verba ſic legit. *Donec fodiatur ſepulchrum.* Ac ſi dixiſſet Rex ipſe Vates. Tolerare digneris Domine, peccatorem donec de ſepulchro, de ipſa morte ſua recogitet. *In omnibus igitur operibus tuis memorare tuę mortis horrorem, iudicij tremendi valide diſcrimen, ardentis gehennę metum ab occulis tui cordis elongari nullatenus patiaris.* Ad hæc nos ſanctus Bernardus ſic hortabatur, optime tenens, quàm vtilis, quàmque neceſſaria talium ſit nobis memoria. Benè quidem huic propoſito quoque facit illa Sancti Ioannis Euangeliſtę ſententia. *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Vbi D. Hieronymus inquirendo ait, ſi mortui, quomodo moriuntur? qui & ſibi reſpondens ſubiungit. Mortui per mortis meditationem, hinc inde vero per gratiam in Domino moriuntur. Quęrendo viuentes, mortem meditantes, auerſi ab omni quantumuis inquinamento leui. *Et iuſtorum etiam animę leuibus quibuſque contagijs ipſa ſæpe mortis pauore purgantur.* Sic beatus Gregorius ſcriptum ſuis in Moralibus reliquit. Hoc idem re ipſa benè fatetur ille, qui dixit. *Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua.* Quaſnam vias? qualem viam? profectò illam de quam ipſemet Rex moriturus ſubiunxit. *Ecce ingrediar viam vniuerſę carnis.* Quem dicendi modum alii quoque pręuſurpauerant, conuertentes pedes ſuos, nimirum affectus, & opera in melius, in Dei laudem, & ſuarum animarum ſalutem.

Pſal. 37. — Varabl. — D. Ber. in quodam ſerm. — Apoc. c. 14. e. — D. Greg. lib. 24. Moral. — Pſal. 118. — 3. Reg. c. 2. a.

Caucat

Caueat itaque omni conatu virium malori quiſque, ne ſui finis neue memo- D
rię mortis obliuiſcatur, alioqui miſerrimè in perditionem dabitur, quacum-
que morali bonitate expogliatus. Experto Dauidi credamus, ſic dicenti, atq;
Pſ. 1c7. ideo ſpiritus ariditate fermè conſumptam ſe aſſerenti. *Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum.* Qualem tuum panem ò Dauid? dubio procul eum, de quo inferius ipſemet ita. *Cinerem tamquam panem manducabam.* Quod autem per cinerem intelligatur mors, vel eius memoria, nulli dubium eſt, cui quippe fauet lectura, ſeu verſio tum Arabica, tum Cal-
Lect. Arab. & Card. daica hæc. *Quia oblitus ſum*, ait, *legem doctrinę meę.* Optima quidem lex, vt continuò recordemur eſſe mortales, quod ipſe Dauid ſuis in ſcripturis frequentius memoratum fecit, quoniam, & ſtatutum eſt omnes homines ſemel mori. *Cinerem*, ait Balduinus, *tamquam panem manducabam, ideſt memoriam infirmitatis, & conditionis meę.* Nec ſat eſſe ideo credas talem homini cogitationem, & memoriam ſemel, bis, atque iterum, ſed ſæpius eamdem repetere neceſſarium, vt valeas immunditiis expoliari, bonis ſpiritualibus repleri, gratuitè comprobari.

Non enim gutta cauat lapidem ſemel, atque bis, ſed ſæpè cadendo, neque ars benè vnica die diſcitur, ſed ex frequentatis actibus ſolet fieri habitus. At-
Tobia c. 4. c. que demum in propoſito non prætereundum illud beati Tobię, *Panem tuum & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue.* Sed numquid ponendus ibi cibus, vt deuoretur à canibus? non ita intelligendum, id enim actitarunt gentes. Sen- E
Nicol Liran. ſus autem moralis, & pius eſt prout apud Lyranum. ideſt. *In morte iuſtorum paſcendi ſunt pauperes pro animabus eorum.* Quod faciunt Chriſtifideles, & iterum moraliter ad propoſitum ſic, velut ſi diceretur. Non magis neceſſarius eſt cibus viuentibus quam ſit morituris memoria, & recordatio mortis, ad reſurgendum à peccatis, ad proprię effectum ſalutis. Item ſuper ſepulturam ponere panem, eſt ac ſi moraliter diceretur, ne comedas quin prius mortis recordationem habeas, & in ipſo comedendi actu, ne diſcedas ab ipſo mortis, & tuę
Tull. in Tuſc. 171. ſepulturę cogitatu. Quod nec ab AEgyptiis, ac Perſis alienum fuit, ponentibus olim caput mortui hominis in menſa coram conuiuis, & mortuos ſuos cera conditos domi conſeruabant.

Diluitur quædam, licet leuis, dubitatio, quam peccator in medium afferre poſſet, ne de morte præcogitet.

QVIS fortaſſe dicet, nimis horrendum eſſe de die nouiſſimo, de extre- F
ma ſui hora cogitare, cum & id aliquando ex nimio pauore poſſet
Pſ. 54. peccatorem deducere in deſperationem, iuxta illud Dauidis. *Timor, & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ.* Timor mortis vti-
Caſſian. que, & tremor inferni, iuxta Caſſiani expoſitionem, intelligitur. At per operientes tenebras non accipitur ibi deſperatio, ſed potius hominum perſecu-
D. Hieron. tio, & hinc ſolitus ad Deum recurſus. prout perpendit Diuus Hieronymus. Itaque concludamus per mortis meditationem non vtique ſequi peccatoris deſperationem, ſed cordis contritionem, & ad ipſum miſericordem Deum
Pſ. 31. Gloſ. ordin. conuerſionem; dicente ſic de ſe Pſalmigero Rege. *Conuerſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina.* Quę, qualiſue ſpina? ſanè potius de morte cogitatio, conſcientię ſtimulus, quam timor de peccatis, ille enim filio, iſte autem ſeruo competit.

Verùm intimius ad rem noſter deuoluatur calamus. Timor amarę mortis nuaquam nos debet præpedire ab eius continua meditatione, ſiquidem ex eo quod Chriſtus Dei filius pro nobis eam ſubiit, omnes mortis amaritudines, vt ſic dicam, indulcorauit. In Cruce dum pateretur, moreretur, pe-
Io. c. 19. e. tiit ſibi potum dari, dicens, ſitio, Illi mox potionem, ſed amaritudine confectam attulere, at ipſe, renuit bibere. O bone Ieſu mi dulciſſime, cur petis, ſi nolis?

Digitized by Google

A ſi nolis? cur ſitio dixiſti; & poſtea oblatum liquorem ſumere deſiiſti? quare ad interiora tua, iam afflictione peracta ob ſanguinem effuſum de vulneribus multum, & carentia humidi fermè exſiccata, deglutiendo humectantem humorem non tranſmiſiſti? Rem porpemodum myſterio non caruiſſe dicendũ. Reſpondet itaque Sanctus Pater Auguſtinus dicens, Chriſtum Dominum dũtaxat ore ſuo potionis amaritudinem ſumpſiſſe, guſtaſſe, non ad cetera membra tranſmiſiſſe, quoniam mortem ſibi voluit amaram, nobis verò eius membris myſticis non ita, ſed potius indulcoratam. *In felle*, ait, *amaritudinem guſtauit, ſed ne membra guſtarent reiecit.* Hinc, & eius ſponſa fidelis ita. *Labia eius*, inquit, *Lilia diſtillantia myrrham primam.* Ecce amaritudo in eius ore, & iterum. *Guttur eius ſuauiſſimum.* Ecce loco amaritudinis dulcedo aliis conceſſa, impertita membris. Noli igitur timere, noli dolere, nec ceſſes à mortis meditatione, ſiquidem Chriſtus benedictus eam nobis indulcorauit, pretioſam effecit, in ea quid pauoris tantum remanere permiſit, vt adiutorium cogitata eſſet aliquod nobis ad conſurgendum è delictis, & ad replendos nos ſpiritualibus exercitiis.

D. Aug. ibi.
Cant. c. 5. d.
Ibidem.

Conſideretur, quæſo illa non quidem damnabilis curſus contentio inter duos Ieſu Chriſti Apoſtolos Ioannem & Petrum, currentes ad eius ſepulchrũ. Citius Petro currens Ioannes illuc peruenit, ſed monumentum non intrauit; poſt veniens alter intrare non timuit, nunquid hoc ſine miſterio factum? id minimè credendum, quare cum Diuo Gregorio Magno dicamus. *Quid ergo per*
B *Ioannem, niſi Synagoga, quid per Petrum, niſi Eccleſia deſignatur?* Quo ſic ſtante dicamus in propoſito. Præcedens Chriſti mortem Synagoga, ſepulchri horrorẽ, mortis domicilium formidabat; ſubſequens verò poſt Chriſti mortem, & reſurrectionem Gentilitas facta fidelis Eccleſia, ingreſſum ſepulturę non pertimeſcit, audacter de morte meditando ſubintrat, quia mortis confracta poteſtas per Chriſti Domini mortem, & ſanctam eius reſurrectionem. *Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit.* Mors itaque ſic ſuis confracta viribus, minus quippe timenda, ſed potius contemnenda, quoniam ſuis è finibus depulſa vix minimi tremoris hominibus Chriſti Domini fidelibus incutere valet.

D. Greg. hom. [illegible] in Euang.
Pręfatio miſſę.

Idcirco cum Dauide voces extollamus dicentes. *Benedictus Deus die quotidie, proſperum iter fecit nobis Deus ſalutarium noſtrorum, Deus noſter, Deus ſaluos faciendi, & Domini, Domini exitus mortis.* Suum ad domicilium iter orida percurrebat mors inimica, ideo, & illud qui ante Chriſti mortem perambulabant, iure quidem timore pertimeſcebant; at mortuo, & rediuiuo Domino, qui ſubſequitur tutius pergens ſepulchrum ingreditur. *Quoniam mors mortua tunc eſt in ligno, quando mortua vita fuit.* Itinera, & fines mortis facti ſunt verè vitę reſurgentis, de qua re Dominus Deus apud Oſeam. *O mors ero mors tua.* Sed quid ſibi vult illius verbi reduplicatio Domini Domini eſſe exitus, & fines mortis? proculdubio, id quoniam bis ipſe eam deuixit, prius in ſe contriuit, inde verò in nobis valde
C repreſſit. *Quoniam ipſe exiuit, & inde nos exire fecit.* Inquit Caſſianus, nimirum de laqueo mortis. Quamobrem ne deſperes, ſed oculo non toruo mortem inſpicias, nam ſic erit tibi adiumento, vt facilius conſurgas de peccato.

Pſ. 67.
In Inuent. S. Crucis
Oſe. c. 13. d.
Caſſian.

Mirandum quidem hoc in modum rediuiuo Domino exeunte videlicet de ſepulchro, lapis, ſaxum illud non videtur fuiſſe omninò ſublatum, non penitus illinc deductũ, ſed tantũ vix reuolutũ, prout illę mulieres deuotę leguntur inueniſſe, ac vidiſſe. *Et reſpicientes viderunt reuolutum lapidem.* Matthæus verò addit Angelum ſedentem ſuper lapidem, certo indicio non fuiſſe ab ipſo ſepulchri oſtio diſtantem, ſed propè manentem. At quæſo dicatur mihi, nonne conuenientius videbatur, vt omnino deductum, valdeque remotum fuiſſet illud ab oſtio monumenti ſaxum, vt clarius tunc indicaretur Dominica reſurrectio? id parum quippe quod retuliſſe dicendum; ſed ſat exiſtimatur, etiam parum fuiſſe ibi euerſum ad præfatę conſiderationis oſtenſionem. At moralitas noſtro in propoſito attendatur.

Marc. c. 16. a.
Matt. c. 28. a.
D. Aug.

Apud Hebræos quodammodo ſacrilegium erat, quod mortui corpus in monumento abſque operimento iaceret. Et ideo fortaſſis non longe ab illius monumenti oſtio lapis adhuc remanebat. Verum iurè dices, & quiſnam mortuorum in eo aderat, cum nec antea, nec poſt Dominum mortuorum quis fuerat ibi poſitus? Reſpondetur præcipuè ex Venerabili Beda, quod Domino

V. Beda in hom.

mino exeunte rediuiuo mors ibi captiua, ſepulta remanſit. *Mutatur*, ait, *hic* D
D. Ambr. *ordo rerum, ſepulchrum mortem, non mortuum deuorat.* Clarius autem Diuus Ambroſius hæc prædixerat ſic. *Lapis adhuc ſepulchrum tegebat, quia mors ibi mortua iacebat.* Quibus ſic ſtantibus, morte videlicet ſepulta, magno ſaxo operta, non eſt quod ipſã meditari, cogitare timeas. Quamobrem memorare, memorare nouiſſima tua, & nequaquam ad deſperationem, ſed ad conuerſionem, ad exercitia ſpiritualia in te frequentius reſumenda vtilitati erunt. Quod faxit Deus prodeſſe cunctis fidelibus ſuis ad eius laudem, & ipſorum ſalutem.

Hominibus iuſtis mors nullatenus extimeſcenda, nec etiam illius memoria, Domini paſſione, & morte indulcorata. De Chriſto Domino cruci affixo, ac demum moriente ait Euangeliſta Matthæus. *Emiſit Spiritum.* Et cur po- Matt.c.27.f.
tius non dixit, Mortuus eſt? vel vitam emiſit? quoniam quem ſpiritum vitę amiſerunt per peccatum homines, hunc per mortem ſuam reddidit illi Reparator Chriſtus. In memoriam reuocetur illud Geneſis ſecundo. *Inſpirauit in fa* Gen.c.2.c. *ciem eius ſpiraculum vitę.* Nimirum Deus Adę, dedit illi videlicet vitam. Alii Alia lect. legunt. *Spiritum vitę.* Quem poſtea per peccatum amiſit, & Chriſtus benedictus de Cruce moriendo inuentum reddidit, & reſurgendo reparauit; ſic optime primis nouiſſima copulauit, & ſcripturarum locus conuenit. quamobrem dum audis redditum eſſe ſpiritum vitę, ne timeas mortem, neque de ipſa cogitationem. Vocans cæleſtis ſponſus dilectam ait. *Surge propera, amica mea, ſpe-* Cant.c.2.d. *cioſa mea, & veni; columba mea in foraminibus petrę, in cauerna macerię.* Per quam ca- E
uernę maceriam non nefas eſt denotari ſepolturę foueam; ruri iuxta Iudæorum, & AEgiptiorum mores, inter ſpinas, ac vepres, vt notat Abulenſis in Tost. in c.13 Exodi. Exodum. Sed quare tanta cum celeritate inuitata properare? audi ſupra, & cauſam nota, prius eam ad petrę foramina, nimirum ad Chriſti myſticę petrę vulnera vocauit, quibus, & morte ſua mortem noſtram contriuit, idcirco ea, & eius meditatio poſt hæc minime timenda.

Vis non horreſcere mortem, nec illius in memoriam reuocationem? attende, fac iuſtitiam, & æquitatem. Beatus ille Iob in mortis deſiderio, & co- Iob.c.3.d gitatu dum maneret, inquit. *Nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem cum Regibus, & conſulibus terrę.* Sed quare potius obitum ſuum morti Principum, quam ſomno eorum aſſimilauit? quoniam intereſt plurimum inter ſomnum, Simile. & mortem ipſorum. Iis namque dormientibus in Palatio cuncta ſub ſilentio fiunt, ianitores inuigilant, cetera modeſtè peraguntur: at eorum in morte quæque peruoluuntur; pedibus trahuntur, fures, prout poſſunt, depredantur. ſic in morte iuſtorum ſalua ſunt omnia bona eorum, & ipſi velut in ſomno, & quiete extremam ſuam obeunt horam. è contra verò iniuſti, ac impii, idcirco Iob mortem ſuam Principum ſomno, non morti aſſimilandam conſiderauit. Eſto tu quoque talis, & mors tua, eiuſque memoria, crede D Bern in quad. Epist. apud Tho. Hibern. mihi, nullum tibi timorem aut paruum incutiet. *Bona mors iuſti propter requiem, melior propter nouitatem, optima propter ſecuritatem.* Ait Diuus Bernardus. Hinc vir F
ingenio perilluſtris inſignia fecit hæc. Mortem depinxit, de cuius manu falcẽ auferendo, clauem eius loco commutauit, hac cum inſcriptione. *Spem aperit.* Nempe iuſti mors ad Cælum, & quietem æternam. Vis tu talem eſſe tuam, haud extimeſcere eam? dilige iuſtitiam, fac æquitatẽ, habeas Domini timorẽ. Duo hæc ſimul copulanda, timor Dei omnipotentis, & recogitatio mor- Exod.c.13.d tis. Tunc profectò tutum redditur iter ſurſum. In illud Exodi. *Viſitabit vos Dominus, afferte oſſa mea hinc vobiſcum, & c. Dominus præcedebat eos, & c.* Nonnulli opinati ſunt, quandam ante ſe Iudæos capſulam Domini detuliſſe; verum de hoc Abul. in idẽ c 9.12. nihil ſcriptura, bene tamen præcedebat eos columna modo ignis, modo nubis, quod totum fiebat per Domini Angelum, vt prolixius Abulenſis expendit. Subdit autem Diuus Gregorius. *In igne terror.* Domini timor eos præce- D. Greg. debat, oſſa Ioſephi, nempe mortis memoria ſequebatur. ideoque pergebant itinere, nec mortuorum cogitatione territi, vincit enim omnia timor Domini, de quo Diuus Pater Auguſtinus. *Timor*, ait, *ſecuritatem generat ſempiternam.* D. Aug. ſuper Pſal. Qui cum mortis cogitatu ab innanitatibus, & ſæculi delitiis, vt plurimum homines reuocare ſolet.

Nonnulli aſſeruere Adam poſt mortem Abelis ſe per annos centum abſtinuiſſe ab vxoris concubitu ſuę, manentem in mortis timore, in planctu, ac

dolore

Digitized by Google

A dolere pro Nato Abele occiſo, id à Septuaginta Interpretibus deducentes. Verba ſunt hæc Alphonſi Toſtati referentis ita. *Methodius Martyr, & ſeptuaginta dicunt, quod ducentorum triginta annorum erat Adam cum genuit Seth, & ſecundum hoc volunt quidam Doctores, quod litera Hebraica tacuerit centum annos, quos Adam tenuit in planctu pro Abel filio ſuo.* Quam tamen opinionem pluribus quippe rationibus ipſe Abulenſis ibi infringere, & diluere conatur. Quidquid de hoc ſit, tranſeat; nos verumtamen vllo abſque veritatis præiudicio, dicamus cum Methodio, Septuaginta, & aliis, ita ſe rem habuiſſe. ex quo luce clarius apparet, ex Domini læſi timore, mortiſque cogitatione homines etiam à licitis quandoque commoditatibus ceſſare; quid ab illicitis, & mundi inanibus delitiis? Timorē Domini habeas, te moriturum cogites, ne in delicta declines.

Toſt. in cap. Gen. q. 4. & c. 5. q. 1. 2. & 3.

O quam vtile, quamque neceſſarium recogitare, deflere miſeram hominum conditionem, fluxibilem, & lachrymabilem ſtatum! Hinc Diuus Dionyſius Carthuſianus de quatuor nouiſſimis de huiuſmodi re diu recogitanda inquit. *Quis det oculis meis fontem lacrymarum, vt defleam miſerabilem humanę conditionis ingreſſum, culpabilem conuerſationis progreſſum, damnabilem diſſolutionis egreſſum? conſiderani cum lacrymis de quo factus ſit homo. Formatus eſt de terra, conceptus in culpa, natus ad pœnam. Agit praua, & turpia, quę non licent; vana, quę non expediunt. Fiet cibus ignis, eſca vermis, maſſa putredinis.* Et prope eiuſdem articuli finem bellè ſic in propoſitum ſubſequitur. Secundus Philoſophus ab Adriano Imperatore interrogatus, quid eſt homo? reſpondit. *Mens incorrupta, phantaſma temporis, ſpeculator vitę, mancipium mortis, tranſiens viator, hoſpes loci, anima laborioſa, habitaculum temporis parui.* Mundo ergo vtamur tamquam hoſpicio, totiſque viribus feſtinemus ad patriam electorum, quam vt poſt vitę præſentis finem mox ingredi valeamus: ad mortem ſalubrem nos diſponamus per indefeſſa axercitia actuum virtuoſorum. Hæc ibi præfatus Doctor fidelis, & pius.

D. Dioniſ. Carthuſ. art. 55. de quat. nouiſſ.

B — Idem ibidem

Vultis denique, Deo adiuuante, peccata euitare? mortem cogitate, ac tremendam extremi Iudicii diſcuſſionem, implacabilemque tunc Iudicem. Oh quot latrones de miniſtris iuſtitię, de iuſto Iudice temporali, de mortis ſententia cogitantes, ſe continent, à furtis, & quibuſque vetitis ceſſant! Cum inter Iudæos multi contra fratres ſuos falſa prehiberent teſtimonia, vt in mortem darentur, iuſſit Dominus Moyſi, vt ſtarent illi ad pœnam talionis, vt ceteri videntes, ab huiuſmodi prauitate cauerent. *Cumque diligentiſſimè perſcrutantes, inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium, reddent ei, ſicut fratri ſuo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui, vt videntes ceteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere.* Et peccatores modò viuentes, de vniuerſali Iudicio, de ſupplicio æterno, de Iudice tremendo cogitantes, quæque peccata, & eorum occaſiones euitare non ſatagent? *Cum te appetitus inuaſerit peccandi, velim cogites horribile illud, & intolerabile Chriſti tribunal, in quo præſidebit iudex in alto, & excelſo throno. Adſtabit autem omnis creatura ad glorioſum illius conſpectum contremiſcens.* Diuus Blaſius hæc, & ſimilia inquit multa maximopere propoſito facientia ſuper Pſalmum trigeſimum tertium.

Exodi. cap. 19. d.

D. Baſil. in Pſal. 33.

C

 D

PARAPHRASES, ET MORALES CONSIDERATIONES In huius Dominicę Euangelium.

Erunt ſigna in Sole, Luna, & Stellis. Luc. c. 21. a.

PRIMO ſe offert nobis quædam dubitandi occaſio hæc. Euangelium hoc eſt de ſecundo Aduentu Domini ad iudicandum
Orbem, nimirum in Iudicio vniuerſali; attamen ab Eccleſia ſancta ponitur in prima Dominica Aduentus eiuſdem Domini in E
carne ad redimendum, & ſaluandum. Quorſum ita? dubio procul myſterium, præſertimque morale ineſt hoc. Quamuis attributa diuina,
quatenus in ſubſtantiam diuinam transeunt, ſint æqualia, & eſſentialiter vnum cum ipſo Deo, attamen quoad manifeſtationem, & effectum ipſum
duo hæc, miſericordia, & iuſtitia magis ab hominibus percipiuntur, atque
Pſ. 63. ſimul manifeſtari, & dignoſci conſueſcunt. *Duo hæc audiui quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine, miſericordia, qui tu reddis vnicuique ſecundum opera ſua.* Facit vtique
Deus omnipotente ſua bonitate miſericordiam, ſed non deſpicit & iuſtitiam.
Qui ad Adę punitionem patrato transgreſſionis delicto pergebat. *Ambulans*
Gen. c. 6. b. *ad Auram poſt meridiem.* O bone Deus ſi dedignatus adpuniendum pergis, cur
in aura meridiana remoraris? quoniam iudicium cum manſuetudine, & miſe
Gloſ. ord. ratione ſe facturum indicare prætendebat. *Eadem hora*, ait Gloſſa, *Chriſti emiſit ſpiritum.* Noluit Deus in Adam ferre ſententiam, ni prius magnę miſericordię
Abac. c. 3. a. facciendę recordatus. *Domine cum iratus fueris, miſericordię recordaberis.* Quod non
minus præmeditando Rex Pſalmigerus Vates ille ait. *Miſericordiam, & iudicium*
Pſ. 100. *cantabo tibi Domine.* De alijs quoque diuinis attributis laudandus vtique Deus,
gratię eidem agendę; verum de his præſertim & ſimul, quoniam hæc nobis
quoque ſic per effectum ipſum manifeſtiora, & vt plurimum cum altero alterum manifeſtatur. *Hæc duo ſimul*, ait Caſſianus, *cantantur quia ſimul quoque pergunt* F
Caſſ. *& indicantur.* Et hæc optima ratio, ob quam prima Dominica Domini Aduentus in carne Euangelium de ſecundo aduentu Domini, nimirum in iudicio vniuerſali legitur, quoniam opus Dominicę incarnationis eſt ſummę miſerationis, Iudicium verò illud eſt magnę Iuſtitię, quando reddetur cuique ſecundum opera ſua.

Reuocetur quoque ad propoſitum in memoriam, quòd iuſſu Domini Noe ob vniuerſale diluuium ab ipſo Domino mittendum ædificauit Arcam pro ſua, ſuorum, & illorum animalium conſeruatione in cuius, inquam,
Gen. c. 6. a. Arcę conſtructione ſpatio centum annorum elaborauit, tot annos in opere
Procop gaz. conſumpſit, vt Procopius Gazeus mirè adnotauit. O bone Deus illa Nauis non vtique tam vaſtę magnitudinis erat, prout ibi narratur, vt anni tot in eius conſtructione requirerentur, vt ipſa ſic benè integraretur. cur ergo in tempore tàm prolixo peracta? Reſpondet, & notat ex alijs illemet Doctor, quoniam quod Noe cum ſuis die circum eam, & in eâ efficiebat, nocte Dæmon cum ſuis miniſtris, nimirum hominibus malis ſaltem ex parte deuaſtabat, arbitrante ipſo Dæmone, ſic neminem viuentium propterea ſaluandum, Arcę commoditate carentem, etiam quemlibet iuſtum. Quicquid ſit de hoc tranſeat, quamuis non abſit etiam ex hoc ipſo moralitas, nimirum ad inſinuandum,

Digitized by Google

A dum, quod impii bona iuſtorum opera occultare deſtruereque cunctis prę
viribus ſuis enituntur. *Quoniam*, ait Dauid, *quę perfeciſti, deſtruxerunt, iuſtus autem* Pſal. 10.
quid fecit? Iuſſa Domini capeſſens ea facere omni conatu ſtuduit.

Verùm tamen noſtro in propoſito, alio ſenſu, licet quoque morali dicatur.
A diluuialis mittendę inundationis manifeſtatione Dominus ſic differri illius
operis complementum, & finem permiſit, voluit, artificem haud celerem
fecit, vt miſericordię ſuę magnitudinem demonſtraret, & eo ſigno ſic homi-
nes illos peſſimos excitando, ad pœnitentiam expectaret. Expoſitio, & de-
claratio eſt Epiſcopi Abulenſis in caput ſeptimum Geneſis, ita ibi bellè dicen Abul. in c. 7.
tis. *Et ſic à tempore illo, quo Dominus mandauit Noe facere Arcam, vſque ad diem diluuij* Gen. q. 8.
primam fluxerunt centum anni, præter viginti annos, quibus prædicauit Noe cunctis hominibus,
vt conuerterentur de vijs ſuis peſſimis. & ſic dicitur præcedenti capitulo. Erunt dies hominis cen
tum viginti anni. quibus durauit prædicatio, & Arcę fabricatio. Fecit iudicium Deus,
& iuſtitiam, non deſpexit miſericordiam: in miſeratione manebat, & ad mit
tendum vniuerſale Iuditium veniebat. ſuo ſic modo, de Aduentu Domini ad
miſerandum agitur, & de Iudicio vniuerſali in Euangelio legitur.

Nec longe à propoſito eſt illud Canticorum quinto. *Labia eius, lilia diſtillan-* Cant. c. 5. d.
tia myrrham primam. Parùm verò inferius ſubiungit, Guttur eius ſuauiſſimum. Ibidem.
O ſanctiſſime Domine, quomodo tam parua in diſtantia manent immixta,
amaritudo, & dulcedo? contraria hæc duo? in labiis iſta, in gutture illa? im-
B mò fortaſſis amaritudo, dulcedinem, & dulcedo amaritudinem pertingebat,
cum quædam humoris inter guttur, & labia tranſmiſſio eſſe, iuxta cuiuſque
experientiam, prætendatur. ſanè vt nobis intelligi detur, Dominum Deum
eſſe miſericordem, & iuſtum facere cum miſericordia iuſtitiam, & cum iuſti-
tia miſericordiam. Hæc per imitationem quemque Principum, ac omnium
fidelium, quibus iudicandi, diſcernendi competit onus, maximopere decent.
Referentibus Rabinorum nonnullis, ad Thronum Salomonis ſcriptum hinc Rabb.
inde erat. *Iudicium, & miſericordia.* Alii verò ex eorumdem Iudæorum Regi-
bus circa ſceptrum, quod manu gerebant. hoc idem legebant. *Firmat Iudicium*
cum miſericordia Regnum. Quod proculdubio ex eo Salamonis ſumptum non du
bitatur. *Facere miſericordiam, & iuditium magis placet Deo, quàm victimę.* Idcirco Prou. c. 21. a
nullus admiretur, & ſi duo hi Aduentus Domini ſimul conſiderari, pergere-
que videntur, in carne ad faciendam magnam miſericordiam, & in iudicio vni
uerſali ad faciendam quoque iuſtitiam, de quo vniuerſali Iudicio, & ſignis eius
multis præcedentibus in præſenti Euangelio legitur.

Item, quemadmodum eſt duplex Domini Aduentus, primus videlicet in
paupertate, & humilitate; ſecundus verò in Maieſtate, & gloria; ita duplex
eſt iudicium, vnum diſcretionis, quo inter bonum, & malum, inter electum,
& non electum, inter verum, & falſum diſcernitur; alterum autem retribu-
tionis, ſeu remunerationis, quo vnicuique iuſta merces rependitur, quę Diu
C us Dionyſius Carthuſianus de quatuor Nouiſſimis expendendo ait. *Itaque Chri* D. Dion. Car
ſtus in primo ſuo aduentu non venit vt iudicaret iudicio remunerationis, immo magis, vt iudica- thuſ. 2. No-
retur, patientiſſimè ferret omnia; ſed ad exercendum tale iudicium veniet in die extremo. Verum uiſſ. art. 1.
tamen in primo ſuo aduentu venit exercere iudicium diſcretionis, quia tunc inter electos, repro-
boſque diſcreuit, quoſdam miſericorditer vocando, & conuertendo, alios iuſtè derelinquendo,
impiorum quoque vitia arguendo, & viam ſalutis inſtruendo, propterea quòd apud Ioannem ait.
Nunc iudicium eſt mundi, quod quaſi exponens adiecit. Nunc Princeps huius mundi eijcietur
foras. Immo & vtriuſque iudicii, nempe diſcretionis, & remunerationis actu
Dominus eſt vſurus in ſuo etiam aduentu ſecundo, diſcernendo inter iuſtos,
& iniuſtos, electos, & reprobos; cunctiſque iuxta merita bona, val mala, re-
dendo ſtipendia, quamobrem cum hæc duo iudicia in vtroque Domini Ad-
uentu quamdam conformitatem habeant, præcipueque in ſecundo ſimul ſint
nulli ſit mirum, & ſi Eccleſia ſancta in prima ipſius Domini Aduentus Domi-
nica legendum ſecundi Aduentus Euangelium ordinauit.

Erunt ſigna, &c. Senſus quo ad literam, & hiſtoriam clarus, ac ſi dicatur, o-
mnes hę licet inſenſatę creaturę, indignationis Domini, & orbis diſſoluendi
ſigna dabunt. Sol, Luna, Stellę, facta in eis per orbem obſcuritate, Terra
tremore, Mare tempeſtatis ſonitu, & inundatione. Sed in propoſito atten-
datur quod Geneſis ſecundo legimus. *Igitur perfecti ſunt Cæli, & Terra, & omnis*

Gen. c. 2. a.

ornatus eorum. Benè autem ait (igitur) rationis nota, ac ſi dicat, quia de manu Domini prouenuiunt facti. Huius vero ſcripturę ſenſum non ignoro etiam eſſe moralem hunc, Cæli ſunt Sacerdotes Domini, iuxta illud Pſalmiſtę. *Cæli enarrant gloriam Dei*. Nempe Apoſtoli Domini, & eorum ſucceſſores, vt notat Sanctus Pater Auguſtinus. Referente verò Alphonſo Toſtato Hebræi legunt. *Perfecti ſunt Cæli, & Terra, & omnis militia eorum*. Tales itaque Cæli, ſi moraliter perfecti, ſuper fidelem populum influunt verbis, & moribus probis, ad fructuum ſalutarium productionem. Quod ſi luxurioſè perornantur, in eſſentia remanentes adhuç perfecti, ſunt nihilominus quadam mala militia, cætum populi deducentes ad peruerſitatem morum, & ad imitationem malorum, & quod minor eſt error in laicis, magna malitia dicitur in Religioſis, de ſe dantibus ſic exempla prauitatis.

Pſal. 18.

Alph. Toſt. In Præfat c. 2 Geneſ Pa gnin. chaldę.

Verùm in propoſito iterum ſic dicatur. Militię Cælorum horum materialium effectus, eſt influentia, quandoque ſuper nos quàm mala. cui facit alia lectura præfatorum Geneſis verborum hæc. *Perfecti ſunt Cæli, & omnis exercitus eorum*. Nempe imbres vehementiſſimi, nimię pluuię, fulgura, grando, & id genus multa, quominus hæc omnia iuxta Domini ordinationem fiant, & oporentur. *Ignis, grando, nix glacies, ſpiritus procellarum, quę faciunt verbum eius*. Hæc igitur omnia (prout ſic dici poſſunt) Cælorum militia, & eorum exercitus, peccatores aduerſus in Iudicio vniuerſali perditè iudicandos (antequam ipſe Iudex dedignatus appareat) præcedent; ſigna enim erunt in luminaribus mundi, & ſtellis Cæli ad indicandam maiorem futuram commotionem, & venientis Iudicis indignationem.

Pag. ex Hebræo.

Pſal. 148.

Simile.

Quemadmodum ſi quando aduerſus aliquem magnum Eccleſię Catholicę rebellem proteruum ferrenda eſt anathematis ſententia, priuſquam comparear ſacerdos id peracturus, intortitia ibi extinguuntur, ſuper terram nigrum expanditur tapetum, lapides iaciuntur aduerſus eum, in Summi Pontificis, & Eccleſię Sanctę indignationis iuſtiſſimę ſignum, poſtea verò apparet, qui tremendam excommunicationis ſententiam, iuſta cum iracundia, & vultus indignatione profert. Sic, ſic ſuo modo dicatur in propoſito, Venturum ipſũmet Chriſtum Dominum Iudicem tremendum ad excludendum à commercio iuſtorum peccatorem induratum, rebellem, formidabili cum ſententia irreuocabili in Iudicio vniuerſali, en quę præcedere ſigna dicantur Cælorum, ac vniuerſi orbis intortitia, nimirum luminaria obſcuranda, expandendum tenebrarum ſuper faciem terrę tapetum, iacendi lapides ſuper peccatores, montibus dicturos, cadite ſuper nos. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna, & maieſtate. Audiſtis irę venturę ſigna, caueamus indignationem, vt euadamus ſententiam talem, & à iuſtorum commercio expulſionem.

Luca vbi ſup

E

Erunt ſigna in ſole, luna, &c. Ex omnibus orbis partibus, & elementis futura prædixit Dominus mala; & mundi perituri ſigna, ſanè vt peccatores perterriti caueant, & à delictis conſurgentes ad Deum conuertantur ne in tremendo Iudicio pereant. Hæc formoſa Domini adinuentio, vt ſic mirè ſuccurat populo ſuo. Vnde ſic benè Iſaias inquit. *Notas facite in populis adinuentiones eius*. Quales? quomodo? audi. De vno ex magnis Etrurię Ducibus fertur, quod aduertens quemdam ſuum muſicę magiſtrum, cantorem optimum, ſed ſolito valde inconſtantem, velle aliò proficiſci, rogauit ad manendum, muneraque promiſit ei multa, quo minimè acquieſcente, ad omnes orbis potentatus, & Principes ſcriptas literas miſit de tali viro narrationem continentes, rogando vt eum apud ſe nequaquam retinere, ſed ſtatim etiam minis adhibitis remittere dignarentur; quo libenter peracto, ille ad Sereniſſimum, à quo receſſerat, ſic bellè compulſus rediit & hanc ſibi impreſiam elegit. Venatici erant canes hinc inde ad predam parati, lepus verò è cauernulà egrediens, nimirũ ad prata, cum titulo. *Vnde exieram reuertar*. Nempe ne ab his comprehendar circumſtantibus.

F

Iſa. c. 12. b.

Exempl.

Ecce, ecce priorem hac, & meliorem Domini Dei inuentionem. In mandatis dedit omnibus creaturis, licet inſenſatis, vt ſignis, & effectibus timorem incutientibus minas multas aduerſus peccatores intentarent, vt ſaltim perterriti reuerterentur ad eum, à nullo alio ſubſidium ſperantes. *Pugnabit pro illo*

Sap. c. 5. d.

orbis

A *orbis terrarum contra inſenſatos*. Ad votum videlicet Actoris, vel Ductoris, qui Deus erit, prout Interlinearis ait. Hanc fateatur veritatem ille perfidus fratricida Caim, qui tutus cum incederet iuſtus, patrato delicto longe factus à Deo, ait. *Omnis qui inuenerit me occidet me*. O virorum perfide, perdite, ſi ſolus cum tuis genitoribus tantum adhuc ſuper terram viuens, quem hominum times, nunquid à tuis occidi parentibus? Reſpondet Procopius Doctor egregius, omnia Cælorum, & elementorum ei mortem intentantia, minitantia, etiam ſic arborum folia, quocumque tenuis auræ ſpiritu mota. *Dat Deus ſignificationem, vt fugiant à facie arcus*. Nimirum iracundiæ, & vltionis eius. Hac de causa erunt ſigna in Cæli luminaribus, & elementorum ſpheris. Conuertere tu igitur ad Dominum Deum tuum, vt euadas illius indignationis arcum, & ignita eiuſdemmet arcus iacula. Interlin. Gen.c.4.c. Procop. Pſal.59.

In Sole, & Luna, & Stellis. &c. Demum ad confuſionem impiorum, vt ſuis cernant oculis, mundi huius lumina, & decora iam impiè ab eis ob ſplendorem, & ſolamen ſuper ſalutem adorata, tunc euaneſcentia, ſplendore orbata, ſqualore confecta, & ipſi olim cultores verecundia mœroreque torqueantur. Vitulo aureo, eiuſque colore croceo Iudæi adeo delectabantur, vt nedum libenter illum intuerentur, ſed eo coram choreas etiàm deducentes impii venerarentur. & mox per Moyſem combuſtus, puluis factus in potionem eis datus. *Arripienſque Vitulum, quem fecerant, combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem,*
B *quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum populo Iſrael*. Ac ſi dixiſſet, en quem venerati eſtis, & veſtram fateamini ſtultitiam. Aſſyrii de magna Holofernis ſui Ducis ferocitate, ad bellum aptitudine gloriabantur, extollebanturque perditi eum venerantes; & ecce confeſtim trunco per feminam capite, fugam confuſi arripuerunt vt eo ambitioſi delinquentes, eius quoque causa, & interitu in fugam, timorem, perditionemque darentur. Exodi c.32.e Iudith.c.14.a.

Quemadmodum qui, & brutorum cultu cæci ambulabant, ab eiſdem necati meritas luere pænas, de quibus ſacra Sapientiæ pagina Deo. *Quod quidam, ait, errantes, colebant mutos, vel multos ſerpentes, & beſtias ſupernacuas immiſiſti illis multitudinem animalium in vindictam, vt ſcirent, quia per quæ quis peccat, per hæc torquetur*. Mirandū profectò immodum, capto Sampſoni mox Philiſtæi oculos eruerunt, & cur potius id, quàm aliud damnorum intulerunt ei? Reſpondet Diuus Baſilius, quoniam oculis ille primò peccauit; videns enim Dalidam mulierem Philiſtæam, eius confeſtim amore captus, petiit, & in ſuam accipere voluit. Quæ poſt hæc in mariti necis causa potiſſima fuit, prout apud ſacram de ipſo hiſtoriam capite decimo ſexto. Deo ita permittente, annuente, vt creaturæ videlicet aduerſus te inanem earum amatorem vertantur, iiſque tu male torquearis, prout in fine ſæculorum aſtra, & quæque alia mundi entia per te in malum vſum adhibita. Sapient.c.11.c. Lect.marg. Iud.c.16.e. D.Baſil.

In Sole, Luna, & Stellis. Modò hæc omnia Cæli aſtra myſticè nec ſine intelle-
C ctu morali accipiantur. Per Solem Chriſtus Dominus, per Lunam Beatiſſima Virgo Maria, per Stellas Apoſtoli, & omnes Sancti. Idem verò Euangelium Sanctus Matthæus ſcribens, ait. *Sol obſcurabitur, Luna non dabit lumen ſuum, & Stellæ cadent è cælo*. Quæ dubiò procul non obſcurabuntur quoad eſſentiam ſuā non quoad gloriam, neque quoad quocumque in eis, vel circum eos bonū obſcurabuntur Chriſtus Dominus, Virgo Beata, & Sancti quicumque; ſed ſecundum quemdam ab eis erga homines effectum, ſicut & inter nos euenire ſolet. Incomptum, & inobedientem ſeruulum pater familias vult iure quidē ſua è ſeruitute remouere, & leniter verberando extra domum deiicere, tunc vir nobilis pietate motus ſe intermittendo, intercedendo, ſic ait illi Domino. Dhe, quæſo, Domine mi, amore Dei, necnon & meo, ac etiam pro vice adhuc inobedienti parce; ſi verò vlterius talis erit, dimitte; placatur, exoratus, condonat, & ſeruulum admonendo domi aſſeruiendum retinet. quem vlterius peiorem effectum dominus iuſta iracundia ductus, ſumpto baculo, nullo amicorum vlterius pro eo intercedente, de domo expellit. Matt.c.24.c. Simile.

Sic, ſic ſuo modo in illorum fine ſæculorum erit. Chriſtum Dominum minas aduerſus peccatores nunc minitantem exorant Virgo Maria Mater eius Immaculata, ſanctique omnes eius, qui eorum meritis, & precibus dimittit placatus, immo & ipſe apud patrem ſuum omnipotentem pro nobis vt homo aduocatus

Digitized by Google

aduocatus eſt. Verum in extremo dierum, in vniuerſali Iudicio apud ipſum Iudicem tremendum nullus pro peccatore obdurato interceſſor erit. *Pro hac* D
Pſa. 31. ait Dauid, *orabit ad te omnis Sanctus in tempore opportuno, in diluuio autem aquarum multarum, ad eum non approximabunt.* Sicut & vniuerſalis Diluuii tempore Sanctus Noè credi poteſt feciſſe. Qua de re Alexander Alenſis ibi ait. *In tempore opportuno. ideſt in præſenti vita.* Nunc, nunc pro nobis eluceſcunt in cælis, orationibus, & meritis omnes Sancti, ſummum Iudicem exorantes, qui leuiter hic ad correctionem, & conuerſionem, verberando corripit, at in eo dierum nouiſſimo, nullus eorum hac pro re ad eum accedet. Et hoc ſenſu etiam commouenda, obſcuranda, & è Cælo caſura hæc aſtra non ineptè dicuntur.

Areſcentibus hominibus præ timore. His fieri tunc incipientibus ſummo incutientur mox homines tremore, & nos ſancto eidem Euangelio credentes, & ea omnia futura firmiter tenentes, coram ſupremo Iudice tunc omnino inflexibili, exactam de nobis rationem reddituri apparere debentes, & non timemus? vix vi hac de re cogitamus? vitam in melius inſtituere non curamus? O nos miſeros, & verè miſeram omnium taliũ conditionem! Attendatur quod
Abac. c. 3. 2. Abacuhc Propheta dixerat. *Domine audiui auditionem tuam, & timui.* Quid ſibi vult iſte dicendi modus? nunquid auditio auditur? nunquid quę Deus ipſe in ſe, & per ſe ipſum audiebat, eadem ſic & ille Propheta quoque? non ita hæc intelligitur ſcriptura, ſed horum ſenſus verborũ poteſt non obſcurè decolligi
Pſal. 111. ex illius Dauidicę conſimilis ſcripturę intelligentia. *In memoria æterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit.* Iuſtus demum iuſtitia, & gratia firmatus à mala E illius diei, & formidabilis ſententię iudicis auditione non timebit, quoniam in malos proferenda immutabilis ſententia damnationis. *Quam audient*, ait
Lyran. Lyranus, *immiſericordes, nempe. Ite maledicti in ignem æternum. Miſericordes verò. Venite benedicti.* Præfatus autem Propheta adhuc viuens finem ſuum quomodo neſciens, dumquę peragenda in futuro Iudicio mente præuoluebat, ſummopere metuebat, & peccatoribus adhuc in hac vita degentibus, de illa die tremenda formidabilique ſententia concionatores loquentes, Euangelia exponentes audientibus timor, & tremor nullus? peſſimum quippequod iudiciũ, vę illis in futurum.

Areſcentibus hominibus præ timore. Secum defert peccator delictum dum pergit ad ſententiam, & iudicium, & de læſo indignato, tremendiſſimo iudice non cogitat timere? verè malè perdendus petit, dum hæc haud pertimeſcendo contemnit. Quem non formidas venturum expectantem ad pœnitentiam te peccatorem, tremendum iudicem in Iudicio velis, nolis habere, ſuſtinere
Pſal. 9. cogeris. *Cognoſcetur Dominus iudicia faciens, in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt*
Ordin. Lyr. *peccator.* Vbi Gloſſa Ordinaria cum Lyrano ſubiungit ita. *Ibi agit de iudicio diſcuſſionis, quod erit in fine mundi.* De Catholicorum Hiſpanię Regum vno, nomine Philippo, fertur, quòd aureis paruulis valde delectabatur horologiis, hinc inde ad thalami parietes appenſis ſonantibus, more Principum. contigit au- F tem, vt ex iis vnum furto rapuerit cubiculariorum quidam, cognita re, ſta-
Exemp. tim perquirebatur eorum quis huiuſmodi dolum feciſſet, & quiſque negando id patraſſe delictum, ſuam tuebatur famam. Tum Rex ei, de quo ſuſpicabatur ad ſe accercito ait, num tu ſuſtuliſti? nequaquam, ò Sacra Maieſtas, in tantam deueni ego dementiam, & mox eius, quod pectore gerebat, rapti furto horologii campana horas ſono concuſſit, & furtum, furemque manifeſtauit. *In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.* Quod exemplum noſtro propoſito eſt maximopere accomodatum, prout infra.

Dum tu Domini Dei mandata ob rerum caducarum amorem benè obſeruanda contemnis, furtum committis, tua in anima pro nunc abſcondis. cultum enim quem vni Deo vero, viuo exhibere debes, inanibus ſæculi huius creaturis impiiſſime tribuis, & abſcõdito furto in corde tuo ſic miſerrimus ad Iudicis examen, ad eius ſententiam, condemnandus pergis, minimè cogitando de die illa tremenda, & hora. Quamobrem de repente vocatum adductũ te coram Iudice interrogatum de facto furto reſponſurum, tua te manifeſta-
Roman. c. 5 d. bit malitia, iniquitas, conſcientia mala. De ſimilibus itaque hominibus, atq; de ceteris Paulus ait. *Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium in die, cum iudicabit Dominus.* Quamobrem

Digitized by Google

A obrem ſic peccator reuelatus, de furto facto conuictus, ligatis manibus condemnabitur perpetuò cruciandus *In operibus manu m ſuarum illaqueatus eſt peccator.* Alia lect.
Simili de re teſtimonium cum experientia perhibeat perfidus ille fratricida Cainus, cui tunc Dominus. *Non ne*, ait, *ſi bene egeris, recipies, ſin autem malè ſtatim in foribus peccatum tuum aderit.* Nimirum, ait Gloſſa, in exitibus. Duę ſunt fores præcipuę, duo exitus, Iudicium particulare, & vniuerſale, in quibus facta furta, patrata quæque delicta abſcondere ſe reuelantia nequibis. quę ſi viuens non times, moriens tuam damnationem ſenties. Audi, obſerua, diſce. *Quoties diem illam conſidero toto corpore contremiſco. ſiue enim comedo, ſiue bibo, ſiue aliquid aliud facio ſemper videtur illa tuba terribilis ſonare auribus meis, ſurgite mortui, venite ad iudicium.* Gen. 4. b.
Ita Diuus Hieronimus, pius, purus, meditando de vniuerſali Iudicio clamabat, quod igitur immanis peccator ego tanto magis peragere debeo? D. Hier ſup. Matt.

Nam virtutes Cælorum mouebuntur. Nimirum orbis poli, ſpiritus etiam Angelici, omnes hę actiuorum, & paſſiuorum ſpherę, & alia quæque his ſimilia verum ſic iuxta literę ſonum. Sed myſticè, atque moraliter dicatur etiam ſic. Virtutes Cælorum, non ineptè dici poſſe creduntur, Domini Dei operationes, effectuſque diuinę miſericordię, atque iuſtitię, quę nobis præcipuè magis quotidie manifeſtari videntur, miſericordia videlicet, & iuſtitia. quorum effectus, & ipſæmet in eis ſecundum noſtrum percipiendi modum, tunc mouendę conſiderantur. nam modò ſequente iuſtitia præcedit miſęricordia, verum in die illa, ſequente miſericordia, præibit Domini iuſtitia. dicente etiam id Propheta Dauide. *Iuſtit a ante eum ambulabit, & ponet in via greſſus ſuos.* Et quis tantam, atque talem facere tranſmutationem poteſt? Deus ipſe ſolus, audiatur idemmet Pſalmiſta dicens. *Hæc mutat o dexteręexcelſi.* Ferunt Mytologi de Ioue inanium Deorum primario. quod quadam die contexuit cathenulam, cuius vni extremitatum coniunctus erat globus aureus; alteri vero ferreus, vel æneus. qui hominum accipiebat ferreum, reliquum erat, vt inde aureum in manibus, in ſinu quoque ſuſciperet: cui verò prius dabatur aureus, inde eidem ferreus ſequebatur dandus. Apud Auctorem inuentionis ſenſus locū habebat, nos in propoſito dicamus, cui tantùm conſolationes, & iucunditates hic impertiuntur, vix vi minima tacto calamitate, miſeria, dolore, reliquum eſt, vt alio in ſæculo mæror, afflictio, & pœna verè diiudicentur, credaturque conferenda, & è contra dicatur. Hæc mutatio dexterę excelſi eſt. Conſimilia excogitantem magnum Doctorem, & Sanctum patrem Fulgentium audiamus, & dicentem. *Da mihi Domine hic pęnitentiam, & poſtea indulgentiam.* Quoniam virtutes cælorum mouebuntur, rerum vices ſequuntur, & nunc miſericordia vexillaria præcedit, tunc verò Domini iuſtitia præhibit. Pſ. 84. Pſ. 76. Exempl. S. Fulg.
B

Tunc videbunt filium hominis venientem, &c. Facile quidem intueor ex hac ſacra narratione Euangelica quoddam magnum examen ſimile forſan examinationi per Epiſcopum faciendę de quibuſque ad maiores ſacros ordines admitti, illiſque initiari cupientibus. Primo ab eodem Epiſcopo intimatur ipſum examen faciendum, & diſcuſſio rigoroſo, inde verò à conuenientibus oſtenduntur patentes literę teſtimoniales de legitima ordinandorum ætate, qui requiruntur eſſe legitimi, non ſpurii, alioquin irregulares, & ab ordinibus huiuſmodi omnino expellendi, iuxta Canones. Et ſicut Epiſcopus ideo ad Eccleſię valuas affigi Edictum de ordinatione habenda facit, vt omnes ſic initiari cupientes benè ſe præparent, vt idonei reperiantur, nec inanes dimittantur. Ita ſuo maiori, nobiliori modo Dominus conſimile Edictum per creaturas ſuas licet inſenſatas publicari, ad Cælique quodāmodo parietes affigi iubebit ea intentione, vt omnes benę paratos, ac optimè idoneos ſua pro cæleſti Eccleſia reperiat. *Erunt ſigna in ſole, luna, & ſtellis, &c.* Excitat mentes, ſuadet probos mores, chriſtianam Doctrinam cunctis intimat, vt nullum reprobare habeat. *Propterea ſe iudex venturum minatur, vt non inueniat quos puniat, cum venerit.* Ita ſcripſit ſuis in ſermonibus Sanctus Pater Auguſtinus. Cap. Illeg. & cap. 3. innot. lib. 6. Decretal. de cleric. D. Aug. ſerm. 119. de tempo.
C

Eia igitur vos omnes, agite Ieſu Chriſti fideles, benè doceamini, & eſtote parati, ſi nō vultis expelli ab ea ſancta ordinatione Domini: ſi non vultis ab altiſſimi animarum noſtrarū Epiſcopi approbatione depelli. *Fratres ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis.* Dicentibus verò, fideles nos Ieſu Chriſti ſumus, ſacro baptiſmatis fonte regenerati, chriſmate 2. Petr. c. 1. b

confirmati

confirmati, nuncupamur ideò Chriſtiani, ad ſanctum propterea Cæli templum ſpectantes, ad ibi quoque canendum apti; reſpondetur, id iurè dictum & habendam vtique in domino confidentiam; at non id ſat eſſe, ſed oportere ſimul opera etiam Chriſtianorum facere. Veniat in memoriam illud apud D

Ioann c. 8. e. Ioannem octauo, vbi glorantibus ſe Iudæis, patrem habere Abraham Dominus ait. *Si filij Abrahæ eſtis, opera Abr. hæ facite.* Operepretium eſt, nosmet reddere idoneos nedum ſcientiis, ſed & operibus ipſis bonis, præſertim miſericordiæ, ac pietatis.

Iuſſit olim Dominus Oſeę Prophetę, vt ſumeret vxorem forni cariam, filioſque faceret fornicationis. de quorum ſecundo ſic ſuſcepto, cum eſſet femi-

Oſe c. 1 a. b. na, inquit idem Dominus genitori. *Voca nomen eius abſque miſericordia.* De alio verò ſimiliter ſuſcepto eidem patri quoque dicitur. *Voca nomen eius, non populus meus.* Cuius quippe rei ratio ibi pariter aſſignatur. Verùm in propoſito ſic probè, vt intelligi detur, illos apud Deum eſſe illegitimos, & adulterinos, qui opera non faciunt miſericordię, qui ſunt abſque miſericordia; nec eos propterea ſpectare ad electum Ieſu Chriſti populum. Si filii vos Ieſu Chriſti eſtis, & iccirco Chriſtiani iure nuncupati, opera eius, nimirum ad eius imitationem, iuxta illuſmet præceptionem facite.

Sed heu. heu. multi loco ſic peragendi, rapiunt quę proximi ſui ſunt, & in propoſito hi apud Altiſſimum ſpurii, ac illegitimi, haud ſpectantes ad ordinationem Cæli, ſed ad foueam Inferni, vbi debitas perpetuò luent pœnas. De E

Dauide Rege fertur in eloquio diuino, qui cum ſenex factus, vix vi, aut nulla tenus poterat calefieri non obſtantibus quibuſque circa illum adhibitis pelli-

3. Reg. c. 1 a. bus, & pannis. *Et Rex Dauid ſenuerat, habebatque ætatis plurimos dies. cumque operiretur veſtibus, non calefiebat.* Mirandum ſanè in modum id contigiſſe Dauidi, viribus è natura robuſto, atque tunc temporis ſolummodo annorum ſeptuaginta.

Nicol. Liran Cuius quidem facti Nicolaus Lyranus plures aſſignat cauſas quòd videlicet in iuuentute bellicoſus multa receperat vulnera, quibus multo ſanguine fuſo ſolent debilitari homines ſic vulnerati.

Item quoniam ex eo tempore, quo vidit Angelum ſe verſus tenentem denudatum enſem, ſiue gladium, in ſe tantum contraxit timorem, vt ſemper eo incuſſus remanſerit. Aliam vero cauſam propoſito facientem ex Rabbi

Rabb. Sal. Salomone hanc ilſemet adducit. *Aliam, ait, etiam aſſignat cauſam Rabbi Salomon dicens, quod id fuit in pœnam peccati, quo abſcidit Oram veſtis Saul. Quod enim in hoc peccauerit, videtur, quia ibidem ſubditur. Poſt hæc percuſſit cor ſuum Dauid, eo quòd abſcidiſſet Oram chlamidis Saul.* Hinc precor, conſideretur, quanta fore pœna rapientibus aliorum bona, non dimittentibus debita, non reddentibus accepta, non operantibus bona. Verè hi minime faciunt ad eam, quę ſurſum eſt Ieruſalem, ſed inanes dimittendi ad foueam Inferni, vbi fletus, & ſtridor dentium, cruciatuſque flamarum in pœnam peccatorum.

Erunt ſigna in Sole, Luna, Stellis, &c. Nec mirum profectò, quamquidem omnia hæc propter hominem facta, eo autem deficiente, ad aliud per mortē F.

Simile. abeunte ſæculum, & ipſis hac de re ſigna dare iure quidem competerat. Quēadmodum patre familias diuite vitam hanc cum mortuis commutante, in mæſtitię, ac doloris ſignum eius domeſtici omnes, eum amore adhuc proſequētes, magno viro prudente orbati lugent, lugubri induuntur habitu, Palatii feneſtrę clauduntur, parietes ſericis expoliati, nigris condecorantur ſic pannis. Talis eſt in toto hoc mundo in omnium obitu magnatum mos, & conſuetudo. Deficiente de ſuper terrarum orbe humano genere vniuerſo, ſuos dies cunctos hic obeunte, inſenſatę etiam omnes creaturę ob eius gratiam, & commodum à Deo patratę, ſigna mæſtitię indicabunt; & hac in domo communi tenebrę fient, obſcuratis luminaribus Cæli, velut tot feneſtris, propterea clauſis omnibus; & quibuſque ornamentis hinc inde depoſitis, quaſi lugentibus velut ſeruulis. Conſideratio eſt Diui Chriſoſtomi ſuper Matthæum di-

D. Chriſ. in illud Matt. centis. *Patre familias mortuo tota domus turbatur, familia plangit, & nigris ſe veſtimentis induit. Sic humano genere propter quod facta ſunt, circa finem conſtituto, Cæli miniſteria lugent, & candore poſito, tenebris induuntur.* Nulli propterea mirum, & ſi tunc virtutes Cælorum commouebuntur; mærore decedentis per mortem hinc hominis confectę.

Digitized by Google

A *Tunc videbunt filium hominis venientem*. Et qui nam eum videbunt? Angeli tum boni, tum mali, homines vniuerſi, tam feminę, quam mares; probi, & improbi. ſed quomodo id continget? dicente Pſalmiſta. *Non exurgent impij in iudicio*. Benè diſtinguas, vt bonam intelligentiam percipias. Non reſurgent à pœnis impii ſuis, ſed in vitam prodientes ſecum eaſdem habebunt, & deferent pœnas, vt optimè exponunt Doctores. Idcirco & benè Dauid ibidem ſubiunxit immediatè *Neque peccatores in conſilio iuſtorum, ſeu in congregatione eorum*. Non ad ſtandum à dextris ſummi iudicis in electorum congregatione, audituri ſe ad paratum Cæleſte Regnum vocari; ſed à ſiniſtris, inter Dæmones cũ eis damnandi, depellendi ad pœnas Inferni, vt optimè inquit Diuus Thomas quamobrem omnes ibi videbunt Filium Dei venientem ad iudicandum orbẽ vniuerſum. Verum non æquè omnibus inſpicientibus eum conſimilem de ſe proſpectum, aſpectum præbebit, namque bonis iucundus, & ſuauis, malis verò tremendus, & magna indignatione percitus apparebit. Etiam eodem tempore à Iudæis comedebatur Agnus in AEgypto aſſus, magno quidem cum guſtus ſuauitate, & ab Angelo deuaſtante interficiebantur omnia AEgyptiorum primogenita. nonne magna hæc diuerſitas? maximè. id attendens Rupertus Abbas, inquit, eo ſignificari, eundem Agnum, Dei Filium in die illa vniuerſalis Iudicii debere eſſe bonis iucunditatem, & ſolatium; malis verò dolorem, & flagellum.

Pſal. 1.
Ibidẽ Hæb.
D. Thom. in add. ad 3. p. q. 89. a. 5. & 6
Exod. c. 12. d
Rup. Abb.

B Nec non eodem in loco ſplendidus erat aer Iudæis, tenebricoſus verò AEgyptiis, idemque fluuius lympidus illis, ſanguineus verò iſtis. inſpiciebatur ab vtriſque idem, attamen diuerſus in aquis, ſiue humoribus. atque diuerſum producebat effectum. Filius hominis idem in Apocalypſi Beati Ioannis Apoſtoli viſus eſt ſtellas in dextera habens, nempè ad præmiandum, ad largiendum; & gladius de ore eius egrediebatur acutus, quo formidabilis illa ſententia reos aduerſus puniendos, fortè intelligitur. Pluries intuitus ſum quamdam tabellam arte mira confectam, quę ſi vno reſpectu, à dextris videlicet inſpiciebatur, formoſus iuuenis, valdè decorus in ea depictus videbatur, ſi autem à ſiniſtris, alio ſcilicet verſu, proſpectabatur, horridum ſerpentem, tremendam mortem reuelabat. Cuius quidem applicatio facillima eſt propoſito. *Credo videre bona Domini in terra viuentium*. Videbunt itaque omnes venturum Iudicem ad ponendam terram in ſolitudinem: at non eodem aſpectu omnibus ipſe Dominus vniuerſos iudicaturus apparebit.

Exod. c. 10. e. & c. 7. c.
Apoc. c. 1. b.
Simile.
Pſal. 26.

His fieri incipientibus, leuate capita veſtra. An autem ſimilia fieri iam inceperint nulli dubium eſt, ſed cuique conſpicuum. Bella inter homines, & hos etiam fideles; ab aere inæquali tempeſtates; contagioſę in multis locorum infirmitates; è Cælo terrores, è Terra commotiones, ſterilitates, in mari ſubmerſiones, & id genus multa, timorem, horrorem concutientia; ergo leuate leuate ò viri, ò feminę, capita veſtra. Quid? quo? in quem? mentem, affectũ, C confidentiam, deprecationem in ipſum venturum, venientemque iudicem, vt de cunctis ab eo ſic eruamur periculis. In Romanorum Hiſtoriis legitur de Silla magno, & valido præliantium Duce, qui aduerſariorum pugnantium cuneum ingrediens in ſcuti concauitate Apollinis imaginem ſculptam gerebat, illamque ſæpius, atque ſemper intuendo, ex ea tanti roboris, & ſecuritatis ſibi arbitrabatur conferri, augeri, vt nullum omninò timorem ſibi ex quouis impetu incuti fateretur. O fideles Ieſu Chriſti omnes, leuate, leuate capita veſtra in hunc ſolem iuſtitię, & miſericordię Chriſtum, cuius modò radii ſpinę, lancea, crux, quod ſignum etiam erit in Cælo, cum ipſe ad iudicandum venerit, & ne animo perdamini, quoniam ipſe robur, victoriam, ſolamen, coronam de perfidis perſecutoribus veſtris daturus eſt vobis. *Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebo, ſi exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo* Leuauerat enim caput ſuum, meditationem, affectum, & confidentiam omnẽ ſuam in illum, quem præuidebat venturum, pro corona ſuorum, & condemnatione impiorum.

Roman. hiſt.
Pſal. 26.

Leuate capita veſtra. In admirabilem Cæleſtis, ac diuini Iudicis ſplendorem ne dum per orbem vniuerſum micantis, ſed abſcondita quæque tenebrarum fortè tunc illuminantis; Vir nobilis, tum familię ortu, tum animi ſui præſtantia, nec non & armorum virtute, quã clarus inſignia ſibi hæc elegerat. Lancea,

Exempl.

in cuius ſummitate ignis flamma erat cum inſcriptione. *Vtraque magnus.* Nem pe parentum nobilitate, & belligerandi virtute. Verùm noſter ſummus victor inuictus aliter fulgentem defert Lanceam, cui videlicet ſummitati loco flammę ſanguis eſt victoris, eius de latere egreſſus; ſic & in eiuſdem ſagittis, nimirum clauis, & ſpinis, quę omnia paſſionis eius inſtrumenta in Chriſti car ne dirè quidem infixa, mirum acquiſiere ſplendorem, luceque clariſſima emi D

Abac.c.3 b cant. De quibus Propheta Abacuch ipſi Domino. *In luce*, ait, *ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtę tuę.* Quę profectò Achillis lancea præſtantior, illa ferro temporaliter vulnerabat, & igne ſanabat; hæc autem iuſtis mi rum eternę vitę ſolamen, impiis verò Inferni ſupplicium, æternam plagam afferet. Leuate, leuate igitur capita veſtra, ò iuſti, in ſplendorem Domini, quo in tenebris ſæculi, & perditorum obſcuritatibus, vos colluſtrari, quàm clari ibitis tuti ad Iudicium vocati, ad audiendam vocem ſermonum Domini vos liberantis de impiorum manibus, & vocantis ad paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. exoremus; veneremur Sanctiſſimum Crucifixum, quem habebimus iudicem pientiſſimum, & coronatorem optimum.

Quoniam appropinquat redemptio veſtra. Sed nonne facta iam per Chriſtum Dominum, per paſſionem & mortem eius redemptio vniuerſi generis humani? maximè. ideo ſenſus etiam poteſt eſſe, vt intelligatur nomine redemptionis, liberatio iuſtorum de manibus impiorum, vlterius electos comprimere non valentium. Iuſtus verò tunc conſolatione refectus perditos ad tartara conde E

Pſ. 57. mnatos audiens, videns, minimè condolebit. *Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam, lauabit manus ſuas in ſanguine peccatoris.* Nec vllam faciat dubitationem ſcriptura hæc audientibus, quoniam iuſti ſe omninò conformabunt voluntati diuinæ, & Iudicis immutabili ſententię de impiorum condemnatione, omnes affectus ſuos habentes in diuinum Iudicem illum eleuatos, cui fauet verſio

D. Hieron. Diui Hieronymi hæc. *Pedes ſuos lauabit in ſangine peccatoris.* In diuino autem eloquio frequenter à Patribus per pedem intelligitur affectus. Vel ſic exponatur conculcabit iuſtus ſanguinem peccatoris, ſicut & modo rem domeſticam, quaſque illius diuitias, quas pauperis mercede, ſanguine, malus malè cumu

Verſio Heb. Cald. lauit. Cui facit Caldaica. *Lauabit plantas ſuas, &c.* Aut etiam dicatur ſic. Lauabit manus ſuas, ſe de illius perditione innocentem inſinuando, quod indicat manuum ablutio. Gaudeant igitur iuſti, conſiderantes appropinquari diem illam Iudicii.

Appropinquat redemptio veſtra. Nimirum vt eruamini de manibus impiorum, vlterius vobis, neque timorem, neque moleſtiam, neque oppræſſionem vllam afferre valentium, quoniam eos Dominus malos malè perdet. Dignā

Iſa. c. 81. ſanè conſideratione ſcripturam reliquit teſtatam Propheta Iſaias hanc. *Et brachia mea populos iudicabunt.* Bone Deus, quid ſibi vult iſte dicendi modus? oris loquendo, vel manus indicando, ſiue ſcribendo eſt, non brachiorum iudicare populum. Igitur quorſum ita dicitur? Ad indicandam Domini iracundiam, & indignationem aduerſus peccatorem. clariùs vertit Caldæus Para- F

Cald.Paraph phraſtes. *Et in fortitudine brachij potentię meę populi iudicabuntur.* Pro conſolatione verò iuſtorum perbellè facit Septuaginta verſio hæc. *Et in brachio meo gentes ſperabunt.* Verùm non extra propoſitum adhuc in ipſa vulgata maneamus dicen

Septu. do. Gentilium Antiquitas iudicia faciens, ſententiamque mortis reos aduer ſus ferens, ſi valde graue delictum rei, digitum à Iudice in reum eleuari iubebat: grauius ſi delictum erat, duos digitos, vel manum; ſi verò grauiſſimum, ambas manus, dicendo. *Ego ſic te condemno.* Iudex noſter Dominus modo in aliquem eleuat digitum, ad eius caſtigationem, ſicut etiam factum eſt tem

Exod. c. 8. e. pore Pharaonis. *Digitus Dei eſt hic.* Quandoque manum, ſicut ad probandam

Iob. c. 19. c. Iobis patientiam. *Manus Domini tetigit me.* Verùm in extremo dierum, perfidos iudicaturus, bracchia in eos eleuaturus dicitur. vt magna eius indignatio, & impiorum eorum grauiſſima demerita, iuſtæque punitiones indicentur. quare ſic illis iure meritò irreuocabiliter condemnatis, iuſti ſuam adinueniſſe redemptionem, & de manibus eorum liberationem dicent.

Non præteribit generatio hæc, donec, &c. Sumus, iuxta Sancti Apoſtoli dictum

1. Corint. c. 9. c. in quos venerunt fines ſæculorum, hæc eſt nouiſſima ætatum, in cuius fine iudicium erit vniuerſale; verùm quando, de die, & hora illa, non eſt noſtrum

perquirere

Digitized by Google

A perquirere, quę poſuit Deus in ſua poteſtate. De illius tamen diei approximatione, ac vicinitate multas adduximus congruentias olim noſtro in Horto Prædicantium edendo, feria ſecunda poſt Dominicam primam Quadrageſimę. In præſentiarum nihilominus hoc vnum non prætereamus. Apud patientiſſimum Iobem id, inter alia eius dicta, conſideratione dignum legitur, *Sub ipſo curuantur, qui portant orbem*. Sed ſi aliquibus dedit Deus, vt portarent orbem, non ne ab eo fortes, ſtabiles effecti, ne dilabentibus rueret ipſe orbis? Pro reſponſione ſcio vtique ab Ordinaria dici, ita videlicet ſcriptum ob reuerentiam eorum in factorem ſuum. Vel quia ſicut qui curuus non videt, quę ſupra ſe ſunt, ita nec homines, nec Angeli compreheudunt immenſitatem omnipotentis Dei.

Hort. Præd. fer. 2. Dom. p.

Iob. c. 9. b.

Ordinar.

Verùm attendamus modò moralem hunc ſenſum in propoſito. Iuſſit olim ipſe omnipotens, vt ſummus Sacerdos vniuerſum orbem lineatum, ſeu arte mira contextum ſua in veſte deferret; iuxta illud Sapientis dictum. *In veſte enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum*. Et quorſum ita? ſanè vt intelligi daretur, mundum hunc totum moraliter, inquam, regi, & ſubſtentari ſuo modo, à Sacerdotibus, Prælatis, & Præſulibus, nimirum à miniſterio, & vita integerrima eorum; quibus proh dolor, dilabentibus, quid reliquum eſt? mundus vt cadat, ruat totus, diſſoluaturque quoad compoſita in eo, & veniat ſic breui dierum nouiſſima, & ſit valde proxima, appropinquat itaque tempus,
B & hora, qua tranſeat Cęlum, & Terra, nimirum, ceſſet illud è motu ſuo, & iſta à productione ſua. *Nam etſi dies ille eſt occultus, tamen non dubitatur eſſe vicinus*. Ita Sanctus Leo Papa ſermone 10. de Ieiunio habet. Si tamen vlterius aliam extremi diei approximationis congruentiam, & ſignificationem cupis, lege quam Sanctus Apoſtolus Paulus ad Thimoteum ſcribens manifeſtauit hanc. *Hoc autem*, ait, *ſcito quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, erunt homines ſe ipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti*, An autem tales inueniias, experiaris eſſe homines pleroſque ſic modò, tu ipſe dicito. Verùm hac de re, licet vtili va de, nunc hactenus.

Sap. c. 18. d.

D. Leo Pap. ſerm. 10. de Ieiu.

Ad Thim. c. 3. b.

Demum itaque finem huic noſtro ſermoni primo imponentes dicamus, ex omnibus totius orbis partibus ſumendam nobis occaſionem noſtrę præparationis benè quidem faciundę pro vtroque Domini Aduentu, & ipſomet Domino noſtris in animabus piè, ac meritoriè ſuſcipiendo. In AEtyopum Hiſtoriis legitur, quod ad educendum de quodā animali ſuaue muſcum omnes domi manentes arma, & diuerſa inſtrumenta ſumunt aduerſus illam ibi captā feram, ſtrepitum efficiendo, pauimentum, pariterque hinc inde percutiendo. Tum fera timens ſibi paratam necem, ſudat gummis cuiuſdam guttas, quę ſuauiſſimum muſcum faciunt. En, en, ò dilectiſſimi formola adinuentio Domini. Iubet nos aduerſus fore vniuerſa, & modo aliqua conſurgere. *Accipiet armaturam Zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum, &c.* Audiamus, attendamus fragorem manuum, timorem incuſſum, & emittamus, ſpi-
C remus vndequaque odoris ſuàuitatem, lacrymarum inundationem, cordis contritionem, ſummi Dei laudem. Sic, ſic nos, ac omni modo meliori diſponamus, præparemus ad ſuſcipiendum fideliter, & deuote in Thalamo animarū noſtrarum omnipotentis Dei Filium, in vtroque illius Aduentu, in hoc eius modo Natali ſanctiſſimo.

Hiſt. Æth.

Sap. c. 5. d.

Digitized by Google

SECVNDVM MYSTICI THALAMI ORNAMENTVM.

IN SECVNDA DOMIN. ADVENTVS DOMINI.

Cuius Euangelij occaſione de eloquiorum caſtorum congruentia, de fidelium ſermonum vtilitate, de bonorum operum neceſſitate, de bono maiorum exemplo, atque de conſimilibus documentis moralibus tum ante Paraphraſes in Euangelium, tum in ipſiſmet tradendis, & conſiderandis pulchrè agitur.

IN memoria, precor, reuertatur illud, quod primo Regum legitur. Cupiens Ionathas Saulis Regis filius aliquam de D
Philiſteis ferre victoriam, ad montem, ad eorum ſtatio-
nem, manuum, atque pedum ſibi adiutorium adhibendo,
conſcendit, eiuſque quod mente prius euoluerat, & opta
1. Reg. cap. 14. 6. rat, generoſè, copioſe conſequutor euaſit. *Aſcendit Iona-
thas reptans manibus, ac pedibus.* Armigero eius ſubſequente.
Eloquii autem Diuini Sacrę Scripturę plures ſunt ſenſus,
iuxta Patres, & eius omnes quoque profeſſores. Præfatę verò ſcripturę mo-
ralis noſtro in propoſito ſenſus eſſe dicatur hic. per manus communiter in-
Pſ. 76. telliguntur opera. *Deum exquiſiui manibus meis.* Nimitum operibus bonis, iuxta
D. Aug. expoſitionem Diui Patris Auguſtini dicentis ibi. *Manus ſunt opera, nox ſæculum
hoc.* Per pedes verò, affectus, intellectiones, volitiones ſignificari nulli du-
bium eſt. *Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua.* Numquid cor-
Pſ. 114. poris pedibus curritur in teſtimonia, promiſſiones, & mandata Domini, ni-
mirum in dilectionem Dei, & proximi? magis quidem affectibus, qui ſunt iu-
D. Aug. trac. 48. in Ioan. xta eumdem Diuum Patrem Auguſtinum, animę rationalis paſſus. *Non moue-
tur anima pedibus, ſed affectibus.* Quo ſic ſtante, dicamus aſcendere homines ad
Cælum, reptantes manibus, & pedibus, illudque rapere, quod violentiam
patitur, hoc eſt per integritatem affectuum, & perfectionem operum. No-
ſtro nedum ſubſequente, ſed præcedente armigero, Dei auxilio, & cuſtode
Angelo. Duę item manus, duę alę ad reptandum, & volandum, ſunt eloquia E
caſta, recta fidelis inſtructionis verba, & chriſtianæ pietatis opera. Hinc & in
Mat. c. 11. 2. Euangelio Dominus. *Euntes, ait, renunciate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis.* Recti-
tudinem verborum, integritatē operum, & de his duobus, valde fideli populo
neceſſariis, priùs nonnulla eſſe dicenda velut de optimo noſtri Miſtici Thala
mi Ornamento Secundo, arbitratus ſum, antequam ad Euangelii Paraphra
ſim noſter deuoluatur calamus.

Digitized by Google

A

De vtilitate, atque neceſsitate eloquiorum caſtorum, & fidelium ſermonum.

FIDELIS ſermo vtique ſemper habendus, & ad eius compoſitionem adhibenda ſunt verba propoſito facientia, debitam inuicem habentia connexionem, ne fiat in verbis monſtrum, & ſequatur cachinatio audientium; ſed formoſa fiat compoſitio, excitans homines ad pietatem, obedientiam, deuotionem. Secundum Platonis dictum, pulchritudo eſt debita membrorum connexio, recta eorum inuicem diſpoſitio, referente Cælio Rhodigino in hiſtoria antiquarum lectionum. Sic à ſimili dicatur ſuo modo de ſermone habendo, verba talem componentia, propoſito faciant, & rectam inuicem connexionem, piam fidelem habeant. Conſideratio etiam eſt, & adhortatio Diui Pauli Apoſtoli ad Timotheum ità ſcribentis. *Formam habe ſanorum verborum, quę à me audiſti, in fide, & in dilectione.* Ac ſi dicatur. Sicut compoſitum naturale habet formam intrinſecè ei dantem eſſe, & figuram extrinſecam (ſi formoſa eſt) allectantem inſpectores; ita ſuo modo morale hoc

Plat. apud Cæl Rod. lib 24. c. 8. & 9. Hiſtor. antiq. Lection. Timoth ep. 2. c. 1. d.

B compoſitum debet habere pro intrinſeca forma, eſſe rectum quoddam ſpirituale, atque bene ſentire, rectitudinem dans in corde dicentis, ſiue ipſa verba facientis, & pro extrinſeca formoſitate, ſeu figura, eorum verborum bonam diſpoſitionem, rectamque proportionem, iuxta materiam, de qua, vt ſic pulchrè allectando auditores, moueat eos ad quę iubentur, magno animo peragenda.

Recti verò ſermonis, & verborum ſic benè diſpoſitorum optimi ſunt effectus, qui ex bene dicentis ore ſequuntur ad ipſius, & audientis conſolationẽ, atque ſalutem. Duo ſunt genera pugnantium in aduerſariorum euerſionem victorię acquiſitionem, & propriam ſalutem. Alii vtuntur gladio in arenaria paleſtra, alii verò fideli eloquentia, ſanaque doctrina in Senatu, æde, domo, vel aulâ, atque ſimilibus locis. *Cedant arma togę.* Dixit Tullius, licet verę fidei lumine captus, & noſtrę ſanctę pietatis expers. Sanctus Leo Papa qui buſnam armis, num gladio, lanceis, globis igneis repulit Attilam Gothorum Regem obuiam ſibi factum ad Vrbis, atque totius Italię deuaſtationem? non, ſed fidelibus, ac piis verbis propoſito bene quidem factis. *Eius Diuina eloquentia perſuaſum eſt Attilę, vt regrederetur.* Cui ſanè propoſito mirum inmodum facit illud Eccleſiaſtici. *Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quaſi brachiale in brachio dextro.* Perpendantur, quæſo, verba hæc. Ait doctrinam prudentis viri dicentis eſſe velut brachiale in brachio eius dextro. & cur non ait, gladium, lanceam,

Tull. lib. 1. Offic.

In eius vita apud Vileg. & lect. Breu. Eccl. c. 21. d.

C globum igneum? Reſpondendum fortè ſic, quoniam prudentis eſt, potius ſe tueri, quam aduerſarios interficere, ſeù interfici quærere. attamen noſtro in propoſito ſic. quia viri prudentis rectè loquentis arma offenſiua, & difenſiua ſunt eius eloquentia, doctrina, rectus ſermo, fidelis, pius. *Miſerunt Principes, & Phariſei miniſtros vt apprehenderent Ieſum.* Cauſa videlicet interficiendi eum. tunc comprehenderunt? minimè. quare? quoniam adhuc non ſibi Dominus complacuit, ſed mirandum ſermonem ad eos habuit. cui alias diſcipuli. *Domine verba vitę æternę habes.* In propriam, quando voluit defenſionem, & aliorum ſalutem.

Ioann. c. 7. d

Ioann. c. 9. g.

Huc perbellè venit illud quoque Eccleſiaſtici quadrageſimo quinto. Cum enim ibi multa de viro ſapiente, iuſto, ſana verba faciente dicantur in ipſius laudum enarrationem. hoc pariter ſilentio non inuoluitur. *Et in verbis ſuis monſtra placauit.* Bone Deus, beluę, monſtra fame, baculo, labore ſolent indigere, vt ſuo Domino coram, & ductore domentur, incuruentur, potius quàm verbis, quibus non intellectis, parùm, aut nihil mouentur. Quare ergo ſic dicitur? quomodo id ita bene ſequebatur? in ſenſu literali, & hiſtorico etiam diluitur dubitatio, nam ibi eſt de Moyſe ſermo, qui verbis, ſequentibus ſignis perdomuit AEgyptios, beluis duriores. Attende tamen moralitatem, & ſcripturę dilucidationem, minimè ab hiſtoria diſcedendo. Monſtra ſunt

Eccl. c. 45. a.

Gloſſ. Ordin.

multi

BIBLIOTECA ... ROMA

Digitized by Google

D

multi homines duci, diri peccatores. qui auditis viri prudentis benè compoſitis, & fidelibus verbis, contingit, vt conſurgant de delictis, eos monſtra efficientibus Deo coram, & hominibus, atque ad Dominum Deum conuertantur pænitentes effecti, humiles, pii, mites. Nonne tot monſtra erant, & belluarum genera, illi quidem immanes hæretici, quos Sanctus Pater Auguſtinus integerrimis, & doctrinalibus verbis proſtrauit, domuit, placauit; maximè quidem. *Deſtruxit hæreſes, errores repulit, hæreticoſque proſtrauit.* O verè quam magnus, & mirus recti, & fidelis ſermonis effectus, Deo auxiliante, conuertens animas ad veritatem, & ad eius auctorem Deum. *Quærit enim anima verbum, cui conſentiat ad correctionem, quo illuminetur ad cognitionem, cui innitatur ad virtutem.* Ita Diuus Bernardus ſuis in ſermonibus ſuper Cantica Canticorum dixit.

In eius Miſſæ Præf.

D. Ber. ſup. Cant. ſerm. 85.

Cui propoſito nihil minus facit illud etiam Mythologorum, de Orpheo referentium, qui ſuæ lyræ ſono, atque ſuaui cantu ſuo ad ſe feras, monſtra, arbores, ſaxa, de ſyluis, de viis mirè quidem trahebat. De cuius opere tali miro apud Natalem Comitem Carmina hæc leguntur.

Hunc referunt duros lapides, & flumina cantu
Detinuiſſe, ſuæ captos dulcedine vocis:
Syluestres fagos inter confinia terræ
Threiciæ, quæ nunc frondent, veſtigia cantus
Illius eſſe ferunt, quas ſecum adduxerat Orpheus
Vertice Plectro Cytharæ dulcedine, & artis. E

Natal Com. lib. 7. Myt. c. 14.

Sed numquid hæc veritatem ſic habuiſſe credendum? non quidem iuxta literæ ſonum. Sed moralitatis veritas hæc ineſt, quod Orpheus fuit vir magnæ eloquentiæ moralium actionum, non ad beluas, ſed ad homines ſpectantium; quibus rectis, & benè compoſitis verbis, de moribus beſtiarum, de arboribus ſyluarum, de ſaxis viarum homines rudes, idiotas, ignaros ad ſe audiendum, ad congregati in vnum mirè alliciebat, quibus leges, & iura dabat, mœnibus Ciuitatum cingebat, & rationalium moribus mira ſic arte ſua dicendi viuere ſuadebat. Hæc ſana verba poſſunt; hæc recti ſermones efficiunt. *Quærit ſiquidem anima verbum, quo reformetur ad ſapientiam, cui conformetur ad decorem, cui maritetur ad fecunditatem, quo fruatur ad iucunditatem.* Ita quoque Diuus Bernardus, vbi ſupra, nimirum ſuper Cantica Canticorum ait.

D. Bernard. vbi ſupra.

Bona verba, in ore proferentis benè ſonantia, vt plurimum auditores ad concedendos fauores, & gratias allectare, delectare ſolent. Cui ſanè propoſito non minimè facit illud Geneſis dictum. *Nephtalim Ceruus emiſſus, dans eloquia pulchritudinis.* Ergo verbis pulchritudo, quæ propriè corporibus, viris, ac mulieribus, competit? tranſlatus quidam hic dicendi modus dicatur, myſticus tamen ſenſus eſt. Vbi Gloſſa Interlinearis, & Lyranus aiunt. Nephtalim interpretari dilationem, & per eum Apoſtolos, ac eorum ſucceſſores denotari ex eius enim tribu Apoſtoli, qui in latitudine mundi vocem ſuam Euangelii, ſuauem, ſalutarem dedere. Dicebatur verò Ceruus emiſſus, quia expediti ad opus illi, & vt irent mittebantur. Item moraliter ſic. Quemadmodū Pictores penniculis, & coloribus formoſum, delectabilemque virum, mulierem, equum, atque talia depingunt, ſic ſuo modo Concionatores, Oratores Viri benè, appoſitè loquentes penniculo linguæ, & verborum coloribus lineant opus, negotium, expetitamque gratiam, afferentem delectamen, & gratitudinem in auribus, in cordibus audientium, facilius vt flectantur ad concedendum. *Iucundum ſit ei eloquium meum, ego delectabor in Domino.* Mihi expetitam rem propterea conceſſuro, forte quoniam opus labiorum meorum fuit gratum ei; & iucundum.

Geneſ. c. 49.

Interl. Lyra.

Simile F

Pſ. 103.

Eumdem ſenſum facere videtur illa Canticorum verba, Sponſa fideli facta *Sicut vita coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Ergo verbis dulcedo? maximè tranſlato ſermone; accipitur enim ibi dulcedo pro gratitudine ex verborum debita connexione, & eorum directione: verùm attendatur morale. Alii legunt. *Sicut filum coccineum, &c.* Ac ſi diceretur, ex charitate tuo in corde, profers verba dilectione feruida, rubra, pulchra, valde delectantia. Sed quare labia vt funiculus, filum, vitta ſe dicuntur habere? quia in eis bene factis, benè diſpoſitis virtus vt plurimum eſt, & vis atrahendi, ac vt ſic dicam, ligandi auditores ad faciliùs, quod petitur concedendum. Sicut qui ab aliquo dominorū

Cant. c. 4.

Alia lect.

Simile.

aliquid

A aliquid conſequi optat, poſtulaturus vadens, ei munuſcula, flores, poma, & id genus alia offert, quibus princeps delectatus fieri annuit. Sic illo modo, qui à Domino Deo, & etiam à ſæculi viro magno expetere cupit, benè compoſitis, & rectis inuolucrum verbis offert, profert, ne petito vacuus fauore recedat. *Tollite vobiſcum verba, & conuertimini ad Dominum.* Qui tali delectatus munere, maiora, & immenſa elargitur dona. Quid vlterius dicam de viro ſana verba, recta verba faciente? de hoc tali Eccleſiaſticus ait. *Et ipſe tamquam imbres emittet eloquia ſapientię ſuę.* Ac ſi dicat, ſicut Cælum imbribus ſuis terram fecundans, eam copioſè germinare, producere facit, ſic, ſic ſuo nobiliori modo rectis ſermonibus ſuis vir prudens, & ſapiens in audientium cordibus efficere conſueſcit. Oſe. c. 14. a. Eccl. c. 39. b.

Demum huic ratiocinationi finem imponamus ea Oſeę Prophetę ſententia. *Occidi eos in verbis oris mei.* Et quis vmquam audiuit, verba viri eſſe velut tot ſagittas, gladios, lanceas, hominum pectora, corda tranſuerberantes? occidentes? non ita intelligitur, ſed moralis ſenſus talis eſſe poteſt. Quod recti, ſapientiſque viri ſermones ad audientium pectora, & corda peruenientes, validam perſuaſionem faciunt, effectum optimum producunt, adeo vt ipſi conſurgentes à dolo, veniant, & miſericordiam à Domino petant, & ſic quo ad iniquitatem, ea videlicet deficiente, euaneſcente, dicuntur occidi, & perire; ſed vita ſpirituali conſurgere. Etiam apud beatum Ioannem, in eius videlicet Oſe. c. 9. c.
B Apocalypſi viſus eſt ſimilis filio hominis in ore, verborum loco, habere gladium acutum qui eſt ſermo Domini penetrabilior omni gladio ancipiti. Quemadmodum & illud apud Pſalmiſtam intelligi poſſe creditur. *Increpaſti gentes, & periit impius.* Nimirum quoad iniquitatem, non quoad vitam; & ſalutem, cum ſcilicet audita, percepta recti ſermonis integritate, debita correctione conſurrexerit de iniquitate. Videte dilectiſſimi, quam vtilia, quamque neceſſaria ſint recta, fideliaque verba prudentis viri in auribus proximi ſui, ad ſpiritualem vtriuſque vitam, & ſalutem æternam. Apoc. c. 1. b. Pſal. 9.

Contra verò ſequitur, dum mali, turpes, praui ſermones habentur; à bonitate enim tunc homo paulatim decidit, & miſerrimè perit. *Corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Quod in corde quis habet prauum, inde eructat ore malum, vnde ſequitur præcipitium, tum male loquentis, tum etiam quandoque audientis. *Dilexiſti omnia verba præcipitationis lingua doloſa.* Ergo verba præcipitant? non ſic abſolutè, ſed præcipitium diſponunt, atque tandem præcipitare faciunt. Reuocetur in memoriam illud Semei, viri mala verba, improperiis, & conuitiis plena, de monte, de colle, ſuper quem, dicentis in virum probum, Regem Dauidem. Num de colle mox à Regiis pueris præcipitatus fuit? non vtique tunc parcente, iubente ſic pio Rege, ſed poſt hæc debitę necis pœnam non euaſit tempore Salomonis, in memoriam primi facinoris. Verùm de ore impuro, maledico, mala verba quæque faciente multa diſſeruimus noſtris in Moralibus ſuper Paſſionem Domini. Sat modò ſit nobis atten- 1. Corinth. c. 15. d. Pſal. 51. Moral. in Paſſ. Dom.
C dere, & imitari verba, & exempla Saluatoris noſtri dicentis à Ioanne miſſis Diſcipulis, vt euntes renuntiarent, quę audierunt, nempe verba integritatis, & miranda opera ſalutis.

De vtilitate, atque neceſſitate bonorum operum in ſalutem hominum.

REMISIT Dominus ad Ioannem Diſcipulos eius, iubens, vt ei, quę audierant, & viderant, ab eo dicta, & facta, ipſi Ioanni referrent, atque talia iidemmet imitari quoque diſcerent: Ante omnia itaq; toto corde deprecari Dominum nobis opere pretium eſt, vt elargiri nobis dignetur nedum benè ſapere, rectè loqui, & audire, verum etiam, & benè operari. Prout, & Diuus Pater Auguſtinus expoſtulabat, dicens. *Doce me, Domine, quid agam, non ſolum, vt ſciam, quid agere debeam, ſed vt faciam.* Nimirum voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Opera bona ſimilibus verbis D. Auguſt. ſup. Pſal.

copulanda

Digitized by Google

copulanda, quibus & cordis integritas nō minuus correſpondere debet. Quod haud parum confirmatur, ea in Communi Confeſſorum non Pontificum, Antiphona. *Hic vir deſpiciens mundum, & terrena triumphans, diuitias Cælo condidit ore manu*. Nempe operibus, atque verbis, ſimilibus in optimum proximis exemplum. At de corde (dicetis) nulla mentio fit. Verum niſi cordis rectitudo, & integritas in eo quoque fuiſſet, nequaquam diuitias Cælo condidiſſet, nimirum merita multa, & animas fidelium, cooperando ad ſalutem eorum. Cui quidem propoſito non minime facit illud Dauidis Domino Deo dicentis *Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine*. Quid voluntatis competit ori, & oris voluntati? quę his communia, vt dicantur oris voluntaria? dubio procul ſenſus eſt, quod iuxta cordis, & voluntatis affectum, ac integritatem ſuę, ſe verba ore Domino coram protuliſſe, ſic dicendo voluit Vates indicare; nec ſimilibus ab operibus diſſentiſſe, diſcediſſe, vt hæc omnia ſimul correſpondentia, fierent Domino beneplacita. D

In Comm. Conf. nō Pont. ad Magnif.

Pſal. 118.

Memorię reuocetur illud de illa muliere Emoroiſſa in Euangelio Matthęi adducta; quę in Chriſto Domino fidem habens, & ſanari ab eo cupiens, ad eum pergere velle, atque tangere ſecum ratiocinabatur. *Dicebat enim intra ſe, ſi tetigero tantùm veſtimentum eius, ſalua ero*. Quare perrexit, tetigit, & mox ſana eua ſit. Notate tria benè ſimul coordinata. Audiens hæc mulier Dominum illuc pergentem, vel illac tranſeuntem, ad eum velle ſe conferre ſuo in corde decreuit. Fides eſt ex auditu, quamobrem tali fide, ſpe, charitateque cor ſuum mulier, prius deſuper adiuta, firmauit; inde præfatum ſermonem rectum habuit, atque demum opere ipſo totum id compleuit, iuit, tetigit, eam Dominus confeſtim ſanauit, à deſiderio, & eloquio, opereque recto; non defraudata ſuo. Hæc tria ſimul vna congeramus, cordis rectitudinem, verborum directionem, & operum integritatem, vt vitam conſequamur ſalutarem. Verùm quis modo dicet, ſi mulier illa tangendo mox ſanata fuit, prout Euangeliſta, poſt tactum Domini veſtimentum, poſt eiuſdem feminę ſermonem, ibi ſubiunxit. *Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora*. Cur illi Dominus ait. Fides tua te ſaluam fecit? ſi per fidem ſanata, cur poſt modum per amictus tactum dicitur talis facta? Reſpondet Diuus Chryſoſtomus ſic. *Quod fides rapuit, miſericordia conceſſit*. Verùm noſter in præſentiarum ſcopus eſt de bonis operibus, quem proſequi propterea debemus. E

Matth. c. 9. c.

Ibidem.

D. Chryſoſt.

Optima eſt oratio, cui non contradicunt, non contrafaciunt ipſius orantis opera. *Extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite Dominum*. Numquid non benedici, non laudari poteſt Deus, ni manus extollantur? non ita intelligitur, ſed ſenſus eſſe creditur, extollendas manus eſſe ad recta opera, ad facienda Sanctorum Sancta, quibus oratio ſummopere validatur perficitur, & ſic Deus benè laudatur, placatur, gratias orantibus facilius elargitur. Moyſi frequentius aſcendenti ad orandum Dominum pro commiſſo ſuę cuſtodię Iſraelis populo, ait ipſe Dominus. *Non apparebis in conſpectu meo vacuis manibus*. O Sanctiſſime Domine, quid eſt, quod ais ſeruo tuo, non aſcendendum te coram ad orandū ni manibus plenis, non vacuis? tuus eſt orbis vniuerſus, tua in eo omnia & manus plenas fortè muneribus, à ſeruo tuo expoſtulas? & quid tibi, quod non habeas, poſſet dari? ſenſus talis eſſe creditur. Veni, ora, precare, adora, ò Moyſes, ſed manibus plenis operibus bonis, ne caſſa ſit oratio, & deprecatio tua. quid enim proderit benè orare, & male operari? immo non bene deprecatur, qui male operatur. Bona oratio exauditur, cui per opera orantis nō contradicitur. Fruſtra Deo coram canis, qui operibus eum lædis. Aſcendamus ad orandum, ſed præcedat opus bonum, ſine quo vix auditur deprecantis ſermo. In Cælum extolle opus directionis tuum, vt mirè valeas comprobare ſermonem tuum, quem ſine bono opere ſcias ad nihilum valere. F

Pſal. 133.

Exod. c. 23. b. 34. c.

Huic propoſito non minime facit illud Canticorum quinto. *Manus meę diſtillauerunt Myrrham, & digiti mei pleni ſunt Myrrha probatiſſima*. Cuius ſcripturę expoſitorum, prout apud Ghiſlerium, alii dixere, hæc eſſe ſponſi verba nimirum Chriſti Domini; aliis verò placuit, etiam poſſe attribui ſponſę, nempe fideli animę. Nos iuxta illos, dicamus Chriſti Domini cæleſtis ſponſi manus diſtillaſſe ſuper Crucis lignum ex foraminibus clauorum ſanguinem pretioſiſſimum, noſtrę ſalutis pretium, opus ipſi amariſſimum, nobis verò ſuauiſſimū, quoniam

Cant. c. 5 b.

Apud Ghiſl. Ibidem.

Digitized by Google

A quoniam hominum Reparationis operatiouum; & eiuſdem digiti erant ſuo ſanguine madidi, circumoperti, Si verò eſſe ſponſę cum iſtis, velimus dicere, cum per ipſam non ſit facta redemptio, ſed ipſa redempta ſit fidelis creatura à Chriſto; dicamus, eius plenas manus eſſe bonis operibus, quę ideo dicuntur alicuius amaritudinis, & pretioſitatis myrrham diſtillaſſe, quoniam in iis labor defatigatio, & meritum. Per digitos verò poſſunt intelligi animę rationalis potentię, quę gratia, & virtute paſſionis Dominicę replentur ſic, ſic ſponſa fidelis ſuum imitatur cæleſtem ſponſum in factione bonorum operum, inter quos ideo ſequitur mutua dilectio. *Dilectus meus mihi, & ego illi. ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.* Et hæc exquirit Dominus, vt videlicet imitemur, ſequamur exempla per bonorum operum factionem, in eius laudem, noſtram, & proximi ſalutem. cant. c. 2. e. 7. d.

Opus verè quidem excelſum eſt collaudare Dominum Deum, qui nedum vocum ſonoritate, ſed bonorum operum integritate ab hominibus benedicitur, & delectatur. *Superponite digitum ori veſtro.* Dicebat Beatus ille Iob, nimirum quoad hiſtoriam, obſeruate ſilentium, & loquentis attendite verbum ſymbolicè tamen eſt, ac ſi dixiſſet, recto ſermoni ſimilia copulentur opera, & operibus bonis verba integritatis, talem debent habere inuicem os, & manus relationem. Item de re eadem Dauid Domino Deo. *Qui docet manus meas ad prælium, & poſuiſti vt arcum æreum brachia mea.* Numquid Dominus viſibili figu- Iob c. 21. a. 39 b. Pſ. 17.

B ra deſcenderat, & ſic Dauidem ipſum docuerat? quomodo videlicet enſis manibus continetur, quomodoue ad inimicum impingitur, & iactatur? non ita, ſed moraliter gladius ad fugandum Dæmonem, & exercitum eius omnē in manu fidelis viri, eſt bonorum operum actitatio, qua efficitur Dei laudatio, & Diaboli expulſio. Super quę Pſalmiſtę verba Diuus Pater Auguſtinus ait. *Docuit manus eius benè operari ad ſuperandos hoſtes, peccata, Dæmones; & brachia, vt arcum æreum, infaticabilem intentionem bonorum operum.* Gratias & nos cum Pſalmigero Vate agamus Domino, qui nobis exempla bonorum operum, & benè operari docuit, atque iuſſit. Sed quid inde proderit, ſi manus noſtrę, noſtro arbitrio ad bona opera infirmantur, & ad mala roborantur? D. Aug.

Conſiderandum huc venit illud memorandum iuuenis Dauidis actum eo videlicet lyram, vel citharam Saule coram pulſante, exhibat ſpiritus Domini malus de ipſo Rege perdito, vel ſilabat in eo. Dicente ſic ſcriptura. *Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat; recedebat enim ab eo ſpiritus Domini malus.* Numquid hæc ipſa res tanto myſterio caruit? minime quidem. Iuxta Gloſſas per expreſſam manibus ſonoritatem intelliguntur Sanctorum, ac Iuſtorum virorum orationes, & opera bona, eorumque multa quęque, quibus vincitur eiicitur Diabolus, tantam verborum & operum melodiam, & ſonoritatem magnam ferre non valens; ſed iccircò illinc fugam arripiens. At notandum quod dum torqueretur Saul dixit. *Vo-* 1. Reg. c. 16. d. Gloſ. Moral.

C *cetur vt pſalat manu ſua.* Pſalere, ſeu pſalmos canere ad os propriè videtur ſpectare. num vocem manus habent? cantumque exprimunt? maximè ſuo modo, & in propoſito noſtro. Reminiſcamini illud, quod ſua in Apocalypſi Beatus Ioannes Euangeliſta, ſe vidiſſe aſſeruit. *Et viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram Agno, habentes ſinguli citharas, & phialas aureas, plenas odoramentorum, quę ſunt orationes Sanctorum.* O bonè Deus ergo voces, orationes in manibus? vtiq; dum enim opera bona facis, tunc pſallis, oras, canis, Deó gratias agis, & laudes eidem dicis; ſic manus voces, & orationes habere dicuntur, dum benè operantur. Apoc. c. 5. b.

Nec citò ab opere eiuſdem Dauidis, iuuenis, mirando, diſcedentes, conſideremus, quòd ipſe aduerſus Goliath Gigantem prælium geſturus, & actu iam deſcendens cum eo ad pugnam. *Miſit manum ſuam in peram, tulitque vnum lapidem, & funda iecit, &c.* Cuius ſcripturę myſterium iuxta Diuum Patrem Auguſtinū, eſt quòd per illum lapidem ſelectum allegoricè Chriſtus benedictus ſignificabatur, quo Diabolus percuſſus, cecidit eneruatus. *Sicut enim*, ait, *baculus Crucis typum habuit, ita etiam & lapis ille, de quo percuſſus eſt, Chriſtum Dominum figurabat.* Eoq; magis id bellè firmatur, quoniam, vt alias alibi diximus, in iis quinq; lapidibus de torrente ſelectis erat ſcriptum nomen Dei ineffabile, iuxta Rabbinorum annotationes. Sed nec moralis ſenſus ab eadem ſcriptura abeſſe 1. Regu. c. 17. f. D. Aug. ſerm. 197. de temp.

credatur hic. Peram eius paſtoralem alii dixerunt fuiſſe vaſculum, in quo emungens ille pecora, lac exprimebat: alii verò gloſſantur, fuiſſe ſacculum, in quo diuerſa feruntur, qui ex mortui animalis, velut ouis pelle conficitur. & Vaſculum ex luto à figulo fabricatur, & concoquitur. Tunc ſic, lapis ille dicatur etiam opus bonum, ſelectum, quod quidem fit, ac inquiritur vt plurimum limo terrę, & mortui animalis pelle, ideſt mortis meditatione, cum enim homo recordatur ſe moriturum, & in puluerem reuerſurum, frequentius, facilius peragit, iacit opus bonum, quo tremens, timens factus, vincitur, & fugatur Diabolus. *Selectis quinque lapidibus, nimirum exercitio quinque ſenſuum in bonis operibus. Sic Diabolus deuictus cum exercitu ſuo fugit confuſus.* Ita Gloſſa Moralis habet in præfatum diuinę ſcripturę locum. (Gloſ. Moral.)

Dat Deus exempla probitatis per manus ſeruorum ſuorum, opera bona facientium, vt fideles intueantur, & opere ipſo imitentur. Olim verò ipſe Deus lamentabatur dicens. *Extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret.* Sed parum erat aſpicere; reuerti enim ad accipiendas gratias, & munera de manu Domini, & per imitationem ſubſequi neceſſum fuerat. & ideo ſenſus verborum Domini eſſe poteſt, Nec vllus veſtrum dignatus eſt, intueri, acceptare, imitari opus bonum de manibus ſeruorum meorum, & ideo debitas vos luere faciam pœnas; non enim aliam tunc manum è Cælo miſiſſe Dominus viſibilem legitur. Huc perbellè venit exponendum illud Oſeę Prophetę in perſona Domini. *In manu Prophetarum aſſimulatus ſum.* Sed numquid Dominus ſimilis Prophetarum manibus? vel ipſius imago erat in manibus eorum? nulli dubium eſt, ibi pro aſſimilatum eſſe Dominum ſic, accipi, & intelligi opus bonum in manibus eorum, quod videlicet faciebant illi Prophetę ſancti. Alia lectura, nimirum Marginalis habet. *Poſui ſimilitudines in manibus Prophetarum.* Quas? quales? ſanè bonorum operum, quę inſpicere, imitari, ſuſcipere quicunque fideles tenentur. Quibus quidem bonis operibus ipſe Deus adeo delectatur, vt diceret ea eſſe ſui ſimilitudinem, & exemplar bonitatis, intuendum, ſuſcipiendum, & imitatione dignum. (Prou. c. 1. c. — Oſe. c. 2. c. — Alia lect.)

Iure ſilentio non prætereundum illud quarti Regum quinto. Cum Naaman Syrus audiſſet ſe à Propheta Eliſeo miſſum ſanitatis acquirendę cauſa lauandum in flumine, contempſit, & alia ſigna, aliumque modum exoptando ait. *Putabam, quòd egrederetur ad me, & ſtans inuocaret nomen Domini Dei ſui, & tangeret manu ſua locum lepræ, & curaret me.* Et quare ſic, ò incredule dicis? numquid à Domini ſeruis, à viris iuſtis ſanitas afferri non poteſt, niſi per manuum impoſitionem ſuarum ad locum plagarum? In propoſito moralitas, quæſo attendatur, ex noſtratibus expoſitoribus recentioribus ait Doctor vnus vir probus ſic. Impoſitio per viros iuſtos manuum ad lepræ proximi ſui locum, eſt factio, & manifeſtatio boni operis in conſpectu aſpicientis, fortè in moribus male ſe habentis, vnde ſanatur conſurgens, contritus, & bono opere viſo pęnitens factus, Deum laudando, & gratias bonorum operum factori agendo. Quod omninò comprobatur eo Euangeliſtę dicto. *Luceat lux veſtra coram hominibus, &c.* Quę, qualiſue lux? & ad quid? audi quod ſequitur ibi. *Vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in Cælis eſt.* En quomodo opera iuſtorum bona ſunt lux, illuminans, manus deducens, & medicina pro ſanitate introducenda. (4. Reg. c. 5. c. — Matt. c. 5. b.)

D E F

Item

A

Item de vtilitate, atque neceſsitate bonorum operum, præcipuèque pietatis, & miſericordię.

NON ſolum laudabile, & bonum eſt operari benè, bonis operibus elaborare, ſeque in iis enixè exercere; ſed eſt & neceſſe ad acquiſitionem cæleſtis patrię. Cui propoſito pulchrè quidem facit illud Canticorum quarto, vbi vox ſponſi de dilecta talis. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium*. O bone Deus, ſi eſt in hortis fons, vt quid inde & puteus? & ſi puteus, vt quid fons? nonne ſat eſſe videbatur eorum adeſſe alterum, vel fontem, vel puteum? ſenſus literalis ſat clarus, vterque ſiquidem eorum ad maiorem loci commodum, & vtilitatem, tum florum, tum fructuum. At quo ad myſticum, & moralem ſenſum reſpondet Vgo Cardinalis ſic. *Fons, quo gratis datur, puteus, quia & labore accipitur*. Notetur myſterium. Vult Deus gratiam gratis dare, ſpiritualia, atque etiam temporalia, & æterna dona elargiri; ſed vult ſimul te quoque tua ex parte aliquo labore vti. Quamobrem operepretium eſt, te quoque operari, & quidem bene hoc in Domini horto, ſancta eius militante Eccleſia.

Cant. c. 4. d

Vgo Card.

B

Rex Pſalmiger ſuis in Pſalmis multa Domino Deo dicit, modo exorans, deprecans, modo ſe ſe accuſans, & veniam, auxiliumque poſtulans, atque inter alia inquit. *Adiutor meus eſto, ne derelinquas me*. Adiutor, & adiuuare ille dicitur, qui opem dat, fert auxilium alicui ad aliquid peragendum, vel ferendum, vt ſi quis amico cuipiam dicat, quæſo, adiuua me, præbe adiutorium mihi ad ferendum hoc onus graue magis, vel minus, quoniam robur meum & vires ad hoc mihi non ſufficiunt. Ideo clarum, & manifeſtum eſt, eum ſic amico, ſe fortiori ita dicentem, & ipſum quoque præuiribus elaborare, opus, impendere ad ferendum onus tale. Non diſſimiliter, ſuo tamen potiori modo dicatur in propoſito. Dauid Dominum Deum appellauit adiutorem ſuũ, igitur nulli dubium, quoniam & ipſemet Rex Vates prę viribus elaborabat, & in operibus bonis ſe ſe exercebat ad acquiſitionem eius, quod æternum quæritabat. Quam ſuper præfatam Pſalmiſtę ſcriptam ex recentioribus Doctor ait. *Quid eſt, ò Rex, quod ais Domino, Adiutor meus eſto? niſi quoniam & tu quoque manes in labore tuo?* Deus vtique nos adiuuat, ſed nos non ociari mandat. In eumdem Pſalmum enarratione ſecunda Diuus Auguſtinus inquit. *Tu enim Deus adiuuas, quem condidiſti, non deſeris, quem creaſti*. Sed operepretium eſt, nos quoque libenter ferre pondus laboris, & onus boni operis, nam ocio torpentes extra dimittuntur inanes.

Pſal. 16.

Simile.

Glo. 2 Do. recent.

D. Aug. in eundẽ Pſal.

C

Cum illę turbę plurimę panibus, & piſcibus à Chriſto Domino lautè fuiſſent cibatę, prout apud Ioannem ſexto, decreuerunt, ac forte tentarunt Dominum ipſum prouiſorem munificentiſſimum Regem conſtituere, declarare ſuum. qui pro tunc ſic nolens ſeceſſit in montem, ad ibi orandum ſolus. Deſcendentem verò adiuerunt ex iiſdem multi, quaſi gratias de beneficio agentes, atque cibaria fortè ſimilia vlterius quæritantes, de tali cibo materiali valde plus, quam de ſpirituali, de cæleſti pane ſolliciti. quibus ideo Dominus. *Amen dico vobis me quæritis non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis*. Viderunt illud miraculum, verè magnum, mirabile, & non intellexerunt, non attenderunt illud; ſed optatam dumtaxat temporalis cibi ſaturitatem. Ideo & ibi ſubiunxit mox idem Dominus. *Operamini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam*. Ac ſi dixiſſet, vobis eſt neceſſarium opus bonum, cooperamini ſic, & vos veſtram ad ſalutem, ac cibum ſpiritualem, & æternum. Vbi quoque Cardinalis Caetanus bellè ad propoſitum ſic ait. *Operamini cibum, quem dabit vobis Dominus Dei filius*. Vbi luce clarius patet elaborandum nobis eſſe, ſed præſertim in bono opere pro conſequenda ſalutari mercede.

Ioann. c. 6. c.

Ibidem.

Card. Caet.

D 2 Magna

Magna cum lætitia, & gaudio celebratum fuit connubium inter Rebeccam, & Iſaac Abrahę filium; ſed & in mærorem breui conuerſum fuit gaudiũ, quoniam dilecta ſponſa illa ſterilis fuit reperta. Quare ad orationes, ac deprecationes Domino recurſum mox habuere. (Gen. c. 25. c.) *Deprecatus eſt Iſaac Dominum pro Vxore ſua Rebecca, eo quia eſſet ſterilis*. Bene quidem hoc, at conſideranda etiam ibi lectura Lyrani ex Hebræis dicentis. (Lyr. ex Heb.) *Et deprecatus eſt Iſaac contra Rebeccam Vxorem ſuam*. Sed quomodo id bene poteſt ſe habere? ſi pro ea, & pro illius fecunditate Dominum precabatur, quomodo contra eam oraſſe dicebatur? Ideo ſciendum Ly contra, non ſtare pro aduerſus eam; ſed pro eo, quia è regione, in eiuſdem aſpectu, prope eam, Iſaac ex vna parte, Rebecca Vxor ex altera, vterque ſimul eadem pro re acquirenda, gratia conſequenda precabatur; orationibus, & gemitibus elaborabant, & exaudiuit eos Dominus. Sed ſi Deus Abrahę prolem valde magnam promiſerat, cur ii adeo valde orationibus eleemoſinis, gemitibuſque elaborabant? quoniam Deus vtique ſcit quidquid ipſemet ſe facturum decreuerat; attamen te quoque in laboribus eſſe optat, & in operibus bonis, præſertim charitatis. D

Non poſſum huc nõ adducere illud clariſſimum in propoſito Iſaię Prophetę dictum. (Iſa. c. 58. b.) *Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iuſtitia tua, & gloria Domini colliget te*. O quam admiranda promittuntur hæc facientibus talia? quando? vnde? quomodo? Tunc, è Cælo, mirabili modo, exercentibus ſe in opere bono, præſertimque pietatis, & charitatis. Lege ſuperius immediatè. *Frange eſurienti panem tuum, & egenos, vagoſque induc in domum tuam, &c.* Sed notentur quæſo, quę promittuntur homini talia facienti. E Primo, magnus luminis de mane ſplendor ad tutè percurrendam cælorum viam. Sed cur potius de mane, quam de ſero? quoniam veſperi lumen attenuatur, citoque tendens ad tenebras completur; matutinum verò creſcit, atque diu valde perſiſtit. Quo bellè venit illud ex libris AEneidum apud Virgilium. (Aeneid. lib. 2) Pio AEneę in Latium nauiganti tempeſtoſum per equus nocte mater eius, nuncupata Venus, erumpens, ſcindenſque nubeculam tenebroſam perclaro lumine dedit ei, vt aſpiceret in Cælum quid contra, vel pro eo in concilio agerent, decernerentque illi inanes Dii, vt ſciret quid ſibi agendum quidue fugiendum, ad quò pergebat tutè perueniendum. Fac tu pietatis, integritatiſque opera, ne timeas, quoniam Deus miſericordię, pietatis, & iuſtitię te mirum in modum cernere faciet quid tui te aduerſus tentant perſecutores inimici, & perluſtratum cernes ad cæleſtia iter. (Pſal. 15.) *Mane aſtabo tibi, & videbo*. Quid videbis? viam proprię ſalutis, quam generoſè oſtendis.

Sequitur ſecundum quam vtile notandum ex ea Prophetę Iſaię ſententia hoc. (vbi ſupr.) *Et ſanitas tua*, inquiebat, *citius orietur*. Facienti bona pietatis, & miſerationis opera ſanitas mox ſubſequitur. Formoſam quidem attende perutilem & dignam conſiderationem, ſimili de re Pſaltes noſter ait. (Pſal. 111.) *Iucundus homo, qui miſeretur, & commodat*; Mira ſanè conſideretur dixiſſe. Miſereri, eſt miſerum cor habere, vel contriſtari. iuxta Diui Thomę Angelici Doctoris conſiderationem, (D Thom. 2. 2. q. 30 a. 1. c. ex D. Aug.) igitur qui ſuper egenos miſeretur, infirmari, cor miſerum habere, confectum languore dicitur. F Ergo qua ratione, quomodoue dicendus eſt ille iucundus? en, quia commodat, compatiendo, miſerendo in corde cruciatur, & mox elargiendo, commodando ſanatur, & hoc eſt, quod alius quoque Vates ait. *Sanitas tua citius orietur*. In manu tua eſt, vt infirmatus citiſſimè ſaneris, tua tecum medicina, fac bona pietatis, & miſericordię opera, & mox ſalutari ſanitate donaberis. Qui vult igitur ſic ſanari, non det opera bona obliuioni, nam confeſtim adiuuat Cælum adiuuantes proximum.

Tertio loco non minus aptè conſiderandum, quod idem Domini vates inquit. *Et ante ibit faciem tuam iuſtitia tua*. Sed ſi de miſericordię operibus agitur, quomodo iuſtitia tua te ante ire dicitur? Audi, etiam de bonis operibus in communi ſermonem huiuſmodi eſſe conſideratur. Formalius attamen ſic huic dubio reſpondetur, quoniam bonis quibuſque operibus noſtris, ſuppoſita gratia per Ieſum Chriſtum data, eius meritis impertita, ad noſtrorum validitatem operum, iure competit merces, & præmii corona. (2. Timoth. c. 4. b.) *Bonum certamen certaui, curſum conſumaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus Iudex*. Verùm quoad præfatorum Iſaię verborum

enucleationem,

A enucleationem, attendite conſiderationem. Iter habente ſummo Pontifice, etiam per Vrbem ab æde Sancti Petri ad illam Sanctę Marię Maioris, vel Sancti Ioannis Lateranenſis, vel aliò, videbitis præcedere milites armatos, haſtis, ac pugionibus denudatis, viam ſpatioſam tutam reddentes, reſiſtentibuſq; verbera dantes. qua latè, ſpatioſè cum omnium reuerente humilitate, & genuflexione vehitur noſter Beatiſſimus Pater. Sic, ſic ſuo modo dicatur de viro iuſto, pio, talia opera faciente, ad cælum hinc ideo pergenti, huic, opera eius pietatis, & iuſtitię latum, tutum iter præcedentia facient. *Iuſtitia ante eum ambulabit, & ponet in via greſſus ſuos*. Ita Pſaltes inquit. Licet id primo, & principalius exponatur de ſummo Iudicum, veniente in extremo dierum ad iudicandum, prout & nos conſiderauimus in noſtro PrædicantiumHorto edendo, Fer. Secunda poſt Cineres. Simile. Pſal. 84.

Demum concluditur optima quidem illatione, & concluſione hac, eo Propheta ſic dicente. *Et gloria Domini colliget te*. Loquendo ad virum opera bona facientem. Legati, & Nuntii à Summo Pontifice miſſi ad Reges, & Imperatorem, ibi ſe bene gerentes, vt plurimum Eminentiſſimi Cardinales Sanctę Romanę Eccleſię ab eo met creantur, quibus ad Vrbem reuertentibus ad ſuſcipiendum Diadema, ſiue rubrum Pileum, obviam petunt ceteri, qui in Vrbe ſunt Eminentiſſimi, amicti ſtolis ad ipſos publicè ſpectantibus, bini, & bini pergentes, & equitando deducentes venientem ad Vaticani Aulam, vbi B Summus Pontifex expectans, & humiliter genuflectentem ſuſcipiens, & iuxta tantę Curię conſuetudinem decorans, ſuper magna negotia ſubeunda talem Sedi Apoſtolicę fidelem, Prouincarium gubernationi aptum conſtituit, & auctoritate Apoſtolica firmat. A ſimili ſuo modo maiori, altiori dicatur de viro iuſto, pio, talia hìc opera faciente, huic ad cæleſtiale Vaticanum continuò migranti, functo hìc fideliter Legatione obuiam Sancti de Cælo Angeli fiunt, quem & Dominus Deus ad oſtium Paradiſi expectans, ſuſcipit, & ad æterna gaudia feliciſſimè introducit. *Euge ſerue bone*, ait, *& fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui*. Hæc promittuntur, hæc ſubſequuntur viro iuſto, miſericordi, pio, talia opera hoc in ſæculo facienti ad laudem Dei, ad propriam ſalutem, & proximi ſui. Simile. Matt. c. 25. b.

Parum denique huius rei moralis, atque magnę vtilitatis tractationem diferentes, ſeu vlterius producentes, dicamus opere pretium eſſe opera bona facere, quibus conſtruatur in ſalutem proximi machina ſpiritualis, ſalutaris ædificii. Cui ſanè propoſito facit illa Prophetę Amos ſcriptura. *Et ecce Dominus ſtans ſuper murum litum, & in manu eius trulla cementarij*. Sed quid tua intererat, ò Domine, vt ſuper huiuſmodi murum ſtares, atque tale inſtrumentum tua manu gereres? Morale myſterium ineſt. Trulla eſt inſtrumentum conſtruendi domum, immo, & magiſter murarius eo vtitur ad feriendum, & ad liniendū: eius cuſpide, ſeu acuitate ferit, planitie lenit, ſic quod conſtruitur ædificium C conſurgit. Attendite exemplum de manu Domini exhibitum, ac ſi ſymbolicè ſic diceret. Qui ſuper murum litum, ſuper fidelem populum, à Christo Domino ſic diſpoſitum, benè ad ſalutem conſtructum, eſt conſtitutus ad regendum, & gubernandum, purget iuſtitia, & lineat miſericordia, faciat pietatis, & ſanctę conſtructionis opera. Sic ſe gerens, erit fidelis ſaluandus Domini Dei imitator, non illius ſanctiſſimi operis deſtructor. *Omnis, qui male viuit in conſpectu eorum, quibus præpoſitus eſt, quantum in ſe eſt, occidit, & forte qui imitatur, moritur, &c.* Spectat nihilominus ad quemlibet facere opus bonum, vt ſic ædificare, non deſtruere comperiatur, alioqui ſuper eum ruet ædificium, nempe eum aduerſus vertetur, quod agit, prauum opus. Amoſ. c. 7. b. D. Aug. lib. Epiſt.

Quare tandem concludendo dicatur, boni operis factionem eſſe cuilibet neceſſariam, nunquamque prætermitendam, ne ſuper male operantem cadat ira Cæli, & maledictio Domini. Cum Chriſtus Dominus inueniſſet illam ficus arborem folia, non fructus habentem, illi maledixit, ne videlicet vlterius producere valeret fructus. *Et cum veniſſet ad eam, nihil inuenit præter folia, non enim erat tempus ficorum, & dixit ei iam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam manducet*. O Sanctiſſime Domine, nonne ſciebas ea in arbore fructum nullum eſſe? vtique, ſed id totum factum eſt, vt diſcant quicumque iura daturi, ſententias laturi, prius experientiam de re ſumere, & perſonaliter an ita ſit cognoſcere. Matt. c. 11. b. Marc. c. 11. c.

Digitized by Google

gnoſcere. Et ſi adhuc non erat fructuum tempus, cur in illam ſic maledictio D
nem intuliſti, & productionis tempora non expectaſti? hinc dicamus per ta-
lem ficulneam fortaſſe intelexiſſe hominem, qui dum vitam hanc viuit fru-
ctus pęnitentię, ac bona in vtilitatem ſuam, & proximi ſui ſalutem opera face
Interl. Beda Moral. re tenetur. vbi & Gloſſa Moralis ſic ait. *Tu quoque, ſi non vis audire in iudicio à Chri-
ſto Domino, diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Quia eſuriui, & non dediſtis mihi man
ducare, arbor ſterilis eſſe caueto.* Nimirum fac opus bonum, nec timeas, ſed in
ipſo Chriſto Domino ſpem habeas.

Incipe bonum opus facere, & vſque ad finem ſic proſequere, ſi namque in medio deficies, tu te ipſum miſerrimè perdes. Quid enim prodeſt benè incipere, & malè complere? finis attendendus, quid dat validitatem mediis rebus, Pſal. 94. & hunc noſtrum attendit Deus. *In manu eius ſunt omnes fines terrę.* Et initia, & media? etiam, ſed moraliter fines hominum, de limo terrę ſumptorum inſpicere dicitur, qui eorum ſalute, & optimo hinc exitu delectatur. Soph. c. 1. b. *Vę, qui complent Domum Domini Dei ſui iniquitate, & dolo.* Eſt autem iuxta ſententiam Apoſtoli, homo myſticum templum Domini, bonis, & non malis operibus conſtruendum. & complendum. *Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius, & non reſpexit in inſanias* Pſal. 39. *falſas.* Verè quidem inſanię, & fallacię ſunt opera mala, ad quę iam derelicta, non debet denuo reſpicere homo, ne illi contingas retro proſpicienti velut Loth vxori. *Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, eſt aptus Regno Dei.* E
Luc. c. 9. g. Aratrum eſt inſtrumentum faciens ad vtilitatem hominum. quo allegoricè denotatur Chriſti Domini Crux, quam ipſemet tenens, ſuis manibus gerens, hominum ſalutē effecit, attulit. quam qui accepit, & fideliter tenet, ſic mirè refectus, ad cæleſtia migrans, nullatenus debet retroſpicere ad inſanas, & fallaces creaturas, ac delinquendi occaſiones.

Tandem ibi Gloſſa Moralis inquit, per reſpicere retrò intelligi deſiſtere ab incepto opere bono, quod qui talia facit, tortuoſè incedit, & ſe ipſum velut malus arbor pungit, immò, & mortalia ſibi vulnera infigit. *Omnis arator* Gloſſ. Mor. *ait, ſi retro aſpicit, aut inutilem, aut tortuoſum faciet ſulcum, aut arantium boum ſuorum veſtigia vulnerabit. Qui enim aſpectum ſuum ad impia opera, & vana conuertit, hyugos ſulcos, hoc eſt corpus, & animam vulnerabit. & optimi itineris periculoſum nimis incurret errorem.* Verùm de vtilitate atque neceſſitate bonorum operum hæc modo hactenus; quoniam ſimili de re plura valde, ac formoſiora in ſecunda parte noſtri Hortus Prædicantium edendi diſſeruimus. Hoc vnū tu tene demum, quod tuum Hortus Prædic. p. 2. opus bonum te vallat, præcedit, & ſubſequitur, vt pergentem ad aulam Cæleſtem nullus te præpedire valeat; & illud vnum pro certo habeas, Dominum Deum vtique tuum cor rectum, ſanaque oris verba attendere; ſed bona quoque manuum tuarum opera inueri velle. *Intellexiſti cogitationes meas de longe, ſe-* Pſal. 138. *mitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti.* Cogitationes de longe. quia dum conciperentur. aut etiam antequā formarentur. Semita eſt cogitatio leuis, vel minima: funiculus ſpectat ad manus, quo non ineptè poteſt intelligi opus. F
Attende igitur quid cogites. & indè quid agas; nam Deum ipſum cordis, oris, operis intimum eſſe inſpectorem nulli dubium eſt.

Digitized by Google

A

Ea occaſione, quoniã Ioannes miſit ad Chriſtum Dominum Diſcipulos ſuos, & ipſe iiſdem remiſsis ad Ioannem, ait,

Ite, renunciate quę vidiſtis, & audiſtis.

Agitur pauliſper de bono maiorum exemplo.

VERBIS, & exemplis ad Chriſtum Dominum ſuos miſit Diſcipulos vt ſalui ſic fierent; diſcite quicunque patres, matres, magiſtri, & ſuperiores cuncti ſic dirigere quoſque veſtros ad Chriſtum Dominũ, in propriam ſalutem æternam. Et Chriſtus ipſe Dominus oſtendens eis miranda, eos verbis alloquens ſalutis, ait, ite, & renunciate, quę vidiſtis, & audiſtis. In Eloquio diuino legitur de Ezechiele Propheta, qui vidit B ſibi oſtenſum quoddam inuolucrũ, ex rotis, & quibuſdam animalibus integratum, aitque. *Et animalia ibant, reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.* Ibant (Ezech. c. 1. d.) vbi erat ſpiritus ſuauiter trahentis, & optimè dirigentis; reuertebantur autem diuino inflammata ardore. Ea quippe animalia erant ſurſum eleuata, quibus facillimè denotabantur, qui in terris præſunt ceteris. qui cum ipſi ſuccendantur cognitione, amore Dei, alios quoque tales eſſe valent edocere. *Quia per* (Gloſſ. Int.) *eos ad contemplationem aſcendentes, cæleſte lumen, nobis aſpergitur.* Ait Gloſſa Interlinearis ibi. Diſcant vniuerſi maiores, & eleuati, vt fiant per eos tales ſubditi, & inferiores.

Sequitur verò idem Propheta ibi dicens ſe audiuiſſe non vocem eorum animalium, puta Leonis, Bouis, Hominis & Aquilę; ſed ſonum eorum alarum, ſimilem ſono aquarum multarum. *Et audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum* (Ibidem g.) *multarum.* Per alas Diuus Gregorius Papa ibi dicit intelligi contemplationẽ in Deum mentis eleuationem. *Per pennam in altum auium corpora ſubleuantur, & c.* (D Greg lib. 1. hom 3. in Ezech.) *Per contemplationem verò, qua ſuper nos ipſos tollimur, quaſi in aera leuamur.* Sub huiuſmodi pennis erant manus hominis, quę ſunt bonorum operum ſymbolum, hieroglyphicum, & iuxta plurimos per aquas lacrymarum copia denotatur. Vt intelligi detur per ea animalia denotatos quoſque Superiores, ceteris pręſiſtentes debere per bonum operum exempla, per lacrymarum effuſionem, per pęnitentiam ſalutarem debere alios ad ſimilia commouere, & adiuuare. C *Qui conuerſi, ſtatim in laudem Dei erumpunt.* Ita Interlinearis ibi. (Interl.)

Sed quod magis quem poſſet trahere in admirationem eſt, prout habet ibidem Propheta, quoniam pennę alarum vnius iungebantur pennis alarum alterius. *Iunctęque erant pennę eorum alterius ad inuicem.* Quorſum hæc, nonne ma- (Ezech. ibidẽ c.) gis impedimentum efficere ad volandum videbantur? non ita, ſed res myſterio, præſertimque morali, non caret. Quod aſſignans, & mirè aperiens Diuus Gregorius Papa inquit. *Volantia illa animalia ſe inuicem feriunt alis ſuis, quia Sanctorum mentes in eo, quod ſuperna appetunt, conſideratis inuicem virtutibus excitantur. Ala* (D Greg. Pap lib. 24 Moral) *enim ſua me percuſit, qui exemplo ſanctitatis me ad melius accendit; & ala mea vicinum animal ferio, ſi aliquando alteri opus bonum, quod imitetur oſtendo.* Inuicem igitur bonis exemplis excitemur, vt ſic inuicem adiuti ſurſum eleuemur.

Sed alę ſuperiorum tales præſertim debent ferire inferiores ſuos omnes, & ſic ad ſuperna excitare quoſque. Cui propoſito bellè quidem facit illud Iſaię Prophetę iuſſu Domini populo Iſraelitico dicentis. *Et erunt oculi tui videntes pręceptorem tuum, & aures tuę audient verbum poſt tergum manentis.* (Iſaię c. 30. e.) Verba in propoſito verè notabilia. Dum enim agitur de Doctore, Magiſtro, Paſtore, mox populorum oculi aperti, & aures erectę nominantur, ſequuntur poſt eum. Bene autem, & notanter poſt tergum, quoniam pii magiſtri, & ſuperioris fugiẽtem verbis ſanis, & exemplis rectitudinis reuocare, & poſt ſe ipſum talia pro-

bitatis

Digitized by Google

bitatis munimenta ſequentibus relinquere debent cunctis. Vnde ſimilibus, D atque præſertim Templi Dei miniſtris Rex Pſalmiger, & Vates Altiſſimi ait. Pſ. 133. *In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite Dominum*. Benè quidem in noctibus, nimirum in huius ſæculi tenebris. Per extollere verò manus in ſancta proculdubio intelliguntur opera bona. Gloſſ. Int. *Manus corporis, & operis*. Ait Interlinearis. Quę iubentur extolli, vt videant ea populi, & moueantur ad imitationem. atque ad omnipotentis Dei laudem.

Huic loco mirè quoque facit illud Canticorum primo, vbi ſponſa fidelis ſuum ad dilectum & Dominum ait. Cant. cap. 1. a. *Trahe me poſt te, curremus*. O Domina fidelis, & deuota, ſi ais dilecto, trahe me, cur non pariter ſubiungis, curram? vel poteras etiam dicere, trahe nos, & poſt te curremus, in paucis, & breuibus verbis diſſonantiam quamdam facere videris. Notate verbum, ſignate morale in propoſito myſterium. ipſa priore ſola poſt Dominum ſuum currente, omnes pediſſequę, omnes filię Ieruſalem videntes eam ſic facientem, mox eumdem accipiebant curſum celerem. Liran. *Per viam iuſtitię ſequendo*. Subiungit Lyranus. Quam videlicet viam ſponſus, & Dominus oſtenderat dilectę, atque cunctis ſequentibus eam. Narranda iuſſit Chriſtus Dominus illis miſſis à Ioanne Diſcipulis, quę viderunt, & audierunt, præ viribus imitanda, opera videlicet admiranda, & ſanctiſſimę prædicationi verba. Viderunt, audierunt, & ipſi miranda Dominum ſequentes, videntes, imitantes operati fuerunt, martyriaque ſuſtinentes, poſt Dominum ad cæleſtia regna cucurrerunt. E

In propoſito non prætereatur ſilentio quod Regum quarto legitur de Naam Syro ab Eliſeo fideli Propheta Domini in vndis Iordanis ſanato. *Deſcendit & lauit ſe ſepties in Iordane iuxta ſermonem viri Dei, & reſtituta eſt caro eius, ſicut caro pueri paruuli, & mundatus eſt*. Regum 4. c. 5. d. Qui viſo tam magno, tam admirabili in ſe miraculo, nonne debuit conuerti ad Dominum verum, viuum Eliſæi? vtique fatebitur fidelium quiſque. attamen diſtulit id faciendum incipere poſtea quam inſpexerat Eliſæi conſtantiam, & optimum exemplum ad renunciandum, reſiſtendum muneribus, ac donariis à ſe Naam ipſo ei oblatis. *Si adorauero*, ait, *in templo*. Ibidem Subiungit verò Lyranus ibi. *Non Idolum, ſed Deum verum, viuum*. Quamobrem quod non fecit eo motus miraculo, peregit obſtupefactus exemplo, & magna viri Dei conſtantia in conſeruandum ſe immunem à muneribus capiundis. Lyran. ibi *Validiora ſunt exempla, quam verba; & plenius opere, quam ore docetur*. Ita Sanctus Leo Papa in vno ſermonum ſuorum bellè teſtatum reliquit.

S. Leo Papa in ſerm. Quadam Die perambulans Chriſtus Dominus Iericho, intuensque Zacheum, qui deuotionis, pietatiſque cauſa arborem aſcenderat Sycomorum, ait illi. *Zacchæe feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere*. Luc. c. 19. b. Quo de ſucceſſu mirando multa ſcitè, piè dicunt expoſitores. atque præſertim de eo, quòd Dominus ſollicitauit Zacchæum ad feſtinananter deſcendendum, fortaſſis quoniam ſi diuites ad aliquod bonum faciendum expetantur, ni mox exequãtur, ſi ſuper negotium tale ſomnum capiunt, vix vi ad id concedendum, peragendum ſe conferunt. F Audiens Abigail vxor Nabal à famulis narrantibus, Dauidem indignatum venientem, vt Nabal ingratum è terra deleret cum eius domo vniuerſa. *Feſtinauit, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinque arietes coctos, &c.* Quę omnia Dauidi attulit in deſerto, & Nabal, ac vniuerſam familiam a nece liberauit. Quę ſi diu tardaſſet, ſuis commoditatibus incumbens, hęc bona, memoratu verè digna fortaſſis nequaquam peregiſſet.

Verùm ad rem. interpoſitis inter Chriſtum Dominum, & Zacchæum ſermonibus nonnullis, demum ipſe Dominus ſubiunxit. Ibidem infra *Quia hodie huic domui ſalus facta eſt*. Quis fortaſſe admirari poſſet; nam dum Dominus cum Zacchæo loqueretur, cur non inquit quoque ei, hodie tibi ſalus facta eſt? Reſpondet Caetanus ibi. *Denotatur*, ait, *ſalus facta non ſolum Zacchæo, ſed & eius familie toti*. Cae.an. ibi. Optimè quidem ſic, ad indicandum, quod quemadmodum Zacchæus operam reſtitutioni, ac pietati dabat, ſic huiuſmodi exemplum miſericordię, & pietatis à patre familias datum imitabatur eius tota domus, & familia. Cui ſalus facta generoſè fuit à Domino. *Perpendo Petrum, conſidero Latronem, reſpicio Zacchæum, & nihil in illis aliud video, niſi ante oculos noſtros ſpei, pietatis. & pœnitentię exemplum*. D. Greg. homil. 25. Sic ſe gerant quique familias patres, vniuerſi ſuperiores, vt ſubditi, exempla talia videntes imitentur.

PARAPHRA-

PARAPHRASES, ET MORALES CONSIDERATIONES

In huius Dominicę Euangelium.

Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, mittens duos, &c. **Matt. c. 11. 2.**

A IOANNES, qui gratia interpretatur, in vinculis, in carcerib' reperitur? maximè, vt moraliter ſciant homines Domini Dei gratiam non inueniri, non eſſe in huius ſæculi delitiis, & inanitatibus; ſed in exercitiis ſpiritualibus, vigiliis, laboribus, atque in geſtis ſimilibus, fidelem defatigationem dicentibus. Nec longe à propoſito abeſt illud Domini Dei apud Iſaiam Prophetam. *Ponam*, ait, *eam in poſſeſſionem ericij, & in paludes aquarum?* Scio vtique ad ſonum literæ id de magna Babylonis Ciuitate intelligi; at moraliter non diſpliceat exponi etiam poſſe de bonis ſpiritualibus Domini, reperiundis in tribulationibus, & in vinculis. Ericius eſt cortex Caſtaneę ſpinoſus, vel animal eo appellatum nomine, ſpinis circumonuſtum, & opertum. Qui cupit educere, quod in illo eſt nuclei, & quod in iſto eſt carnei, manus ſibi experitur, ſentit perforari. Sic ſic ſuo modo dicatur, includi ſpiritualia dona Domini in laboribus, punctutis, paſſionibus, vinculis, & ſimilibus multis. *Ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis Syluę*. De quo, ſiue de qua re intelligit Vates ille? Dubio procul de Arca Domini, in qua lex manna, Moyſis virga. Ad quam pro gratiis à Domino Deo obtinendis, poplitem flectebant Hebræi, in ea Dominum Deum venerantes. Hæc inquirentibus dicebatur, credebatur eſſe in Ephrata. Iſa. c. 14. c. Pſal. 131.

B *Quę interpretatur fructifera, ſuauis, pulchra*. Ait Moralis Gloſſa. Sed vbi reperitur? In loco ſylueſtri, donum Domini in loco campeſtri, afflictionum, ſpinis, & vepribus referto, & circumuallato. Gloſſ Moral

Nec diſſimilē ſenſum facere creduntur illa ſexto Canticorum verba. *Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea*. Sed quid hortorũ ad valles? quid nucum ad poma conuallium? ad flores vinearum? Reſpondet Gloſſa Interlinearis ſic. *Quoniam extra eſt amaritudo, intus autem dulcedo*. Spiritualis ſuauitas circumuallatur prius amaritudine. atque antequam perueniret ſponſa fidelis illa ad ſuauitatem florum, ad dulcedinem pomorum, ad vineas, & earum dulcedines, prius erat neceſſarius ei tranſitus per locum amaritudinis corticis nucum. Talis eſt ordo, & diſpoſitio earum, quas Dominus elargiri dignatur, ſpiritualium gratiarum. Tu petis ad loca vinculorũ ad amaritudines tribulationum? & Domini Dei dona tecum, eius conſolantia ferculum. Audi expertum dicentem. *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hereditas Domini, filij merces fructus ventris*. Nimirum cum afflictione preſſus adeo fueris, vt penè mori videaris, tunc fauores, & gratias Domini reperis. Vult Pater familias noua veſte natum ſuum induere, eamque ſub palio ſuo bellè opertam, domum veniens defert. accerſitum puerulum minacibus verbis corripit, atque manibus, brachiis agitando timore magno replet, ipſe tremens Cant. c. 6. d. Interl. Pſal. 126. Simile.

factus, vnde id ignorans, ſe commendando ingemiſcit, & mox enceniatus lætatur delectatis, à ſimili ſuo modo maiori Dominus ſuis cum ſeruulis facere conſideretur. In ſæculo permittente ſic Deo comprimeris miruminmodũ terrore afflictionum, ſed ſcito te Domini gratiis, & fauoribus replendum, quibus? Chriſti mercede, ipſomet fructu ventris Beatę Virginis. (Pſal. 29.) *Conſcidisti ſac cum meum, & circumdediſti me lætitia.* Corpus videlicet affligitur, vt in Domino anima collætetur. D

Te namque pergentem ob Dei amorem ad vincula, ad paſſiones, & ad necem, nedum Domini gratia, fauor comitatur, ſed ipſemet gratiarum auctor, & elargitor ſecum eſſe non dedignatur. O verè magnam Domini Dei ſeruorum, eius amore Vincula patientium, conditionem, & ſolatium, vt eos ſua ſemper præſentia firmare dignetur. (Sap. c. 10. d.) *Deſcenditq; cum illo in foueam, & vinculis non dereliquit eum.* (Ord.n.) Vbi Ordinaria notat, & ait ad literę ſonum, & historicè intelligi de Ioſepho tunc temporis in AEgypto, adducens illud Geneſis, verè propoſito conſonum. (Gen. c. 39 a. d.) *Fuit autem Dominus cum Ioſepho, deditque ei gratiam in conſpectu principis carceris.* Infidelium Gentilitas olim ſuis cum principibus vita functis conſueuerat viuos eorum ſeruulos ſepelire, libentiſſimè id tolerantes, immo, & ne ita ſepelirentur, ægre ferentes. At modo nobis Ieſu Chriſti fidelibus, bonitate, & miſericordia eius, contra, Deo gratias, accedit, nam nobiſcum in fouea in vinculis ipſe Dominus venit, & eſſe ſibi complacet, donec liberi, & incolumes feliciter egrediamur. E

Ligati manibus, brachiis, & pedibus illi tres pueri, mites, & iuſti iuſſu Regis diri, & immanis mittuntur in foueam ardentis Babylonicę fornacis. Quid A vides, ô Tyranne, proſpiciens in illam flammarum arcem, foueam, vallem. (Dan. c. 3. g.) *Nonne tres viros miſimus in medium ignis compeditos? ecce video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis filio hominis.* Saluificum rorem miſit Dominus eis per Angelum ſuum in compedibus, & flammis. (Sept.) Septuaginta legunt. *Et ſpecies Angeli.* Siue etiam miſerat Dominus ad eos conſolatum filium ſuum in hominis ſimilitudine, ſicut alii volunt poſſe legi. (Interl.) *Et ſpecies Chriſti.* Prout adducit Gloſſa Interlinearis. Vt ſciamus à Domino mitti Sanctos Angelos ad conſolationem ſuorum compeditorum, immo, & ipſummet deſcendere cum eis in tribulationibus, & vinculis. Iccircò non mireris, ſi audis Ioannem in vinculis, gratiam interpretatum, quoniam cum talibus ſtat Dominus, atque gratia eius, ad ſuorum conſolationem iuſtorum.

Cum audiſſet Ioannes in vinculis. Ioannes quo inter natos mulierum non ſurrexiſſe maiorem, affirmauit ipſa veritas, fideliſſimum Ieſu Chriſti præcurſorem ſeruum, icc irco, & ei dilectiſſimum, quare, quomodo permittit Cælum tot immania pati, & vinculis detineri? ſic ergo dilecti, familiares fideles Domini Dei tractantur? maxime hic, vt denique donati beatitudine fulgeant in cæleſtibus coronati. Inter alia multa, quę a cæleſti dilecto ſuæ fideli ſponſę dicuntur, illud vnum eſt conſideratione non indignum. (Cant. c. 7. b.) *Cariſſima in delitijs.* Sed numquid Dominus delectabatur, vt ea in delitiis hic reperiretur? Scio vtique moralem expoſitionem etiam eſſe, eam ei dilectam in delitiis caſtitatis, innocentię, puritatis. Sed nec ignoro ſenſum etiam talem poſſe in propoſito eſſe. Quando ſponſę ſic dixerat ille? cum ipſa dilectum anxiè quæritando, ab obuiis militibus immanibus factis expoliata, percuſſa vulnerataque fuit tunc ea præfata ſibi dici audiuit. F

Hæ, hæ ſunt delitię? in conſpectu Domini maximè, vt ex his tribuat magna ſolatia nobis. nam ex afflictionibus lætitię, & ſpinis roſę, ex vinculis eius amore toleratis, conſolationes multę. Deus ſuos cariſſimos valde hic concuti permittit, quoniam eos valde diligit, & ne ob inanes ſæculi conſolationes ab eo euolent ita cum illis efficere conſueſcit. (Simile.) Cuius rei ſymbolum eſt. Accipiter ad oculos velamina, ad pedes ligamina habens, & ſuper manum Domini ſui pacificè ſtans, cum ſubſcriptione hac. *Nè diſcedat.* Sic, ſic dilectus Domini, non odio, ſed amore pertractari dicitur. Hæc non ignorando, ſed experientia tenendo Rex ille Pſalmigerus ait. (Pſal. 15.) *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* Dũ vlterius cruciaretur à perſecutoribus. O bonè mi Rex quid ais? præclara vincula? hæc tibi iucunda? maxime Domini Dei amore omnes amaritudines

vertentis

Digitized by Google

A vertentis in dulcedines, atque in miras mentis, & corporis ſuauitates.

Dat iis, quos diligit, Deus tormenta, dari permittit talia, & mox conuertit iu gaudia: ſuos hic vinculis detineri ſinit, & citò ad Cælorum libertatem conſcendere facit. Cui propoſito bellè accommodãtur illa quoque in Canticis Canticorum verba ſponſę fideli dicta. *Quæ eſt iſta, quę aſcendit de deſerto, delitijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?* Ergo delitię in deſerto? quid deſerti ad delitias? Diſtingue, & intelligentiam ſcripturarum percipe. Illa particula de, dicatur innuere pœnarum finem, & iucunditatum cauſalitatem, ac ſi diceretur, quia fuit circudata vinculis, referta ſpinis, ex his ideo ad conſolationes, & delitias cæleſtiales pergit. Quem ſenſum quoque videtur facere ille alius Canticorum locus. *Veni de libano, veni coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus Leonum, de montibus Pardorum.* O ſanctiſſime animarum noſtrarum ſponſe, quam, atque qualem coronam, ſuauem, decoram, & amabilẽ hæc aſperrima contexere poſſunt? Compertum eſt ex pretioſis lapidibus, margaritis, tenellis herbulis, foliis, floribus, auro, atque ſimilibus formari coronas victoribus, ſanctis viris, Martyribus congruantes, ea autem aſperrimorum montium ſummitates, & ferocentium animalium nidulos eſſe, nulli dubium eſt. Vt quid ergo ex illis, Domine coronam tuis formare dilectis? iam dictum eſt, illud, de, ſtare pro termino à quo, pro fine dolorum, & cauſalitate conſolationum. Cant. c. 8. b. Cant. c. 4. c.

B *Ioannes in vinculis.* O bone Deus, quid, quę conuentio vinculorum ad Ioannem? Ioannis ad vincula? hæc pro impiis parata, talibus conuenientia; Ioannes verò pius, iuſtus, ſanctus. Cum Fabius Maximus Dux Romanus in Aſiam pergiſſet belligerandi cauſa, atque ſubiugandi Populo Romano eam, audiens, videns Antigonum nobilem virum carcere multis diebus detentum, exclamauit. *Antigonus ad huc in carceribus?* Sic & multo magis nos de Ioanne viro nobili, ſancto dicere poſſumus admirando, Ioannes in Vinculis? Verùm recedat admiratio, nam vincula ducunt, facie ut ad acquirendam Domini gratiam electis eius. hinc & Origenes idem hoc affirmando inquit. *Ioannes ergo in vinculis? ſed vincula faciunt ad gratiam, prout & Ioannes gratia interpretatur.* Benè igitur conueniunt Ioannes, & vincula, ſed hic extra patriam in via. Romanorũ Hiſtor. Origen.

Ab huius ſæculi afflictionibus homines effici grandiores, excellentiores, & altiores valde quàm erant, antequam ita toleranter paterentur, nullus dubitet, prout ex illo Dauidis loco de Meſſia Chriſto Domino clareſcit. *Attollite portas Principes veſtras, & eleuamini portę æternales, & introibit Rex glorię.* At nonne poterat iiſdem reuerti ad Cælum portis, quibus venerat, abſquequo tollerentur illę portę de medio? Huic propoſito bellè facit illud Romanorum, qui reuertentem ex ducibus ſuis aliquem è bello triunphaturum ad Vrbem, ſuper Ciuitatis mænia, vel rupto ipſo muro introire iubebant, profectò ad indicandum, maiorem reuerſum, quàm pergentem, ſeu profectum, quoniam videlicet victoriis, & honoribus auctum. Sic ſuo maiori, ac nobiliori modo Chriſtus Dominus noſter per paſſionem, & mortem ſuam, deuictis hoſtibus maior ita reuerſus ad Cælorum Regna, iccirco, & portę à Principibus tolli iubebantur, qua de re Sanctus Chryſoſtomus ibi ait. *Quoniam maior reuertitur per carnis paſſionem, & Crucem Dominus, quam deſcenderat.* Sic tu tuo modo per tribulationes toleranter perpeſſas magni fieri arbitreris, ideo non contemnendas. Pſal. 23. Romanorũ Hiſtor. D. Chryſ.

C

Numquid ad Aſtra tu te putas eleuari, & nequaquã hic prius multipliciter vexari, pati? id qui credit, toto Cælo fallit. Quæſo dicatur mihi, quænam eſt Ianua Cæli? Chriſtum Dominum eſſe ab omni homine fideli reſpondebitur, & benè quidem, eomet dicente. *Ego ſum hoſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur.* Verùm attendatur. Per quam ipſius Chriſti partem, per quod latus, ac membrum quæritur ingreſſus, tranſitus, vbi non ſpinę? non amaritudines? non anguſtię? in manibus ac pedibus claui, in dorſo crux, in ore vinum myrrhatum, felle mixtum, in capite ſpinarum corona, in pectore mucronis lanceę vulnus. Vbi ergo tibi abſque mæroris ianua ad Paradiſi clauſtra? igitur patienter cum eo ſuſtine, vt per eum valeas Cælum introire. Quod ſi tribulatio, & vexatio non te magnum facit, non te ad Cæli Palatia ingreſſurum extollit, vę tibi, tuaque culpa id factum dicito, quoniam obduratus in delicto, non Ioann. c. 10. b.

 conſurgis

Digitized by Google

Pſ. 75. conſurgis ab eo. *Ab increpatione tua, Deus Iacob, dormierunt, qui aſcenderunt equos.* D
Sed quomodo hæc ſimul duo, increpari, & ſuper equos ſomno valde corripi? hæc quibuſque dicuntur implicatione conuolui. Idcirco, & verè miratur
D. Aug. Diuus Pater Auguſtinus, & ait ab increpatione effici ſtrepitum, ſtrepitu vero expergiſci dormientes. Quòd ſi equum poteſtatis, ac delitiarum aſcendiſti, & ab increpatione Domini non excitaris, ac tali à ſomno delictorum lætali non conſurgis, certiſſimum tuç perditionis, tuç mortis æternç ſignum oſtendis: te licet temporaliter, corporaliter adhuc viuentem, vitam tamen
D. Aug. ibidem. ſpiritualem, moralem amiſiſſe ſine dubio crede.

Ioannes in vinculis. Sic pertractantur hic Domini Dei familiares, & domeſtici; at poſt hæc replentur iucunditate cæleſti. Terrç Princeps, atque miſſi de recente ad eos nuncii, ſiue ambaſciatores, necnon, & in arenario campo deſcendentes, belli duces concertandi gratia conſueſcunt amictu eiuſdem cultus, & coloris ſe, atque omnes ſuos induere aulicos, vt cuius ſint ab aliis cla-
Simile. rius agnoſcantur, qui Principem ſuum ſequentes in illius Palatium ſuſcipiantur ad inhabitandum. A ſimili ſuo modo maiori dicatur de Chriſto Domino omnium Principum, & Regum ſummo, qui ab annis ineuntibus ſuis indui calamitatibus anguſtiis, paſſionibus cæpit, demum ſpinis, clauis, lancea, cruce, flagellis amictus apparuit dicens ſuos ſequaces, aulicos, familiares, amicos, debere talem amictum requirere, & induere, vt cum Cælos ingredientem, poſt bella hic geſta ſic, ſequentes, illuc ingrediantur, & præmii corona bea- E
Matt. c. 16. d. titudinis donentur. *Qui vult*, ait, *venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Eum audi, imitare, obtempera, ſequere, vt introeas cũ eo ad cæleſtes nuptias. Qui & in magnç ſuç paſſionis nocte ſuis dicebat Diſci-
Luc. c. 22. pulis illud, ſane dictu, & cogitatu mirabile. *Qui non habet gladium, vendat tunicam ſuam, & emat eum.* O ſanctiſſime Domine Ieſu Chriſte, quid ais? gladio ferimus, tunica nuditatem operimus, & pro eo, hæc dimittenda, emendo? ſi iubes eos eſſe mites, locum cedere iniuriam afferentibus, aliam maxillam præbere cædentibus, cur modo ipſos ſibi de gladiis prouidere mandas? numquid ad faciendam vindictam? ad feriendum proſequutorem ſuum? non ita, ſed audi Cyrillum gloſſantem, & reſpondentem. *Gladius Paſſionis, vt quiſque emat ſibi coronã*
Cyrill. Alex. *martyrij.* Quare qui ad talia ſe præparare enititur, Chriſto obedit, & ipſum imitando aulicus ſimili veſtitu amictus ad cæleſtia martyrum Principem, illuc ingreſſurus ſequitur.

Ioannes in vinculis. Hæc iuſtis, & ſanctis viris contingunt? vtique hic, vt iter incipiant, atque tandem compleant ad cæleſtem beatorum patriam. ita incipiunt beatitudinem hìc adipiſci, & demum alio in ſæculo datur eis omninò eam conſequi. *Beati*, ait ipſa veritas, *Qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam,*
Matt. c. 5. a. *quoniam ipſorum eſt Regnum Cælorum.* Omnia hæc de præſenti aſſeruit fieri. Sunt hìc beati. ſunt perſecutione concuſſi, & eorum eſt poſſeſſio cæleſtis Regni? & quomodo ſtant ſimul hæc duo? pati, & beatificari? perſecutionem tolera- F
re, & beatitudinem poſſidere? iuxta Philoſophi doctrinam reſponderi poſſet
Philoſoph. nempe motum, & terminum eius, ad quem non diſtingui realiter, tunc ſic & nos dicamus. Ad beatitudinis gloriam, velut ad vltimum finem motus eſt hìc tribulatio, paſſio, perſecutio, propter iuſtitiam, quare qui ſic patitur, ſaltem hic beatificari incipere dicitur, & inde beatus erit in facto eſſe.

Quod quidem clariſſime confirmatur eo Sancti Laurentii ſucceſſu, & di-
Villeg. in vita eius & in offic. Breu. cto. *Gratias tibi ago, Domine Ieſu Chriſte, quia ianuas tuas ingredi merui.* Quas ianuas? gratię, glorię. Sed ſi in terris ſuper craticulam ferream, & ardentibus prunis, comburentibus flammis, quomodo ianuas Domini, portas cæleſtis Paradiſi, quas ingreſſus iam ipſe Chriſtus Dominus? quoniam motus vix diſtinguitur à termino ſuo, ad quem. Qui patitur hìc amore Ieſu Chriſti, dicitur incipere ſuo modo beatitudinem conſequi, & beatificari. *Labore manuum tuarum, quia*
Pſal. 127. *manducaſti, beatus es, & benè tibi erit.* Verè quidem laborat, qui tribulationes,
Chald. vincula, & anxietates bene hìc tolerat. Chaldæus verò legit, *Beatus es in hoc ſæculo, & beatus eris in futuro.* Nempe beatus es hìc in ſpe, & inde beatus eris in
Interl. Ord. ſpecie, ipſa ſanè actuali re. Ita Interlinearis, & ordinaria dicunt.

Ioannes in vinculis. Nec lamentabatur, ſed potius Dei amore lætus videbatur, dum pro eo, & eius veritate pateretur. Sanctis viris adhuc in hac vita degentibus,

Digitized by Google

A degentibus, nil iucundius accidebat, quam cauſa Dei vinculis recludi. Cum
Sanctus Paulus multas ad diuerſos ſcriptas mitteret epiſtolas, in earum titu-
lo ponere, & eas inſcribere ſic ſolitus erat. *Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti*. At dū
vinculis ſe captiuum attenderet, non eo vſu fuit titulo, verum hoc alio. *Pau-* Epheſ. c. 3. a. c. 4. a.
lus vinctus Chriſti Ieſu, vinctus in Domino. Quemadmodum qui maiorem acquirit
dignitatem, non prioris præeminentię, ſed nouę nimirum adeptę titulis
vti conſueſcit. Sic, ſic ſuo modo Paulus plus quippe fecit, ſe eſſe pro Domi-
no vinculis constrictum, quam eius vocari Apoſtolū, ratio autem eſſe poteſt
quoniam hoc eſt gratis datum; in illo autem poteſt contingere gratia faciens
gratum, & gratię augumentum. Diuuſque Chryſoſtomus conſiderans San-
ctum Petrum Apoſtolum carceribus detentum, catenis vinctum nihilominus
dormientem, non dolentem, ait. *Ego mallem eſſe in vinculis Petrus, quam Angelus*. D. Chryſoſ.
Pro chriſti namque vincula ſic adiudicantur pretioſiſſima. Quemadmodum
expetitus quis dat multa, at de re ſibi quàm grata, eam dare negat. Sic Pau- Simile.
lus quandoque requiſitus; omnia ſe conceſſurum libenter aſſeruit, conceſſit
at vincula non ſic. *Exceptis*, ait, *vinculis, his*. Ille namque conſiderauit in au-
rea cæleſtis libertatis conuertenda. In Sacrę Geneſis ſcriptura legitur de San Actu. c. 26 g
cti Ioſephi carceribus hæc. *Diſſoluta ſunt vincula brachiorum, & manuum eius*. Alii Gen. c. 46. h.
verò legunt. *Aureata ſunt vincula eius*. Vel cum verſione Chaldaica ſic. *Tunc* Alia lect.
poſitum eſt aurum optimū ſuper brachia eius. Quę atq; ſimilia Ioannes optimè tenens,
B & animaduertens, vinculis detentus miſit ad Chriſtum ſuos diſcipulos lætus. Verſ. Chal.

Hoc idem, quæſo, licèt extraneo argumento perbellè confirmatum con-
ſiderare non pigeat. Referente Iuſtino Martyre, cum Magnus Alexander
Macedo quoſdam rebelles perſequeretur, in itineris difficultate ſolo Lyſima
co familiari ſuo comitabatur, contingit autem, vt deſcendente Alexandro Iuſtin. de Alex.
de equo, lanceę ſuę cuſpide, ſiue mucronis acuitate Lyſimacus feriretur in
fronte iccirco cū nō præſtringeretur vulnus, nec ſanguinis ceſſaret fluxus, ne-
ceſſū fuit Alexandri capitis faſcia ille percingeret in capite. Qui ad ſuos ſic cir-
cūligatus reuertens magna cū hylaritate ſuſcep tus fuit, dicentibus illis huiuſ-
modi ligamina ei optimum futuri Regni portentum. Quod rei euentu com-
probatum fuit. Nam è vita decedens, inde breui Alexander maiorem ſui Im
perii Prouinciam ei dono datam reliquit. O fideles attendite, quod qui vin-
culis, atque tribulationum catenis Ieſu Chriſti cauſa conſtringuntur, breui
Regno cæleſti potientur. Id fortè attendebat ſpiritus Domini dicens. *Vincu-*
la illius alligamenta ſalutis. Igitur qui talia patiuntur, quæſo, ne animo perdan-
tur, nam ſupereſt ſalus illis, & gloria cæleſtis. Eccl. c. 6. d.

Audeo dicere, opus Dei omnipotentis, & pientiſſimi eſſe, vt quis ſuorum
fidelium patiatur in anguſtiis, & quodammodo videatur ſine auxilio, vt eò
magis ei meritum augeatur, gloria, laus, & præmium. Iuſſit Dominus Elię,
vt in torrente, quaſi in aſperrimo carcere abſconderetur, dicens. *Abſcondere* 3. Reg. cap. 17. a.
C *in torrente carith*. Cui mox obtemperanti idem Dominus ſuorum cuſtos ama-
torum mane, ac veſperi mittebat per coruos carnes coctas, & panes. Cum
verò idem Elias à facie Iezabelis immaniſſimę fugêret, & petiiſſet ſub quadam
Iunipero ſtratus mori, panis dumtaxat, licet per Angelum, mittitur. Sed cur
minus tunc, & non ſimul carnes etiam? *Et ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, &* Cap. 19. a.
vas aquę. Reſpondet Diuus Petrus Chryſologus Rauennas Archiep id factum
in maiori videlicet vexatione, & anguſtia minus prouiſionis quid præſtatum,
vt totum id in maius Elię meritum verteretur. *Quoniam, ait, tantę glorię meritum* Diuu. Petr. Chryſol. in ſerm.
impedire non decebat. Hæc ille ſuis in ſermonibus aureis: vt ſciamus Dominum
Deum modò magis, modò minus tribulatis ſubuenientem, ad eorum vtique
maius meritum, gloriam, & præmium.

In memoriam, quæſo, reuocetur illud Pharaonis ſomnium, de ſeptem vac
cis pinguibus, & ſeptem macie correptis valde; ſimiliter de ſeptem ſpicis ple-
nis, atque aliis ſeptem vacuis, & ſiccis, quarum boues primas pingues cetere
deuorarunt. prout diſtinctè legitur in ſacrę Geneſis hiſtoria. Cuius inquam
ſomnii optimus interpres Ioſephus iuſſu ipſius Regis Pharaonis curam ſuſce-
pit ſeruandi frumenta multa, & ſimilia de illis ſeptem annis fertiliſſimis pro ſe
ptem ſequentibus ſummoperè ſterilibus. *Et quintam partem fructuum per ſeptem*
annos fertilitatis congregent in horrea, & ſeruentur in vrbibus, & præparentur futurę ſeptem Gen. c. 41. d. e.

annorum

Digitized by Google

annorum ſami ; quę oppreſſura eſt Ægyptum. Benè quidem ita. Sed illud vnum iure quæritur. Si anni ſeptem extitere fertilitatis quàm magnę, cur non congregare, & conſeruare mediam annonę partem magis, quàm tantum quintam, ad prouidendum ſterilitati, & fami ſeptem annorum immediate tunc ſequentium? Reſpondet Philo Hebræus. *Ne patiendi tunc omninò tolleretur occaſio*. En, Vult nobis Deus ſubuenire in afflictionibus, in tribulationibus; attamen non delectatur, non iubet omnino tolli, remoueri occaſionem patiendi, & nos fideles ſuos mærendi; iccirco dat vincula, compedes, tormenta, in præmii conſolationem vertenda.

Ioſeph Heb. de Antiq.

Cum audiſſet in vinculi opera Chriſti. Ergo tali in loco Domini Dei opera audiuntur, & audita ſic detenti fatentur? vtique, nec alibi quod modo melius. Experto & nos Dauidi credamus dicenti. *Tribulatio, & anguſtia inuenerunt me, mandata tua meditatio mea eſt*. Vbi, quando Dauid reuelationes cælitus audiebat? cordis inſpirationes aſpiciebat, tot, tantarumque Pſalmodiarum materiam, modum ſuſcipiebat? eoſque faciendo concinebat? cum in admirandis Domini Dei operibus, & mandatis eius obſeruandis meditaretur. Dum à Saule diro Rege, immani homine, & à nato Abſalone, incompto, rebelle perſecutionem patiens vexaretur. *Qui deſcendunt in mare, facientes operationem in aquis multis, ipſi viderunt opera Domini, &c.* Et quænam operationes in mari poſſunt fieri, ita vt talia peragentes audiant, videant ibi mirabilia Domini? Moraliter accipiātur pro mare, pro illius aquis, & amaritudine, tribulatio anguſtia, vexatio, vincula, in illis qui deſcendunt, qui manent, verè laudabilem, & magnam faciunt operationem, ibi dum patienter tolerantes; vbi & opera Domini quippeque admiranda vident, meditantur, audiunt, Deo dante ipſo, atque ſibi complacente de iuſtis ſuis vt amaritudinum aquis, & pluribus periculis circumuoluantur. Aſſeruit Philoſophus, aures terrę inherentes clarius, & de longinquo valde quę fiunt quæquę dicuntur, audire. Qua de re Dauid quoque. *Adhæſit pauimento anima mea viuifica me ſecundum verbum tuum*. Sic auſus fuit ille Vates dicere, quoniam præanguſtia proſtratus, præſſus in terra, clarius, facilius audiebat, meditabatur Domini Dei iudicia, & admiranda eiuſdem opera.

Pſal. 118.

Pſal. 106.

Philoſoph.

Attendatur Sanctus vir ille Iob dicens, ſe quàm clarè, ac diſtinctè Domini vocem audiſſe, verba, & eius opera meditatum ſe fuiſſe. *Dixiſti ergo*, ait, *in auribus meis, & vocem verborum tuorum audiui*. Quando, vbi, quomodo iſthæc, ò mi vir patientiſſimè tibi conceſſa fuere? inferius legito, & quando, vbi, quomodo benè percipiens ſcito. *Poſuit in neruo pedes meos, cuſtodiuit omnes ſemitas meas*. O bone Deus, ego quidem audiui, vidi in pede neruum; ſed non in neruo pedem eſſe, quomodo igitur iſte ait, pedes ſuos in neruo à te Domine poſitos? ibi ſi accipiatur neruus pro vinculis, & funibus, nimirum anguſtiis, & afflictionibus, nulla tunc prorſus dubitandi occaſio, atq; tunc iure Dominum Deum Iob audiſſe, atque verba, & opera eius attendiſſe ſe vlterius fatebatur. Benè quidem hoc, ſed ſi ligatus erat in vinculis, & afflictionum compedibus, quomodo ambulabat ita, vt Dominus obſeruaret vias eius? Attendito quoniam nulla eſt contradictio. Nonnulli reperiuntur homines magna dexteritate, agiles adeo, vt etiam ad pedes quædam vincula, ligamina habentes, ſuper funem in aera eleuatam, extenſam ambulent, quibuſque aſpicientibus, & admirantibus, ac de illorum periculo ſummopere timentibus. Similem viro tali ſe forte Iob arbitrabatur, quando doloribus ſe refertum, & ambulantem cum diſcrimine non paruo ſuę vitę conſiderabat; attamen Dominus eum obſeruans intuebatur, ne præcipitio collideretur, atque tunc vir iuſtus Deo dilectus; mira Domini verba, & opera ſe audire, intuerique fatebatur.

Iob. c. 33. a.

Ibidem infra

Simile.

In memoriam quoque veniat, vbi, & quomodo Sanctus Paulus Apoſtolus, tunc temporis Saulus, fuerit ad tertium Cælum raptus; & viderit, audiueritque arcana Domini, quę non decet hominem loqui. Quando? quando? reſpondet Diuus Thomas Angelicus Doctor, aſſeuerans id cælitus Saulo contigiſſe in vno illorum trium dierum, quibus ſine cibo, ſine potu, & ſine oculorum lumine ſtetit. Tunc, tunc miranda, ſtupenda, inaudita, inuiſa mortalibus, audiuit, & intuitus ille fuit. Quis ergo negabit, ex, & in compedibus, atque vinculis fideli viro dari occaſionem videndi, & audiendi opera

D. Thom. ſuper Ioann.

magna

A magna Domini? Quando ſimiliter, & vbi Beatus Prothomartyr Stephanus vidit Cælum apertum, & ibi gloriam Dei? Sanè cum inter turbines lapidum & immanitates lapidantium quateretur, mortemque pateretur, tunc, tunc inquit. *Ecce video Cælos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei*. Quando, vbi Beato Ioanni Euangeliſtę factę reuelationes è Cælo aperto mirabiles fuere? Dicta ei ab Angelo, ab hominis filio miranda quoque verba? dum in Inſula Pathmos relegatus moraretur, & plurimum pateretur. Nullus igitur omnino relinquitur ambigendi locus, quod in vinculis, in tribulationibus, in anguſtiis opera Christi, mirandaque Domini Dei audiantur, & videantur. Act. c. 7. g. Apoc. c. 1 & ſequitur.

Mittens duos ex Diſcipulis ſuis, &c. Accipe iterum documentum morale quam optimum. Diſcant vniuerſi patres familias, & magiſtri ſuos dirigere natos, & diſcipulos non ad peccata, ad peccatorum occaſiones, non ad Diabolum ſed ad Ieſum Chriſtum, ad ſalutem eorum, qua de re Domino Deo Dauid. *In te proiectus ſum ex vtero*. A quibus? nimirum à ſuis genitoribus, in quem proiectus? profecto in Deum, ad eum directus, eidemque precibus multis commendatus. *In te non in peccata*. Inquit Ordinaria. Non abſunt tamen ex parentibus, & magiſtris multi dirigentes, immo detorquentes, & mittentes natos, & diſcipulos potius ad vitia, ad diabolum, quam ad Deum, & ſalutem eorum Ab ipſo iterum Dauide diſcamus, Domino Deo dicente. *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam*. Qualem, quamue fortitudinem, numquid Deus fortitudine, robore illius, vt defenderetur, egebat? nequaquam; ſed pro fortitudine ibi nō ineptè poteſt accipi proles, filii, & nepotes iuxta illud Iobis. *Fortitudo eius in lumbis illius*. Vos, qui natos, & diſcipulos habetis, quorum cura incumbit vobis, eos dirigite, cuſtodite, mittite ad Eccleſias, ad ſacramentorum frequentationem, ad Sanctorum deuotionem, ad eorum ſalutem. Pſal. 21. Ordin. Iob. c. 40. b.

B

Eumdem quippe ſenſum facere dicatur ea quidem Vatis eiuſdem Pſalmigeri verba hæc. *Quorum filij ſicut nouellę plantationes à iuuentute ſua, & filię eorum compoſitę, circumornatę, vt ſimilitudo templi*. Sicut nouę plantulę, ideoque tenellę poſſunt, debent facillimè ſurſum dirigi, ſanctarum adhortationum aquis madefieri, & non in terram vſque incuruari. Sed heu, heu, audiamus quid dicat ſpiritus. *Conuerſi ſunt in Arcum prauum*. Arcus prauus eſt, qui non quò debet ſagittam dirigit, ſed partem in aliam. Sic, ſic multi patrum, & educantium, ſuas ſagittas, nimirum natos, & cuſtoditos non ſurſum ad Deum, ſed deorſū ad terram ad vitia, ad diabolum, ad infernum. Quod & miſſi imitantur miſerrimi. Ait verò filias eorum, nempe iuſtorum parentum eſſe ornatas, compoſitas ad templi ſimilitudinem, non profecto infidelium, in quo Idola, Caprę, Crocodili, & ſimilia, etiam indicantia peccatum genera; ſed ad ſimilitudinem Templi fidelium Dei. In quo altaria ipſi Deo vero, viuo, & Sanctis eius dicantur, ſanctorum reliquię veneratione cuſtodiuntur, ſacramenta adminiſtrantur, in ſuſcipientium, & adminiſtrantium ſalutem. Sic, ſic exornentur his filię veſtrę, non exterioribus ornamentis inanibus, ad perditionem ducentibus, quos, quaſue perditè, ſic circumligant, ac turpe componunt. Pſal. 143. Pſal. 77.

C

Facit autem noſtro quoque propoſito præfatę Dauidis ſententię verſio Diui Hieronymi ex Hebræo hæc. *Sint filij veſtri, & filię ornatę vt Angeli*. Et quomodo, quibuſue ornamentis illi? puritate, innocentia, caſtitate. Imitemini demum ſponſam fidelem, ſuo cæleſti ſponſo dicentem. *Omnia poma noua, & vetera, dilecte mi, ſeruaui tibi*. Iſti filii ſunt fructus ventris veſtri, ò patres, ò matres; ſunt partus quoque veſtri, fideli ſcientia, doctrina Chriſtiana, morum probitate producti, ò vos magiſtri, iſtos ſeruate, dicate omnes æque Chriſto Domino. Addit verò Marginalis lectio. *Poma optima*. Quoniam ſi quos dicatis Domini ſeruitio, Religioſorum commertio, non peiores, ſed meliores; nō incomptos, ſed aptiores dicare ſtudeatis, Ioannem ſic imitantes, vt Domino Deo gratum faciatis. Ver. ſ D. Hier ex Hebr. Cant. c. 7. d. Lect. Margin

An alium expectamus. Qui olim de Chriſto Domino ſuis diſcipulis ad ſe veniente dixerat. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Non ſciebat eum eſſe Meſſiam in ſcripturis promiſſum, & non alium mundi Reparatorem venturum? Sciebat firmiſſimè, cur ergo eum ſic interogari ſufferat? mente non ignorauit, corde non dubitauit, ſed ore quæſiuit, non quidem vt ipſe hac de re Ioann. c. 1. d.

certior

Digitized by Google

certior fieret, ac redderetur, ſed vt diſcipuli eo magis fide tali firmarentur: D
Dubitationem aliquam ſic belle diſſimulare potuit, & ſuis ita diſcipulis quàm plurimum profuit; cui propoſito non inepte accommodatur illud Sancti Gre
D Greg. hom. 26 in Euangel. gorii de Diui Thomę dubitatione dicentis. *Plus enim Thomę infidelitas ad fidem, quàm fides credentium diſcipulorum profuit.* Sic ſuo modo Ioannis inquiſitio ſuos per diſcipulos de Chriſto. Cuius diuinitas erat Ioanni nota, ſed eius diſcipulis ignota, ſiquidem nubecula humanitatis operta. Qua de re concinit optimè
1 Reſp. in Off. Aduen ad mat. 1 Dñ. Eccleſia ſancta ſic. *Aſpiciens a longe, ecce video Dei potentiam venientem, & nebulam totam terram tegentem. Ite obuiam ei, & dicite. Nuntia nobis, ſi tu es ipſe, qui regnaturus es in populo Iſrael.* Nullus igitur modo miretur, & ſi à Ioanne Diſcipuli ad Chriſtum Dominum ſic dicturi, & interrogaturi mittuntur.

An alium expectamus? Neceſſum eſt, vt natos, ſeruulos, ac omnes domeſticos optimis vitę moribus, & verbis ſimilibus imbuant patres familias; vniuerſi ſimiliter, & diſcipulos ſuos magiſtri: verum requiritur quoque, vt dirigantur ad Eccleſiam ad Dominum ad Domini Sacerdotes, ex eis vt audiant legis obſeruationem; atque an bene domi fuerint edocti. Qua de re ben canens Eccleſia, Domino Deo ait. *Reſpice in ſeruos tuos Domine, & in opera tua, & dirige*
Ad prim. in Breu. *filios eorum.* Igitur ad eum mittantur, & edoceri poſtulent, vt benè ſurſum dirigantur. Vos patres, & magiſtri eſtis opera Domini, iam audiſtis, quo veſtros mittere debetis paruulos, vt à Dominicę voluntatis interpretibus, & nunciis confirmentur, & dirigantur in viam pacis, æternæque ſalutis. *Interroga Sacerdo* E
Aggæi c.1.b *tes legum.* Eorum enim eſt, non laicorum Domini Dei legem interpretari, & bene ſic expoſitam docere populos obſeruandam. Prout valetis vos genitores, natos inſtruite, ſed inde ad Domini Sacerdotes mittite, vt interrogandos interrogati utique, melius, tutius in iis, quę ſpectant ad rationem ſalutis edoctos habeatis.

Quę iure benè facienda non ignorans Rex Pſalmigerus Vates, ſupplicíter à Domino, cui natos dicabat, expoſtulans, ait. *Quoniam tu illuminas lucernam meā*
Pſal. 17. *Domine, Deus meus illumina tenebras meas.* O bone mi Rex, quid ſibi vult iſte tuus dicendi modus? ſi tuam Deus lucernam ſuccendebat, nonne ſimul tuas, tuo de cubiculo, tenebras diſſoluebat? maxime quo ad ſonum literę; ſed moralem reſponſionem attende, licet non ab eo datam, ſed a moderníoribus allatam. Qui alias dixit lucernam pedibus ſuis eſſe verbum Domini, nunc eſt, ac ſi idem ipſe diceret, Domine, qui ſic colluſtrare dignatus es me, illumina quoque tenebras meas, natos meos, in tenebris peccatorum conceptos, licet à me, prout valui, edoctos, & Dominus Ieſus Chriſtus cum multos iam à
Luc. c. 5 a. 17. d. lepra mundaſſet, ad Sacerdotes pergere, eiſque ſe obſtendere iuſſit, vt ab eis in lege Domini benè inſtruerentur, & ſi iam inſtructi, pariter confirmarentur.

Quę audiſtis, & vidiſtis. Attende qui legis, quoniam non eſt ſatis verborum ſonoritatem audire, ſed neceſſum quoque eſt operum integritatem videre. Quamobrem tu qui regis, qui in loco manes ſuperioritatis, nedum bono ſer F
mone, ſed morum, & operum etiam integritate ſcias te neceſſario exemplificaturum eſſe. Corripitis, ò matres filios veſtros, minima interdum de re, ſed eos vitę moribus valde indirectis edocere non ceſſatis. Tuam corrige, mater, filiam ſanis quippe verbis, ſed & conſimilibus exemplis. Verba audiat & exempla inſpiciat, atque ideo cum Dauide dicito. *Audi filia, & vide, &c.*
Pſal. 44. Conſideretur dixiſſe, non ſolum audi, ſed vide, nimirum audi verba, & attende, quę dantur, exempla, iuxta quorum inſpectam bonitatem, quoque tu facere diſcito; tunc tunc iure ſequitur ibi. *Et concupiſcet Rex decorem tuum.* Quę
Ibidem. ſiquidem recta audierit, & bona opera videns imitata fuerit hæc Domino Deo dilecta erit. *Audi Chriſtum in Euangelium loquentem, & vide, & conſidera eius vi*
Gloſſa Mor. *tam.* Nimirum miris bonorum operum exemplis refertam, ita inquit moralis Gloſſa. Benedicentes, benefacienteſque, aliis qui præſunt, iis bono exemplo ad vitam ſalutarem ſunt.

Referente Plutarcho in de Matrimonialibus præceptis, quædam herbula
Plutarch. de Mat. præcep reperitur, quam ſi Hircus ore apprendit, carpit, immobilis ſiſtit, ſic & omnes capræ eorum ſequentes, ad imitationem vlterius non incedentes, ibi gradum ſiſtunt, fermè immobiles, & ſtupidę. Hæc herba, ſiue bona, ſiue mala dicantur eſſe maiorum exempla, quæ quicumque audientes, videntes apprehendunt,

Digitized by Google

A dunt, & in iis ſiue bonis, ſiue malis perſiſtunt. *O vos omnes, qui tranſitis per viam,* Tren. c. 1. d.
attendite, & videte, ſi eſt dolor veſter, ſicut dolor meus. Sed numquid dolor videtur, audi
tur? non ſic propriè, ſed eſt, ac ſi dixiſſet. Siſtite vos gradum quoque, & at-
tendentes videte, quę vobis exempla doloris, tolerantię, ac paſſionis, ſuper
omnes quidem patientes optima do. Sequamini, imitemini, vt digni meis
promiſſionibus efficiamini.

Quę audiſtis, & vidiſtis. Exempla operum, quę dantur, proculdubio magis,
quam verba mouere comperiuntur. Hinc & Chriſtus Dominus noſter à mor
tuis reſurgens, ſuiſque Diſcipulis apparens, eos vtique conſolaturus, & in or
bem vniuerſum ad ſalutarem effectum miſſurus, ait. *Videte manus meas, & pedes* Luc. c. 24. g.
meos. Sed cur ſolum non inquit, audite verba oris mei? verùm illud eſt, ac ſi
dixiſſet attendite, & reminiſcamini operum, quę magna ego pro vobis fece-
rim; exemplorum, quę vobis dederim, & imitantes numquam obliuiſcami-
ni. Quę omni affectu, & imitatione maiori attendentes, teſtimonium in
orbem vniuerſum vtique tale perhibuere, dicentes. *Non poſſumus, quę audiui-* Act. c. 4. d.
mus, quę vidimus non loqui. En exemplum, quod præbetur, ſiue bonum ſiue ma
lum, hoc attenditur, ſumitur, & refertur. Mirum profectò, quod magnus
Rex Aſſuerus feciſſe legitur, inobedientem factam Vaſthi Vxorem Reginam
repudiauit, & in exilium miſit. Sed quare tanta Regis ira, indignatio, & vin-
dicta? Lege, audi, quę ſubdicuntur ibi. *Non enim ſolum Regem læſit Regina Vaſthi,* Heſter. c. 1. d.
B *ſed & omnes populos, & principes, qui ſunt in cunctis Prouincijs Regis Aſſueri. Egredietur*
enim ſermo Reginę ad omnes mulieres, vt contemnant viros ſuos. Quare huiuſmodi libel-
lum repudii, Reginę expulſionis à facie Regis reſcriptum miſit ad omnia ſui
Regni Oppida, Ciuitates, & loca. Sed cur tanta, atque talis diligentia? *Vt* Ibidem.
cunctę Vxores tam maiorum, quam minorum deferant maritis ſuis honorem. Quibus intelligi
datur, quam benè Rex ille conſiderauerit, quàm moueant maiorum exem-
pla, audientes, videntes ad ita quoque faciendum validè trahentia.

D. Hieronymo referente. Sancta Paula de Vrbe in Hieruſalem pergens, vt
Chriſti Ieſu incunabula, & cetera ibi loca Sancta viſeret, cum ad illud mare D. Hier. de S.
perueniſſet, & in illius littore de naui deſcendiſſet, multas in regione poſitas Paul. viduę.
Eremitarum cellulas viſitauit, ſed fermè percurrendo. at quare tanta vti cele
ritate? Reſpondet Vir Sanctus, vt exemplum tale ceteris quoque imitationis
relinqueret, & nullus obloquendi occaſionem ſumeret. Deus verbis, & o-
peribus laudabatur, audientibus, & videntibus probitatis exemplum præbe-
batur; verbum illa ſanum habebat, opus bonum cum celeritate ad tollendã
ſuſpicionem, & ſenſualitatis occaſionem faciebat. *Luceat lux veſtra coram homi-* Matt. c. 5. b.
nibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in Cælis eſt. Sanum
verbum, ne contemnatur, ſed & opus bonum neceſſario peragatur. De Chri
ſto Domino dixere Diſcipuli eius. *Qui fuit Propheta potens in opere, & ſermone.* Nec
perperam credo, præcedit operis factio, inde ſequitur oris ſermocinatio. Acti
C tare talia ſic nos enitamur, vt Chriſti Ieſu imitatores reperiamur.

Quę audiſtis, & vidiſtis. Tuę voluntatis, atque ſermonis rectitudinem vult
vtique Deus, ſed ſimul vna requirit tuarum manuum ſimile opus, dum vide-
licet in illud deſcendere vales. Cuius quippe rei exempla ipſemet dederat.
In mundi enim exordio nedum voluit, dixitque facienda, ſed & re ipſa totũ
peregit, compleuit. *Dixitque Deus fiat lux, & facta eſt lux, &c. Et ait Deus faciamus* Gen. c. 1. a. d.
hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & creauit Deus hominem ad imaginem, &
ſimilitudinem ſuam. Sanè vt & nos diſcamus, bonę voluntati, rectoque ſermo-
ni eſſe opus copulandum, peragendum ſimile. Burgenſis in additionibus ad Paul. de San.
Poſtillam Lyrani ſuper Geneſim notanter perpendit, Dominum Deum non Maria epiſ.
feciſſe Abrahę magnam illam benedictionem promiſſionem mox vt diuinę Burgens. in
iuſſioni obtemperando natum vnicum ſacrificare voluit, & ab Angelo præ- c. 22. Geneſ.
peditus ceſſauit; ſed poſt Arietis occiſionem, & oblationem; quoniam, ait
præfatus Auctor, nondum ſacrificii opus completum erat, quod ille iam ia-
ctauerat; ſanè vt ſciatur, non ſat eſſe rectam voluntatem habentibus eam, ſed
exquiri etiam operis executionem, dum videlicet id fieri poteſt.

Idem pulchrè confirmatur illa ſimilitudine Euangelica, de decem ſcilicet
Virginibus, quarum quinque prudentes oleo ſecum ſumpto, ornatis, accen
ſis lampadibus ſuis, intrauerunt ſuo cum ſponſo ad nuptias, non autem ſic reli

quæ, quamuis ad venditores olei emendi cauſa pertexerint, quibus poſt hæc D
Matt. c. 25. a. reuertentibus à ſponſo de feneſtra oſtio clauſo, dictum eſt. *Amen dico vobis ne*
ſcio vos. O caſtiſſime animarum noſtrarum ſponſe, & amator Chriſte, cur &
iſtis quoque non aperis? ad te magno forte affectu, vt ſuſcipiantur reuertenti
S Brun de Virgin. homil. 6. bus? Reſpondet Sanctus Brunus in homiliis de Virginibus ſic. *Quoniam iuere*
non pedibus, ſed deſiderio. Cum tamen, & pede potuiſſent ire. Indicando nedũ
eſſe opere pretium mentis promptitudinem, ſed eſſe neceſſum etiam ſanam
operationem in Dei, & proximi ſeruitium, quacunque ſemota impoſſibilita-
te. Huc pariter venit illa fidelis ſponſę petitio, prout in Canticorum Canti-
Cant. c. 5. d. cis, *Surge Aquilo, veni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata eius.* Et cur
Aquilonarem recedere iubet, Auſtralem verò accedere petit? Reſpondet
D. Hieron. apud Carthag. Diuus Hieronymus. *Quoniam Auſter eſt pluuiarum Pincerna.* Ille flando valde con
cutere inuicem arbores facit, iſte pluuias adducit. Rectam habeas intentio-
nem, iuſtum fidelem effundas ſermonem, ſed boni operis faciendi non obli-
uiſcaris, & Deum optimum maximum tuam in ſalutem delectabis.

Arundinem vento agitatam? Proinde ſi dixiſſet, non hominem inconſtantem,
de bono ad malum ſe dimouentem, veſtris inanibus promiſſis aſſentientem;
ſed fidelem, firmum, conſtantem, & optimo in propoſito ſtabilem omninò
inueniſtis, neceſſarium ſic dantem ceteris exemplum omni imitatione dignũ.
Qua de virtute neceſſaria, nimirum in bono perſeuerantia, inquit cæleſtis ſpõ-
ſus ſuę fideli dilectę. *Sicut turris Dauid collum tuum.* O ſanctiſſime animarum ſpon E
Cant. c. 4. b. ſe, quamnam ſimilitudinis rationem inter tuę ſponſę collum, & eleuatam tur
rem, obſeruas vt ita, Domine, dicas? dimiſſo nunc literę ſono, dicatur ſenſus
moralis eſſe talis. In turre firmitatem attende; in collo autem, quo corpus
capiti, & è conuerſo, vnitur fides, fidelitas, atque in talibus perſeuerantia
denotatur, vt ſcias quę requiruntur ad nos vnire, & vnitos conſeruare ſanctiſ
ſimo noſtro myſtico capiti Chriſto. Ab opere fidelitatis optimę, quod iam
bene cæpiſti ne diſcedas, vt ſemper iuſtus cum Ieſu Chriſto maneas. Vnde
Pſ 118. Domino Deo Dauid. *Ordinatione tua perſeuerat dies.* Nimirum, vt exponit Alexan-
Alex. de aleſ. der de Ales, iuſtus in oratione, & in bono opere. Verę fidelitatis, & perſe-
uerantię bonum nunquam amittendum. Pergentes pię mulieres ad Chriſti
Marc c. 16. a. Matth. Domini ſepulchrum Angelorum viſione cælitus dignatę fuerunt ſic. *Viderunt*
iuuenem ſedentem à dextris coopertum ſtola candida. Alius verò Euangeliſta dicit, eas
vidiſſe Angelum ſedentem ſuper reuolutum lapidem. Lapide firmitas ſtabili
tas, alba verò ſtola, & longa in bono vſque ad finem perſeuerantia denotatur
In ſum bonum agitur, ſi ante vitę terminum deſeratur, quia fruſtra velociter currit, qui pri-
Diu. Greg. lib. 1. mor. *uſ am ad metas venerit, deficit.* Ne igitur arundo vento agitata dicaris, eſto in
bono firmius, & ſtabilis, vt quoque ſic Chriſto Domino dilectus, ac amabilis
& conciues Angelos in Cælo videre poſſis.

Hominem mollibus veſtitum? Ergo Chriſti Domini ſermo mollibus, delicatio-
ribus ſic indui non approbat, ſed potius è contrario declarat. Mundi mollia, F
& eius inania deſerenda, contemnenda, & magna cum ſtabilitate in Domino
manendum, vt conciues eſſe poſſimus Sanctorum Angelorum, & quibuſque
modo Diaboli tentationibus reſiſtere valeamus. De optimis fidelis ſponſę
Cant. c. 6. b. laudibus dum in Canticis agitur illa eſſe dicitur. *Vt caſtrorum acies ordinata.* Et
quomodo tanta, atque talis fortitudo in tenella iuuene ſponſa dilecta? ſenſũ
hunc attendamus moralem. Vis fortis, & validus ad reſiſtendum Diabolo, &
mundo eſſe? mollia deſere, ſimilia contemne. Audi cauſam fortitudinis, &
magnę virtutis ſponſę. *Soror noſtra paruula eſt, vbera non habet.* Ob id ergo valida
Cant. c. 8. d. & fortis? maximè. De quibuſdam feminis Amazzonibus nuncupatis ferunt
Hiſtorici, quod vt tutiores, ac validiores eſſent ad arcu, & ſagittis feriendum,
Iuſtin. Mart. alteram ſibi mammillarum, valde impedientem amputabant, & quid per eas
mammillas, niſi inanes mundi delitias, ſenſualitates, & huiuſmodi mollia me
lius intelligi poſſunt? amputentur, auferentur hæc, vt Demonem arcere, mũ
dum, carnem inimicam vulnerare, & verè victores euadere valeamus.

Oh ſi homines benè attenderent, & excogitarent quanta afferat mala huius
mundi amicitia, quàm inficiat carnis illecebra, quàmque ſuos amatores pro
feſſores perdat delitiarum inanitas, profectò iis omnibus omninò renuncia-
rent, & vitę ſpirituali, moralibus exercitiis, miſericordię operibus, & Domi

nicę

A nicę ſeruituti ſe omni conatu dicarent, & ab amore Dei ſe abſtrahi nequaquã ſinerent mortales. Nam, vt ait Diuus Ioannes Chryſoſtomus apud Carthuſianum. *Pro quanta parte cor tuum fuerit ad aliquam rem creatam, pro tanta minus eſt ad Deum.* Proſequitur verò ibi Carthuſianus aſſerens, id intelligendum eſſe de inordinata, & immoderata cordis affectione ad creaturas, ſicut in his, qui in cibo, & potu, in veſtibus, in habitaculis, ac in ceteris exterioribus rebus quærunt non tantum neceſſitatem naturę, ac vſum decentem ſecundùm Euangelicę legis doctrinam; ſed carnalem delectationem, vanitatem, pompam, cõplacentiamq; humanam, propriumque, non Dei honorem, & famam, atque laudem propriam. *Hæc autem omnia ſapientialis conſideratio mortis contemnit, & abijcit.* Ita præfatum diſcurſum Carthuſianus hac pulchra ſententia concludit. Diu. Ioan. Chryſost. D. Dion. Carthuſ. de nou. nou. ar. 11. Idem ibidem

Hæc, & ſimilia recogitantes viri iuſti, probi, ſancti, lacrymis, orationibus diſciplinis, miſericordię operibus, ieiunus, & vigiliis ſe communiebant, non ſæculi inanitatibus delectabantur, vt ad benè mori, ad feliciter gaudendum alio in ſæculo diſponerentur. Eodem Carthuſiano referente. Cum Vir probus Abbas Paſtor audiſſet, Beatum Abbatem Arſenium migraſſe ad Dominũ fleuit, & ipſe, dicens. *Beatus es, Abbas Arſeni, quia fleuiſti te ipſum in iſto ſæculo, ideo gaudes, & lætaris in altero.* Proinde ſi diceretur, qui ſe ipſos in hoc ſæculo non deflent, in altero propemodum deplorabunt. Hinc & Abbas Macharius cũ veniſſet ad quoſdam probos Eremitas, & Patres dixit. *Ploremus, ploremus, Patres,* Idem art. 16. Ibidem.

B *& deploremus modò nos ipſos, antequam veniamus, vbi lacrymę noſtrę comburant corpora noſtra.* Quid denique proderunt mundi huius nobilitates, delitię, diuitię, inanitates? Oh quot minimi maioribus, pauperes ditioribus præferentur! eodem Carthuſiano referente, Diuus Hieronymus ait. *Certè multi elingues, multi, & balbutientes feliciores tunc erunt loquacibus, & facundis; multi paſtores, & bubulci tunc præferentur Philoſophis, multi ruſticani Principibus, multi obtuſi ſubtilibus.* Talia recogitemus vt meliorem vitam, melioribus moribus comprobandam viuamus, & victores mundi, carnis, diaboli hoſtis antiqui euadere valeamus.

Verùm quare demum Ioannes in vinculis detineretur, conſiderandum, & ſanè quoniam ab eo veritas palam dicebatur, quam maiorum multi vix, aut nil ſibi patiuntur veritatis annuntiari. *Et veritas tua vſque ad nubes.* Quaſi diceret, euolauit ſurſum, cum vix toleretur in terris. De Baltaſſare Chaldeo Rege diuinum narrat eloquium, qui cum in illicito ſederet conuiuio, ſuorum Regni procerum caterua circundatus vidit digitos in pariete ſcribentes. *In eadem hora apparuerunt digiti quaſi manus hominis ſcribentis.* Et quid ſcribebat? Diuiſionem Regni, & necem Regis tyranni. Sed quare non vidit, aut quare totam manum ei Deus apparere non fecit? Reſpondetur moraliter, quoniam forte viſa fuiſſet eidem manus alicuius aulici, vel ciuis ſui, & mox indignatus talem necari iuſſiſſet, quoniam veritatem ſcriberet. De Cambige Cyri Regis filio fertur, qui perquirens, & audiens ab amico fideli Prexaſpe nuncupato ſibi Psal. 36. Dan. c. 4 a. b. Herodot. lib. 3. de Rege Camb.

C expoſcenti, quid de ſe in populo diceretur; multa laudabilia dici; attamen quid etiam contra, nimirum quòd vini potator haberetur, iccirco aliquantulum abſtineret, vt laudem à ſuis omninò obtineret, maximopere id ægrè ferens, mox arrepto arcu, & ſagittis pectus, atque cor vnici nati illius patris vera dicentis, dirè tranſuerberauit dicens. *Vinum nec à me ſenſum tollit, nec benè ſagittare impedit.* Quoniam ſibi veritatem dici audire, & ferre nequiuit, ſicut & immanis Rex Diui Ioannis Baptiſtę interfector Herodes.

Ecce ego mitto Angelum meum. De Ioanne, prout ibi dicitur, Dominus loquebatur; ſed quare eum vocat Angelum cum nihilominus eſſet homo ſimplex purus? facilis reſponſio talem profectò eſſe Ioannem dixit Dominus ob eius ſimplicitatem, innocentiam, puritatem, caſtimoniam, & morum integritatem. Sed addatur cum aliis bellè exponentibus, ac dicentibus, id aſſertum etiam ob cæleritatem eius ad obediendum Dominicę voci, & mandatis eius. Cum enim audiſſet Verbum Domini ſuper ſe factum, mox ſe contulit ad faciendam eius voluntatem, prout infra in quartę Dominicę Aduentus Euangelio. *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem, Zacharię filium, & venit in omnem regionem Iordanis prædicans, &c.* Quoniam & Angeli ſunt ad obtemperandum voluntati Dominicę velociſſimi. Diuus Dionyſius de Cæleſti Hierarchia occaſione illius, quod ſcriptum fecit Eſaias. *Duabus alis velabant faciem eius, & duabus pedes eius* Luc. c. 3. a. D. Dion. de cæleſt. Hierar.

Lect. Marg. *des eius*. Vbi, & lectio marginalis in Gloſſis habet. *Et duabus velabant pedes ſuos*. D
Inquit eos Angelos quamplures habuiſſe pedes, nimirum ad indicandam celeritatem, ad faciendam voluntatem diuinam. Cui bellè facit illud Sancti Da-
Pſal. 102. uidis; *Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius*. Et nos cum Ioanne moras omnes rumpamus, ſolliciti ſimus ad abtemperandum mandatis Domini, & noſtro modo erimus, velut Angeli in conſpectu eius.

Horum itaque Paraphraſi verborum finem imponentes concludamus, fugiendum malum, prout iubemur, faciendum bonum, quod per Ioannem edocemur, haud facti ſimiles arundini, quocumque flectenti; ſed columnę ſtabili in domo Domini: ſiſtendum in actitatione bonorum, actus quotidie magis iterando probitatis. Ille Cæcus, cuius Reparator noſter optimus ocu-
Marc. c. 8. c. los ſputo ſuperliniuit, expetitus, ſi quid videret? Reſpondit. *Video homines velut arbores ambulantes* Arborum non eſt ambulare, ſed vegetare, perpendendũ igitur negotium. Ille non adhuc rectè recta videbat. homines inſtar arborũ huc, atque illuc magna flectentes inconſtantia, & Dominus iterum ad cæci oculos applicuit manum, vnde hominum meliorem intuitus fuit ille congreſſum. Et quid ſibi volunt hæc? ſanè quidem innuere inconſtantiam hominum magnam, ac eorumdem malam intuitionem; ſed pius Reparator tangẽdi actum iterauit, & illius cæci viſus, ac hominum gradus in melius ſe habuit. Quibus intelligi datur, bonos actus repetendos, perſeuerantiam in iis neceſ- E
ſariam, vt æterna videre, perpetuòque poſſidere valeamus. Ita dicente San-
Diu. Petr. Chryſol. ſer. 170. cto Petro Rauenate Chryſologo. *Iteranda eſt ergo cura chriſti, vt perfecti oculi futura certa, inuentia videant, & æterna*. Suſcipe documentum, actus itera boni, vt dignus efficiaris promiſſionibus Chriſti.

TER-

TERTIVM MYSTICI THALAMI ORNAMENTVM

IN TERTIA DOMIN. ADVENTVS DOMINI.

Cuius Euangelij occaſione de Victoria Hominum aduerſus peccatum; de armis, quibus vti debemus ad vincendum Diabolum, Carnem, Mundum; de eoque quod dicitur, Spiritum Domini factu-rum victores ſuos fideles, velut tot columnas in templo Dei, atque de quampluribus alijs documentis, tum ante Paraphraſes in Euangelium, tum in ipſiſmet tradendis, & conſiderandis, ac de humilitate probè agitur.

A VT veniens Chriſtus Dominus Deus noſter, paratum in nobis ſibi manſionem inueniat, omni diligentia maiori perquirere debemus, vt mentis in bono ſtabilitatem ha beamus. eius ſemper ſuppoſito cæleſti adiutorio. Miran dum profectò, quod apud Sanctum Ioannem Euangeliſtam, eius in Apocalipſi, promiſit ſpiritus Domini dicens. *Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius, & ſcribam ſuper illum nomen Dei mei.* Apoc. c. 2. c.
Inſolitus quippequi dicendi, atq; faciendi modus, quandoquidem victorum præmia, non fieri columnam, ſed vt eis erigantur ſtatuę, altaria, columnę, iuxta experientiam, eſſe conſueſcit. Quemadmodum Helianus ſua in Hiſtoria refert de multis videlicet columnis, & imaginibus, quę inſcriptę, & erectę fuerunt Herois in bello victoribus. Valerianus verò, & ipſe multas enumerauit etiam ſeminis fama celeberrimis erectas, & earum Helian. lib. c. de Var. Hiſtor. Valerian. lib. 49. de Colũ.
B nominibus inſcriptas. Immo, & Regi Pſalmigero Dauidi ſimile conſtructum fuiſſe notatur, prout in eius Pſalmodijs. *Tituli inſcriptio.* Septuaginta verò interpretes legunt. *Columnę deſcriptio.* Poſt multas partas ab eo victorias. Quod ſi aliquibus arrideret eo in Pſalmo quid propheticum eſſe, & de Chriſto Domino intelligi poſſe, verè victorum ſummo, ecce columna ei erecta, Crux Sancta, cuius inſcriptio, & titulus eſt. I N. R. I. Item, Ieſus Nazarenus Redemptor Inuictus. Attamen victorem purum hominem columnam faciendũ eſſe, non ei columnam in ſignum victorię erigendam diuina ſcriptura dixit. Verùm id nulli ſit mirum, quandoquidem non tali mercede terrena inani, tranſitoria ſuos Dominus victores donare contendit, ſed æterna in Paradiſi Pſal. 15. Septu.

templo

Digitized by Google

templo, extra nunquam mittendos. D

Qua de re conſiderandum, non paucos ex patribus dixiſſe, per hujuſmodi
Primas. Ricard. de S. Vict. Ven Bed. faciendos à Domino Deo columnas in templo ſuo, intelligi Prælatos, concionatores, & viros doctrina, ac pietate excellentes in Eccleſia Sancta Dei.
Placet nihilominus aliis, præcipueque Venerabili Bedę, vt per templum ſit
intelligendus Cæleſtis Paradiſus, & ibi columnas erectas eſſe omnes Sanctos,
& Sanctas, in quibus ſcribitur nomen Domini, ponitur gaudium eſſentiale
Paradiſi, ab eis perpetuò ibi permanſuris, numquam auferendum, quod vlla
abſque comparatione ſuperat ſolatium omne terrenum, & huius ſæculi quem
cunque victoribus conceſſum in Vrbe vel aubi triumphum. Ideoque ſpiritus
Iſa. c. 60. a Domini ait. *Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum.* Ea omnia
allegoricè arbitrantur benè intelligenda de Chriſti Domini primo aduentu,
nimirum in carne; verùm anagogicè poteſt etiam id accipi de gloria cæleſtis
Paradiſi, dum impertitur ſeruo fideli Domini. Dicitur enim tunc visurus, quo
niam viſio tota merces: miratur, & dilatatur cor eius, non acceptione huius
mundi conſolationum, quia hę ſunt minimę, comprehenduntur facillimè,
etiam in cordis angulo, & perbreui loculo; at cæleſtia ſunt adeò magna, &
ingentia, vt in eorum ſuſceptione neceſſario debeat dilatari cor hominum,
dū ea feliciſſimè donantur. Eſt ſiquidem gloria Sanctorum de numero eorū
quę maiora, ſiue meliora fieri non poſſunt. Prout optimè conſiderat, & cō
D Thom. 1. 2. q. 25. a. 6. a 4. cludit Diuus Thomas, Angelicus Doctor. Et iterum Sanctus Petrus ad Ie- E
ſum. *Ecce nos*, ait, *reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis*? O bone
mi Petre, numquid parum tibi eſſe factum, Chriſti Domini Apoſtolum vide-
Mat. c. 19. d. tur? multum magnum quidem, ſed forte ita locutus fuit in ordine ad æternū
in cæleſtibus gaudium, imperdibile, ſummum, ſtabile, ad quod Sanctus pro-
tendebat Apoſtolus.

Victoribus itaque ſuis Deus promittit, & elargitur ſtabilitatem inſtar ſtabi-
liſſimę, immobiliſque columnę, nimirum in bono perſeuerantiam, & ipſi
Deo fidelitatem continuam, quod eſt tertium noſtri Myſtici Thalami Orna-
Gloſſ. vbi ſupra. mentum iuxta Gloſſam ſupra in argumento dicentem. *Tertio poſuere ſtellam, quę
ſignificat ſtabilitatem mentis in bono.* Verùm inquiri poteſt, quinam ſint iſti victo-
res? quomodoue euadunt tales? ii, qui Domini adiutorio freti vincunt
mundum, carnem, diabolum. Ita reſpondet Lyranus, ſed in primis neceſſū
Lyran. eſt peccatum vincere, & cum eo eius omnes occaſiones fugere, ac ipſum
horrere, vt de mundo, carne, diabolo victoriam ſic ferre valeamus, & colu
mnas templi ſui hìc, & in Cælis faciat nos ipſe Deus. Huc pulchrè venit con-
Tren. c. 1. c. ſiderandum illud Trenorum. *Peccatum peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta
eſt.* Loco fieri fortem, ecce factam audiuimus inſtabilem. Quare? quoniam
peccauit, peccareque dilexit. *Non poteſt reſiſtere aduerſariis, propter Dei ſui offenſam,
Lyran. non propter eius impotentiam.* Ita ibi Lyranus ex aliis id perpendentibus, ait.

Quid de Caino? Tremebundus, & inſtabilis ibat, dum patratum à ſe deli- F
ctum cogitabat. Sed quid amplius? Chriſtus Dominus noſter in bono ſtabi-
lis omninò, impeccabilis, tamen mortis tempore cepit tædere, & pauere.
Quomodo? quare ſic, qui ad mortem ea in ſiti cucurrit? numquid tunc factus
inſtabilis? non quidem, ſed præter ſanctorum patrum reſponſiones, dici etiā
poſſet, quoniam de peccatis non quidem ſuis, ſed noſtris, ceterorumque ho
Mortuor. ſequent. minum profundius cogitabat. Hinc & à noſtrum quoque iure dicitur. *Tre-
mens factus ſum ego, & timeo.* Sed quare, quare? oh, ſubſequitur ratio. *Dum di-
ſcuſſio venerit.* Quoniam de delictorum patratione, de eorum futura diſcuſſio-
ne cogito. Peccatum tremore, & inſtabilitate homines incutere ſolet; hoc
& nos omnino fugiamus, vincamus, vt ſtabiles, & firmiſſimę columnę in Do
mini templo fieri valeamus.

De vi-

A

De victoria hominum aduerſus peccatum, vt fiant in bono firmę, ac ſtabiles in Dei Eccleſia columnę.

INERMES ad bella pergentes, victorię amiſſioni ſe proculdubio exponunt, iccirco præliaturi ſuos aduerſus hoſtes, in arenariā paleſtram antiqui deſcendentes, triplici armorum genere bene diſpoſitorum vti, iuxta Vegetium de re militari, conſueuerunt. Primò ſagittis feriebant, ſecundò lanceis concertabant, tertiò demū gladios adhibebant; & poſtea interficiędi homines cauſa etiam aliud inſtumentū fuit inuentum arte callida hominū, nempe globus igneus. His, his omnibus moraliter, ſpiritualiter vtamur & nos ad deſtructionem, & euaſionem peccatorum; ad ſuperandum Mundum, Carnem, Diabolum. Sicut Regius Domini Vates paratū ſe ad ita faciendum aſſeruit, dicens. *Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos, nec poterunt ſtare, cadent ſubtus pedes meos.* Qui alias dirum perſecutorem ſuum Saulem Regē ſolum in ſpelunca Odollam repertum interficere potuit, & mali nihil in eum intulit: qui Semei conuitia facienti, maledictaque proferenti in ipſum Regem probum, caput amputari ab id facere volentibus vetuit. Qui ſibi oſtenſum à Deo ne ſuos occideret inimicos dixit; poſt hæc ſe perſecutorem, & interfectorem illorum velle eſſe decreuit? A Diuo Patre Auguſtino, & ex eo ab Interlineari Gloſſa exponitur intelligendum, de bello faciendo aduerſus carnales affectus, & quoſque defectus, nec vnquam ceſſandum, donec darentur in exterminium. *Carnales*, aiunt, *affectus, vt omninò amputentur.* Vt data victoria de peccatis, & hoſtibus malignis, ſtabiles in bono columnæ fieri gratia Dñi mereamur.

Veget. de art milit.

Pſal. 17.

B

Pſal. 58.

D. Auguſt. Interl.

Huic propoſito non minus pulchrè facit illud eiuſdem Diuini Vatis Pſalmigeri dictum. *In matutino interficiebam omnes peccatores terrę, vt diſperderem de Ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Sed numquid eo breui tempore matutini, tam grandia, & fortia ſe peragere poſſe arbitrabatur Dauid? tam validas faciebat ſibi vires? & ſi aliquos aliquo in loco à ſe tollendos de medio dixiſſet, mirum adeo magnum non eſſet, ſed omnes iniquos velle in matutino mox interficere, nimiam profectò admirationem affert. Prima facie videtur negotium certè difficultatem habere, verum attenta Caſſiani expoſitione morali, omninò diluitur dubitandi occaſio; ait enim intelligendum de reſiſtere mox cuique tentationi Diaboli, & delinquendi cuique occaſioni. *Ideſt in initio tentationis, quaſi in crepuſculo, cum incipiunt apparere tentationes.* Hæc ille. Bene autem ait, in crepuſculo tentationis, quia diabolicę tentationes, & errandi occaſiones, quandoque videntur elucеſcere, hoc eſt ſub ſpecie boni conſueſcunt apparere; ſed confeſtim diluendę, tollendę omni modo meliori, atque ſemper auxilio Domini, ne nos aduerſus præualeant vlterius. Quod eo Geneſis loco pulchrè confirmatur. *Ipſa conteret caput tuum.* Ab ipſo Deo ſic dictum ſerpenti Diabolo. Alii verò volunt etiam legi. *Ipſe conteret caput tuum.* Nimirum & vir, & mulier, ſed ſi Diabolus eſt Spiritus, quomodo, atque quale caput confringendum eius? Reſpondent ex Patribus Interlinearis, & Lyranus ita. *Initium ſuggeſtionis, in principio tentationis reſiſtendo.* Qui vult igitur vincere peccata, eorum vincat, fugiat initia.

Pſal. 100.

Caſſian.

C

Gen. c. 3. c.

Interl. Lyran.

Verè victor laudabilis, qui de ſuo fert victoriam delicto, ſeu immunem ſe conſeruat ab eo, crudeli hoſte, immani. De quo Sanctus Ioannes. *Omnis*, ait, *qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Vbi ex Diuo Patre Auguſtino ſic bellè ratiocinari datur. Qui hoſtem vincit, aut occidit, aut ſeruum, ſeu ſclauum retinendo facit; at peccatum hoc, & illud agit, hominem enim peccatorem, quo ad animam ſaltem, mox ſpiritualiter occiſum reddit, & ſclauum ſibi miſerrimum tenet. Iure enim ſclauus dicitur, quia vinculis, licet ſua voluntate confectis, durioribus catenis ferreis, ſtrictè inuolutus vix vi incedit ad liberari ſummopere difficilis. Volens Dominus Deus iubere, ac indicare nexum indiſſolubilem

Ioann. c. 8. 1. Diu. Auguſt.

Digitized by Google

Gen. c. 2. d. indiſſolubilem, nimirum vſque ad mortem dixit. *Relinquet homo patrem ſuũ, & matrem, & adhærebit vxori ſuę, & erunt duo in carne vna.* Et ipſum peccatum dicitur ſuo adhærere Auctori, vt ſic ſeparatio, diſſolutio eorum ab inuicem difficilis adnotetur. D

Pſal. 93. *Numquid adhæret tibi ſedes iniquitatis? &c.* Attende, conſurge quàmcitò, ne fiat difficillima diſſolutio, en quomodo nedum ſagitta, vulnus, & catena dicitur; ſed ſtrato, ſedi, grabato etiam aſſimilatur, in quo aridus ligatus iacet auctor illius, quemadmodum qui ad mortem infirmus, ſiue tranſuerberatus in via, ſella geſtatoria circumligatus, ne cadat, ad hoſpitalium aliquod

Simile. defertur: ſic ſic ſuo modo peccator in ſuo peccatorum ſtrato, ſeu fetida ſella, ſuę proprię malę, obduratæque voluntatis catena circumligatur, & ad infernum geſtatur. Vnde Pater Auguſtinus de ſe ipſo dicebat. *Suſpirabam ligatus non ferro alieno, ſed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenã fecerat, & conſtrinxerat me.* Eia peccator, age, moras rumpe, peccatum confringe, vt de illius dira captiuitate euadas, & ſtabilis in bono columna fias.

D. Aug. lib. 8. confeſſ. c. 5.

Benè perpendunt Patres, iure proclamant eorumdem ora, ò filii hominũ, ò patratores delictorum, quouſque veſtra differtur conuerſio? peccatorum diſſolutio? attendite, quoniam Deus cuique noſtrum dedit duas manus, duos pedes, duas aures, duos oculos, vnam tantum animam, Quid propterea, ò

D. Chryſoſt. D. Bernar. Sanctiſſimi Chryſoſtome, Bernarde vultis alludere? hoc vnum ſingulare notandum, quòd hanc ſi malam per mortem amiſerimus, quid ſupererit nobis? flamma duntaxat ignis, & lætus peccator incedis? iaces? dormis? recordare, E

Pſal. 88. recordare tuę mortis, citiſſimè properantis. *Quis eſt homo, qui viuet, & non videbit mortem, eruet animam ſuam de manu inferi.* Ac ſi dicat nullus profectò. Veniat, quæſo, in memoriam illud, quod iuſſu Dionyſii Siciliæ Tiranni factum fuiſſe

Thom. fazellus de rebus Siculis. narratur. Quidam ex eius domeſticis Democles nomine factus; inde quadã ſuſpicandi occaſione hoſtis, ſedebat ſuper ſellam duobus tenellis bacellis ſubſtentatam ſuper profundi putei os, & ſuper caput viri ſedentis ibi gladius acutus euaginatus filo dumtaxat ſubtili appenſus. Is quantumuis ſeruulos ſibi cibaria lautè, copioſè eiuſdem Tiranni mandato adminiſtrantes, ferentes attenderet, numquam tamen riſum emittebat, ſub, & ſupra ſe pericula intuens

Iſa. c. 38. d. imminentia. *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima.* O miſerrime homo peccator, an non ignoras ſuper te breui fore tremendam Omnipotentis iram? gladium irreuocabilis ſententię damnationis? apertum, dilatatũ lacus infernalis os, te deglutire expectans præparatum? & comedis, & rides, & dormis cæce, ſurde in delictis? ſurge, dole, lacrymare, anteaquam veniat dies tuę perditionis æternæque damnationis.

Videtis attamen quandoque peccatorem magnum incedentem lætum terrena proſperitate gaudentem. O miſerum, ad perditionem properat, &

D. Auguſt. non recogitat, qua de re Diuus Pater Auguſtinus ait. *Nihil infelicius infelicitate peccantium.* O verè miſerrimam talium conditionem, & ſtatum, lacrymabilem caſum, miſerabilem curſum! ſignum contemptę ſalutis amiſſę proprię cognitionis, & obducti omninò calli in delictis. Talem ſi ad ſalutem alloqueris, nõ te audit, ſeu audire nolit, quantumuis vellices, non expergiſcitur. Quiiure ideo poteſt illud vſurpare. F

Pſal. 37. *Factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.* Hic nuncupari debet, prout in eloquio diuino. Vallis aſpera, ſaxoſa, quę numquam arata eſt, nec ſemen recepit. O peccator, pecca-

Deut. c. 21. a. tor, cuius ſaxeum cor, eſt velut profunda Vallis nullatenus ſuſcipiens ſemina ſalutis, verba ſanctę adhortationis, num aliquando contritionis aratro, pœnitudinis vomere confractus fuiſti? Dhe accipe Crucem Chriſti Domini, pone illam in Valle cordis tui, vt eius meditatione, & Sanctiſſimi Crucifixi compaſſione contritum, confractum ſuſcipiat ſemen bonum, Dei verbum, ſermones benè adhortantium, & producat ſalutares pœnitentię fructus. Ad te ad te, ò ſaxeam Vallem, ò dirum peccatorem ſermo Domini dirigitur, vt receptus operetur, tuam videlicet ſalutarem victoriam, vt fias quoque ſtabilis columna excelſi victoris, non ſaxea, & euertenda Vallis.

Notandum verò vlterius ad peccati excluſionem, & omnimam euerſionẽ, nedum eſſe faciendum opus bonum, & fugiendum quodcunque malum; verum etiam eſſe omninò tollendam cogitationem cordis prauam, nam cordis delictum occidit, & cor ipſum. Qua de re Dauid Domino Deo. *Delictum*

Digitized by Google

A *ctum meum cognitum tibi feci, & in iuſtitiam meam non abſcondi*. Sed ò mi Rex, nonne iniuſtitia eſt delictum? maximè quidem. ergo ſufficiebat dicere, delictum te tuum Domino confeſſum fuiſſe. Reſpondent, fortè ſic Dauidem dixiſſe, quoniam de delicto cordis, & oris, ac manus ſimul intellexerat. Delictum prius cordis, inde verò iuſtitiam manuum, & oris, quandoquidem vtrumque malum, & ſummopere cauendum. Eumdem ſenſum facere creduntur, quę in veteri teſtamento iubebantur, nimirum vt homo offerret pro delicto, & pro peccato ſuo ad hoſtium Tabernaculi, atque pro eo deprecaretur ſacerdos. Nonne pro delicto dicere ſat erat? vtrumque dixit, quoniam vtrumque Deus odit, tui cordis delictum, & oris, ac manus peccatum. Nihil tu feciſti, niſi vtrumque odiſti, & viciſti, de vtroque victoriam facias, vt ſtabilis victor euadere, ac permanere valeas. Pſal. 31. Leuit. c. 11 e

Adhuc formoſa, & perbreui conſideratione hoc idem confirmetur. Euangeliſta Ioannes ſua in Apocalipſi dixit viſum à ſe filium hominis, ſeu Angelū eius formoſè quidem amictum, ſed præcipuè. *Præcinctum, ait, ad mamillas zona aurea*. Propheta verò Daniel ſimilem ſe vidiſſe narrauit ſuis in vaticiniis; verū ſic alibi, licet auro præcinctum. *Et ecce, ait, vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accinti auro obrizo*. Et quid ſibi hæc differentia vult? ille pectus, iſte verò lumbos auro decoratos habebat. Reſpodent contemplatiui moderniores, immo, & Diuus Gregorius quoniam moraliter. *Ad pectus zona aurea denotat in corde ſancta* Apoc. c. 1 c. Dan. c. 10. a.

B *deſideria*. Per lumbos verò etiam ipſa extrinſecus opera, vt ſciamus æque limpida, & optima debere eſſe tum deſideria, tum opera ipſa; vtraque turpido deſerenda. omnino habenda odio. vnde ait ille. *Et ego in ſimplicitate cordis mei lætus obtuli ſacrificia*. En quomodo ſapiens Rex dixit, coniunxit cordis puritatem & operis integritatem, vtrumque, & nos attendamus, vt nullo dato in nobis per noſmet impedimento facilius peccatorum, & quorumcunque hoſtium tam viſibilium, quam inuiſibilium facti victores, in bono quoque maneamus ſtabiles. Verùm hæc miſſa faciamus, nam aliqua obiter dicta, & ad rem noſtram, prout ſupra ſtrictius calamum deuoluamus, atque interim Domino Deo dicere non obliuiſcamur. D. Greg in moral. 1. Paralip. c. 29. c.

Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, vt nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena conſtringit, miſeratio tuę pietatis clementer abſoluat.

Nequeo tamen antequam deueniamus ad inſinuanda, & ſumenda noſtrę victorię arma, & firmitatis inſtrumenta, illud vnum non afferre in medium, nempè quam citius eſſe deponendum peccati onus grauiſſimum, quo grauatus homo vix dimouere ſe poteſt, eoque minus agilis eſt deſcendere ad certamen ſingulare cum debellandis hoſtibus ſuis ſemper infeſtis. *Sine iniquitate*, ait Pſaltes, *cucurri, & direxi*. Peccati onus ſuum adeo grauat auctorem, vt nedum ſeruum, & ſclauum, ſed valde turpem baiulum efficiat. *Sicut onus graue grauatę ſunt ſuper me*. Nimirum eius iniquitates. O ſclaue vilis, ò baiule iniquitatis, quàm diu ſic grauaris? cito depone onus, quod geris, antequam omninò deprimaris. ac tanta ſub ſalma turpiſſimè pareas. Ni eſſet peccati onus, nequaquam eſſet ſeruorum, ſclauorumque genus. Cum Noe in Canaam, filium Cam, ob patris delictum maledictionem inferret, ait. *Maledictus Chanaam ſeruus, ſeruorum erit*. Verbū hoc ſeruus, antea nunquā auditū, niſi poſt peccatū. Pſal. 58. Pſal. 37. Gen. c. 9. d.

C

Quibus intelligi datur certiſſimè peccatum efficere ſuum auctorem ſeruū ad huiuſmodi onus turpiter ferendum. Veniat, quæſo, in memoriam illud Geneſis trigeſimo nono, dum illa inanis femina Putipharis vxor Ioſephum honeſtiſſimum iuuenem hebræum ad turpia ſollicitè, anxiè inuitaret, ait ibi Textus. *Iniecit autem domina ſua oculos ſuos in Ioſeph*. Quam ſcripturam Septuaginta Interpretes, atque alii vertunt. *Vxor domini ſui*. Num non amplius domina eius? tam citò dominii nomen, ac poteſtatem amiſit? maximè, vt non ignoremus, ob peccatum fieri, atque factum eſſe hominem ex domino ſeruum, ex libero mox ſclauum. Mala mulier illa dicebatur Ioſephi domina, ſed nolens caſtiſſimus oblatis aſſentire turpibus, mox factus euaſit dominus, & maior illius, de qua Philo Hebræus ait. *Peccatum abſtulit dominium*. Noſtrę primę parenti Euę, quę ſumpto vetito pomo ad Dominici mandati tranſgreſſionem, Gen. c. 39 b. Verſ. ſept.

nem, virum ſuum Adàm quoque audacter excitauit, inde Dominus Deus ait. D
Gen. c. 3. d. *Et ſub viri poteſtate eris*. Serua miſerè ob id facta, de dominatrice ſclaua. Depo ne, depone homo peccatum onus quippequod grauiſſimum, vt ſtare poſſis, & victor euadere de hoſtibus antiquis,

Omnium malorum, & incōmodorum nobis cauſa peccatum. In memoriam reuocetur illud, quod Berſabea timens Adoniam regnaturum Regi Dauidi ait. 3. Reg c. 1. c. *Si regnauerit poſt te Dominum meum, erimus ego, & filius meus peccatores*. Quare ſic? quid ſibi vult iſte dicendi modus? Numquid Adonias eos ad peccandum compuliſſet? Reſpondet ibi Vgo Cardinalis ita. Vg. Card. *Quæ dicit peccatores, omnium malorum congeriem aſſerit*. At ſi dixiſſet prudens, & experta mulier illa, tunc omnia mala nobis, & incommoda proculdubio aduenient, quę peccatoribus accidere ſolent. Verum quid de ipſomet Rege Dauide dicam? ei Propheta Natam ſub ouis, atque cuiuſdam pauperis ſimilitudine, vel parabola eius aperuit delictum, dicens. 2. Reg. cap. 12. a. *Quę ouis creuerat apud eum cum filijs ſuis ſimul de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in ſinu illius dormiens, &c.* Rex autem talia contingiſſe credidit, ideo diuitem illum, ouis raptorem, & occiſorem condemnandum aſſeruit, At fieri ne potuit, vt tam magnę prudentię Rex, hominem in lectulo ſuo tenuiſſe ouem, eique ſuo in calice potum exhibuiſſe exiſtimaſſet? Reſpondet Valfridius in Patrum Bibliot. Valfrid. in Bibl. Pp. *Peccatum abſtulit ab eo iudicium*. Et hic prauus peccati affectus, vt ſuos patratores, amatores belluis reddat ſimiles.

Multi quidem viri geſtis heroicis, fama, virtutibus ſe ſe præclaros, admirationeq; effecere dignos, tū viuentes, tū iā defunctos; attamē in aliquod facinus indignum viuendo dilabentes, omnia ſua benè geſta, eo vno ſcelere patrato denigrarunt, & quodammodo ſepelierunt, quoad laudari, perpetuò. E
Sed ne multum vagemur, dicamus. Quint. Curt. De reb. geſtis Alex. lib. 8. Apud Quintum Curtium de rebus geſtis Alexandri Magni Macedonum Regis legitur ab eo Caleſthenem adulationis inimicum carceribus incluſum, atque demum in mortem datum. Illius verò magni ducis, ac Regis quot fuerint victorię, triumphi, fortunę ex eo claret, quoniam multas ſcriptorum paginas colluſtrarunt, & illi non ſat dixiſſe confeſſi ſunt. Verumtamen ea eius omnia præclarè geſta vna, nimirum Caleſthenis, interfectio iniuſta commaculauit, & obſcura, vt ſic dicam, effecit. Sententia fuit magni Senecę dicentis, Senec. in Epiſt. *Sed addetur*, ait, *ſemper Caleſthenem interfecit innocentem*. Non eſt malum, non eſt opprobrium quod non operetur peccatū, ſua tenebra commaculat, conuoluit etiam opus bonum, eius labe mortificatum, quærentis geſta iuſtorum delere de memoria hominum. Fugatur ergo peccatum crudelis inimicus hominum,

De armis, quibus vti debemus ad faciendam victoriam aduerſus hoſtes antiquos, Diabolum, Carnem, Mundum. F

PRIMVM genus armorum ad ſuperandos infeſtos hoſtes hos, prout ſupra dicebatur, ſunt ſagittę, de quibus Rex Pſalmigerus Vates. Pſal. 63. *Sagittę*, ait, *paruulorum factę ſunt plagę eorum*. Nimirum efficiunt plagas eorum Sed quinam ſunt tanti roboris paruuli, vt iaculantes vulnera potentibus infigant? nonnulli arbitrati ſunt, id etiam poſſe intelligi de duobus Amoribus inſanis, ac turpibus, nam vt Poeta, Mytologique ferunt, duos peperit Venus Amores, ſeu Cupidines, quoniam vt primus Amor eius ad emulationem creſceret, alterum ipſa parturiit, & hoc ſenſu inutili, turpi forte Maro illud ſuum intellexerat. Virg. eglog. 11. *Omnia vincit Amor, & nos cedamus Amori*. Verum de his nihil ad nos. Quare dicamus, huiuſmodi paruulos eſſe Amores, iuſtos, honeſtos, neceſſarios, erga Deum videlicet, & proximum, licet in radice vnū ſit dilectionis mandatum, prout & nos latius alibi conſiderauimus. At in præſentiarum audiamus fidelem, ſpiritualem ſponſam ſuo dilecto Cæleſti ſponſo dicentem. Cant. c. 7. d Alia lect. *Dabo tibi vbera mea*. Ali verò legunt. *Amores meos*. Nam qui diligit Deum

Digitized by Google

A Deum, diligit & proximum, qui diligitur in ordine ad Deum principale dilectionis obiectum. Tales ſancti Amores ſunt acutiſſimę Sagittę, hoſtes præfatos validè ferientes, arcentes, iactę à cordibus fidelium, & deuotorum, Dominum Deum ſuper ſe, & proximum ſuum ſicut ſe ipſos amantium.

Ad huc nihilominus per paruulos magis accommodatè intelligi poſſunt ſimplices, puri, & innocentes, iuxta illud primi Regum. *Filius vnius anni erat Saul cum regnare cæpiſſet, duobus autem annis regnauit.* Aetate veruntamen prouectus tunc, & annis ferè quadraginta regnauit, iuxta Lyrani computationem, ideo reſpondent Gloſſę Interlinearis, & Moralis ſic. *Humilis tanquam paruulus, & lactens vnius anni.* Quòd verò dicitur duobus tantum annis Regnaſſe ſoluit idipſe Lyranus ita. *Scilicet in bonitate, & innocentia.* Eundem ſenſum faciunt ea Domini verba apud Mattheum. *Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in Regnum Cælorum.* Numquid denuò naſci, ætate diminui, ſtatura abreuiari oportet? non ita, ſed optimè gloſſando reſpondet Diuus Chryſoſtomus ſic. *Non præcepit Apoſtolis, vt ætatem habeant paruulorum, ſed innocentiam eorum.* Talemq; intelligentiam his Domini verbis afferunt omnes ibi Gloſſę. Quamobrem hę ſunt verę paruulorum ſagittę, puritas, innocentia, ſimplicitas, verba ſine fictione prolata, facta ſine dolo opera. Hæc omnia propulſant, & fugant, quàm valde Diabolos, & vulnerant eorum amicos, hoſtes noſtros. Sic, ſic iaculemur, & victores efficiemur.

1. Reg. cap. 13. a.

Interl. Moral.

Lyran.

Matt. c. 18. a.

D. Chryſoſt. homil. 59. in Matth.

B Nec ab re ſenſu eodem paruulorum ſagittę dici poſſe videntur ſimplicium, & humilium lacrymę, iuxta quod fortè dixit Sanctus Pater Auguſtinus. *Oratio vngit, lacryma pungit.* Illa Deum, ad quod petimus elargiendum; iſta hoſtes ad profligandos, & feriendos. Magdalena rediuiuum quærens Dominum, non inueniebat, at lacrymanti, mox ille apparuit, & eidem locutus fuit. *Maria ſtabat ad monumentum foris plorans, dum ergo fleret, &c. Conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem, &c.* Quia lacrymę piorum mouent ſuo modo Dominum, ad quod expetitur, concedendum. Et iterum de alio effectu lacrymarum Dauid *Fuerunt*, ait, *mihi lacrymę meę panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus?* Deus ipſe Omnipotens inacceſſibilem habitat lucem, loco non circumſcribitur, nec ab eis ita interrogantibus videbatur. Vt quid igitur dicere, vbi eſt Deus tuus? ſenſus creditur eſſe talis. Illi hoſtes Dauidis immanes ſæpe gloriabantur dicentes, & vbi eſt, qualis eſt Deus eius, qui eripere poſſit eum de manibus noſtris, at Dauid hæc audiens lacrymabatur, & ipſi in fugam mox pauidi dabantur. Ecce potens, acutę paruulorum ſagittę, nempe orationes, iuſtitię, puritates, lacrymæque bonorum feruentes, antiquos hoſtes, & eorū ſequaces in fugam coniicientes.

D. Auguſt.

Matt. c. 20. a.

Pſ. 41.

Item nullum eſt abſurdum, & ſi tales ſagittas, vtique validas, dixerimus clauos Sanctiſſimi Crucifixi, nimirum meditationem operis eorum, qua de re audiamus Iobū dicentem. *Sagittę Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum* C *meum.* Quo ad literalem ſenſum expoſitores conueniunt intelligendum de plagis, ac doloribus in eo, Domini tamen permiſſu, effectis. Verùm quoad myſterium etiam ſic. Si quod ebibitur, in alium, velut in locum recipientē, recipitur, quomodo, quod recipiebatur in Iobo, eius ſuſcipiebat, trahebat ſpiritum? Et ideo forſan myſticè, ac moraliter dicendum Vir ille Sanctus meditatione trahebatur in illud opus clauorum, in Sanctiſſimo Crucifixo peractum, vtique impia Iudæorum indignatione, ſed & patris omnipotentis iuſta ira ad tollendum peccata hominum. Sic, ſic Iobi meditantis compatientis ſpiritus illuc trahebatur, & ſuſcipiebatur, vt à Domino Deo adiutus, victor validus, Dæmonem, Mundum, Vxorem ſuperaret.

Iob. c. 6. a.

Sagittę igitur paruulorum, paſſio ſcilicet Chriſti Domini, martyriaque Sanctorum in cordibus fidelium ſuſcepta efficiunt nos ſuſceptores validè victores aduerſus hoſtes noſtros immanes. Ideo de ſimili viro meditante, imitante admirando Vates Diuinus Iſaias Dicebat. *Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuę.* Quę verba prophetico ſenſu intelliguntur de Chriſto Domino rubro ſuo ſanguine fuſo; inde de Sanctis pro eo martyria paſſis, demum de cunctis fidelibus, eorum imitatoribus, qui Dominicę paſſionis, & mortis meditatione rubri, pulcherrimi, ac fortes in hoc bello ſpirituali fiunt. Has itaque ſagittas, atque

Iſa. c. 63. a.

Cyprian. l. 1. Epiſtol. 3.

Digitized by Google

omnes præfatas Deus ipſe in eloquio diuino tum veteri, tum nouo hortatur, D
mandat, ſuadet, iubet in nobis eſſe, à nobis accipi, vt eis vtentes, euadamus
ſic victores. Verum quid ſequitur? quomodo ei obtemperatur? audi Daui-
Pſal. 72. dem id ipſi Domino dicentem. *Etenim ſagittę tuę tranſeunt, vox tonitrui tui in rota.*
Nimirum non ſemel, ſed bis, iterum, atque iterum hortatur à nobis ſuſcipi,
frequentari hoc negotium, quamobrem obtemperare nō renuamus, id exer
cere ne obliuiſcamur, vt victores, & columnę ſic immobiles efficiamur; ſed
ait tranſeunt, quia multi eas acceptare nolunt.

Secundum genus armorũ, quo ad ſic vincendum vti requirimur, ſunt ha-
ſtę, ſeu lanceę, quibus de propinquo magis certatur ad victoriam. Has ſi di-
xerimus nobis eſſe Crucem, & lanceam, quibus paſſus eſt, illa videlicet, iſta
vero tranſuerberatus Dominus, benè quidem fatebimur, iuxta illud Dauidis,
Pſal. 22. ipſi Domino dicentis. *Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.* Dum eas vi-
delicet in animę meę manibus nempe potentiis rationalibus per meditationē
deuotam & fidelem aſſumpſerat ad conterendum carnem, mundum, Satanā.
Moral Gloſſ. *Id eſt*, ait Gloſſa Moralis, *tuę paſſionis virtus, quę eſt virga Dæmonem percutiens, & ba-
culus me ſubſtentans. Ipſa me conſolata in aduerſis, & hoſtium tentationibus.* His per fide
lem meditationem vtebatur & validus victor efficiebatur. Cui propoſito nō
minus belle facit illud Iſaię dicentis. *Conflabunt lanceas ſuas in falces.* Non ignoro
Iſa c. 2. a. ex Patribus ſenſum ſcripturę huius eſſe, tantam pacem tunc futuram, venien
te Meſſia Reparatore, vt loco belligerandi, ſolum incumberetur agriculturę E
& fertilitatis operi: ſed quicquid ſit de litera, & hiſtoria noſtro in propoſito
dicamus. Lanceę ſuis mucronibus acutis tranſuerberant; falces vero fœnū,
paleas, atque ſerpentes ſub hærbis latentes ſecant. Et ecce quam optimum
nobis fidelibus ſolamen, & adiutorium ex meditatione crucis Domini, & lan
ceę ad vincendos, & fugandos hoſtes noſtros. Has lanceas meditatione ſu-
ſcipiamus mente peruoluamus, cogitatu impingamus hoſtes aduerſus, &
Deo adiuuante vincemus.

Tertium denique genus armorum nobis neceſſarium ad opus præfatum,
Eph c. 6. d. eſt gladius, quo quam Dei verbum nil melius intelligi poteſt. *Et gladium Spi-
ritus, quod eſt verbum Dei.* Ait ſumendum Apoſtolus, & Euangeliſta Ioannes
Apoc. c. 1. b. dixit ſe vidiſſe illud egredi de ore Domini, velut gladium vtraque parte acu-
tum. quoniam ſermo Domini non vna tantum cuſpide, ſed duabus ferit nimi
Hebræ. c. 4. rum penetrabilior omni gladio ancipiti, iterum atque iterum pungit, pene-
trat, vincit, nec ceſſat donec euertat inimicos, omninò debellatos. Id atten
Pſal. 118. dens Rex Pſalmigerus Vates, Domino Deo dicebat. *Abſcondi eloquia tua in cor-
de meo, vt non peccem tibi.* Sed numquid ita Domini eloquia faciunt euitare deli
cta? maxime. Nouit quis nocte aggreſſuros ingreſſuros domum ſuam latrun
Simile. culos ad furandum, & ipſe mox Domi ſuę abſcondit milites validos, pugnato
res, gladios tenentes; ſeu intus immediatè poſt oſtium parat arma ad reſiſten
dum, & feriendum. Quibus auditis, reuelatis, cognitis, fures pauidi fugam F
facti arripiunt, aut vulnerati intereunt. Sic, ſic Dauid in corde ſuo abſconde
rat Domini eloquia, velut tot fideles validos pugnatores, ſiue arma, tum of-
fenſiua, tum defenſiua, ne ingrederentur ad mactandum fures, diri hoſtes, mun
dus, caro, Diabolus.

Magna profectò conſideratione dignum, quod Sacrę Geneſis tertio legi-
tur eiectis primis parentibus noſtris de Paradiſo voluptatis ob illud magnum
tranſgreſſionis delictum, ab ipſo Domino Deo fuiſſe poſitum ad ipſius Paradiſi
cuſtodiam Angelum tenentem igneum enſem, ne videlicet illuc factus man-
dati tranſgreſſor Adam reuerteretur, legimus ſic. *Et collocauit ante Paradiſum
Gen. c. 3. d. Cherubim, &c.* O bone Deus cur iſthæc ita? num mille modi reuerſionem illuc
rebellibus tuis impediendi deerant tibi? minimè quidem, ſed facillimè potuit
eò iter præpedire, opponendo ligneum oſtium, ferreum, flāmeum, ſiue flu
men, aut murum alia ve ſimilia obſtacula, vel etiam vim aliquam inuiſibilem,
retrò arcentem Adam, accedere tentantem. Quemadmodum expertus ſimi
lem Heraclius Imperator legitur, quando coactus fuit ſiſtere in porta Hieru-
ſalem, dum nimis diuitioſè per ornatus Domini crucem ferre ad Caluarium
montem tentaret, quò primò detulit illam Chriſtus Dominus eidem met cru
Breuia. in ex alt. S. Cruc. ci affigendus. *Quò enim magis progredi conaretur, eò magis retineri videbatur.* Quare

igitur

A igitur ibi Angelus,& in eius manu enſis flammeus? Ipſe ſcit, qui ſic fieri voluit: attamen audiatur vnius Gloſſę moralis in propoſito mirabilis reſponſio,& notabilis ratio. *Angelus*, ait, *Domini cum gladio huiuſmodi ad oſtium Paradiſi, dicitur etiam lex; ſiue mandatum Dei in corde fidelis viri ad fugam Dæmonis, & peccati*. Ne videlicet accedant, ſed ſuis cum occaſionibus cunctis procul abeant. Moral. Gloſſ

Diſcamus autem à Domino Deo, qui ſuo ipſe verbo conterit, & contremiſcere facit. *Intonuit de Cælo Dominus, dedit vocem ſuam, & mota eſt terra*. Quę terra? vbi? quando? præſertim cum dixit Adamo Vbi es? & mox timentes tremenres illi duo coniuges peccatores, illa terra, Adam, & Eua, qui fugientes ſe abſconderunt inter arbores. Vtamur, vtamur & nos Sanctis Domini vocibus, & verbis, & fugent facti à nobis pauidi Dæmones, mundus vincetur, & caro infirmabitur. Quid verò tandem de huiuſmodi hoſtium mala machinantium operibus dicam? hoc vnum præcipue, ea mox vniuerſa adhibitis Domini verbis dilabuntur, diſſoluuntur. Quemadmodum ſiquis pro ſecuritate magna oppidum conſtrueret vitreum, atque propugnaculum niueum, illud bacillis balliſtris facillimè rueret; iſtud verò flante vento calido. O fideles, ò dilectiſſimi, perpendite opera Diaboli, atque huius mundi ſunt feritatis glacie impietatis, & odii frigore confecta; feruidis Domini verbis, charitate, ac dilectione ignitis mox diſſoluuntur, & ruunt, nimirum machinationes, & illuſiones impiorum. Id non ignorans Pſalmiſta, ignitum Domini eloquium dixit, & B iterum idem alibi. *Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea, flabit ſpiritus eius, & fluent aquę*. Sumamus Domini Dei verba aduerſus mundum, Dæmones, & eorum machinationes, quę Deo auxiliante, nobis victoribus factis, ad nihilum tendere cernemus. Pſal. 45. Gen. c. 3. b. Simile. Pſal. 118. Pſal. 147.

Demum hanc ratiocinationem concludentes, impauidè aſſeramus gladios adhibendos noſtra pro victoria noſtram aduerſus carnem inimicam rebellem, mundi filiam, Diaboli, amicam, eſſe mortificationes, macerationes ſuper eam, ciliciis, orationibus, & ieiuniis, diſciplinis, vigiliis & ſimilibus conterendam. Dequo quamlaudabili negotio Spiritus Domini ait. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael omnes tenentes gladios, & ad bella fortiſſimi, vnus quiſque enſis ſuper femur ſuum, propter timores nocturnos*. Bone Deus, quid ſibi volunt hæc? quid timebat ille Rex in palatio, in thalamo, ſub papilione, ſeruulis ferè innumeris cuſtoditus? de hoc ſenſu quoad literę ſonum quicquid ſit, dicamns nos cum Patribus, gladios ſuper fæmora, eſſe carnis macerationem ad euacuandos eius impetus, ad euertendos eius fauctores, & ad tollendos timores diu, nocłuque nobis incuſſos. *Super carnem ſuam, vt eius dominentur motibus*. Interlinearis, ex Patribus ait. His armis belligeremus, vt fractis hoſtibus noſtris, fortes ſtabiles in templo ſuo Dominus nos facere ſua bonitate dignetur. Cant. c. 3. c. Interl.

Noſter vtique præualebit ſpiritus hoſtes noſtros aduerſus, ſi eidem ſpiritui rebellem edomitam, afflictam reddiderimus carnem, imitatores facti Beatiſſimi Guilelmi Auguſtinianę familię colluſtratoris eximii, de quo in Hymno C illius feſtiuitatis canitur, In eius feſto die 10. Febr.

Antra deſerti ſubijt
Fortis athleta Domini
Carnem rebellem docuit
Subſeruire ſpiritui.

Hic præpotens armis fuit, ſed inde virtutibus inſignitus vitiorum bellator acerrimus euaſit & velut columna fortis hoſtibus reſiſtens vniuerſis. Mirandum quidem in modum, quod à Domino dictum in Leuitici libro legimus. *Anima*, inquit, *quę iurauerit, & protulerit labijs ſuis, vt vel male quid faceret, vel bene, &c. Oblitaque intellexerit delictum ſuum, agat pænitentiam pro peccato*. O bone Deus, quid audio? ſi iurauerit benefacere, & non fecit, iure pænitentia ei pergenda a cur, quomodo de non facto pænitendum malo? Si attendantur Gloſſę, profectò dubitationes, difficultates nullę. Ait ſiquidem ibi Origenes, illud intelligendum de eo, qui iurauerit facere malum corpori ſuo, nempe caſtigationem inferre carni ſuę rebelli, & non fecit, ideo pænitentiam agat, & caſtigationem in ſe ad victoriam reaſſumat. Leuit c. 5. b. Origen.

Quid vlterius dicam de vtilitate, ac neceſſaria proprię caſtigationis diſciplina ad faciendam noſtros aduerſus hoſtes victoriam? veniat, quæſo, conſiderandum in

dum in

Digitized by Google

dum in memoria illud Apocalipſis Sancti Ioannis. Ille refert ſe vidiſſe prodẽtes quattuor equos, quorum vltimus macie, ſqualoreque confectus fermè ad mortem erat, prout æque talis vocabatur, qui ſuper eum ſedebat. *Et ecce*, ait, *equs pallidus, & qui ſedebat ſuper eum nomen illi mors*. Notanter verò Tertullianus ea vertendo verba ſic diuerſimode legit. *Et ecce equus viridis*. Sed ſi pallidus, quomodo viridis erat? pallor ad ſenectutem, viriditas verò ad iuuentutem ſpectat. Reſpondent, diſtinguendum eſſe, atque tunc concordabunt leturę. In eodem compoſito, nimirum homine, duo ſunt, caro videlicet, & ſpiritus. Dum corpus ieiunio, diſciplina, macie, ſqualore, peragitur, ſpiritus viridis, nimirum validus, fortis, victorque tunc efficitur, cui & caro velit, nolit, ſubiicitur. Idcirco Sanctus Paulus. *Caſtigo*, ait, *corpus meum, & in ſeruitutem redigo*. Notandum autem Apoſtolum dixiſſe, non dumtaxat corpus ſuum caſtigare, ſed illud & in ſeruitutem redigere, ſanè vt ſciatur, non ſat eſſe, ſemel, atque iterum ieiunare, diſciplinis vti, lacrymis faciem rigare; ſed operæ prætium eſſe id actitare, pluribus vicibus adhibere, adeò vt inimica caro humilietur, in ſeruitutemque redigatur; atque ſic ſpiritus fortis, & validus victor efficiatur. Cui pulchrè facit, quod Philo Hebræus ait. *Epulantibus ſenſibus mens fame laborat, ſicut è diuerſo ieiunantibus illis, ipſa fruitur hylaritate*. Quid ergo agẽdum benè attendamus, & opere compleamus, vt victoria, triumphoque potiri cum perſeuerantia valeamus.

Apocal. cap. 6. b.
Tertul.
1. Corinth. c. 9. d.
Philo. lib. de migrat. Abr. b. . .

D
E

Bona temporalia, ſæculi huius fauores, & huiuſmodi inania vt plurimum ſolent eſſe impedimento hominibus ad Domini ſequelam, & occaſio facilius ſuccumbendi inimico Dæmoni.

MAGNA profectò conſideratione dignum hoc. Vocatus ab Elia Eliſæus ad Domini Dei ſeruitium, & populis prophetandum, quando bobus arabat in agro, ambos mactauit boues, atque coxit, pro quorum coctione aratrum confringens igne combuſit. prout in Regum quarto diuinum eloquium ſic habet. *Reuerſus autem Eliſæus ab eo tulit par boum, & mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt. conſurgenſque abijt, & ſequutus eſt Eliam*. O bonè vir, quare ſic peregiſti? numquid deerant agni, vel ſufficere non potuit boum vnus ad faciendum magiſtro tuo, te vocanti, aut etiam populo illi non multo conuiuium? Rabanus moralem hunc pro reſponſione ſenſum affert. *Populus*, ait, *quoque Chriſtianus carnalia deſideria mactans, totum exercitium ſuum in opus Euangelij conuertit, vnde ſufficientem paſtum auditoribus ſuis præbere poteſt*. Quę cunctis vtique Chriſti fidelibus agenda congruunt; ſed nihilominus de Religioſis, ac præſertim Concionatoribus valde magis intelligi dicta videntur.

4. Reg. cap. 19. d.
Raban apud ordin.

F

Verùm non minus, ſed multò magis ad noſtrum præfatum quoq; morale propoſitum audiamus Alphonſum Thoſtatum Abulenſem Epiſcopum ibi ſic mire dicentem. *Hoc fecit Heliſæus, non quidem tamquam non haberet alia ligna, ſed quia tranſiebat ad Dominum, omninò volebat renunciare ſæculo, itaquod nihil relinqueret in illo, quod ad ſe pertineret, & quia boues duo, & aratrum pertinebant ad ipſum, & in ipſis ſolebat arare, voluit vtrumque conſumere, boues tradendo in conuiuium, & cremando aratrum; ita vt iam nihil ad ſe pertinens relinqueret in ſæculo, ſed totus ipſe tranſiret ad Dominum*. Hæc ille. Quibus luce clarius apparet, quantum bona quæque temporalia adiudicauerit ſibi impedimenta ad magiſtri ſui Elię ſequelam, in Domini Dei ſui ſeruitutem liberam, & expeditam, per Cæli viam, ad bonorum cæleſtium conſequutionem

Thoſt. in 3. Reg. 1. cap. 19. d. q. 26.

nem

Digitized by Google

A nem æternam, Deo ſemper dante, & adiuuante.

Mirandum profectò in modum quod de patientiſſimo Iobe in eloquio diuino legimus. Qui cum audiſſet, nuncio narrante, ſuos natos nece ſublatos, domus euerſas, meſſem igne ſucceſam, armenta furto rapta à gente inimica, gratias agens Domino Deo, voluit tondi capillis, & ipſe ſua mox veſtimenta diuiſit. *Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram adorauit, & dixit, nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar il uc.* O bone Vir, ò ſerue Domino Deo dilecte, quid ſibi volunt hæc dicta, facta? numquid in aliquam quodammodo deueniſti deſperationem ex iis, quę audiſti à narrantibus nunciis triſtia? nequaquam ita, ſed patienter perferens nunciata ſucceſſu, his etiam propè me manentibus, & coniunctis expoliari volo, ne ſint mihi impedimento ad melius, ac penitus obtemperandum Domino Deo, ad audiendam vocem ſermonum ejus, & ad faciendum eam. *Eſſe voluntatem Domini Dei, vt cunctis ijs expoliaretur temporalibus bonis, ne ijs à ſeruitute ipſius Domini impediretur, arbitratus eſt, & ideo capillos dimiſit, & ſua veſtimenta ſcidit.* Ita ex noſtratibus bellè dicentem audiui doctorem virum clementem, & pium. — Iob. c. 1. d. — Gloſſa docti & pii viri.

Siquidem bona temporalia, eoque magis copioſè, auidè poſſeſſa ſolent eſſe impedimenta hominibus in facienda Dei voluntate, & in eius mandatorum obſeruatione. Suntque multis occaſio ad ſuccumbendum tentationibus Dæmonis, ad amittendam de eo victoriam. Aggreditur quis impiorum

B hominem iuſtum, vt interficiat eum, ſed non præualens, cum ſe ſe defendat validè, dimiſſis armis, præſertim offenſiuis, ad luctam conueniunt. Dicito vos autem mihi, quis eorum facilius alteri ſuccumbet? profectò dicetis, creditur vincendus, qui multis oneratus eſt pannis, non alter, qui fermè nudus non habet, vnde teneatur, & in terram euertatur. Acceſſit Diabolus ad ſingulare certamen cum patientiſſimo Iobe. Ille inimicus dirè affectabat pium virum ferire, omninò ſuperare, multis quippe ictibus eum aduerſus inſurgendo, filios, meſſes, pecora, boues auferendo; ſed vir Deo dilectus ſe Domini timore, amore patientia ſic dumtaxat munitum validè tuebatur. At cum Dæmon propius accederet, vt cum eo perſonaliter luctaretur, & omninò deuictum ſupplantaret, vir iuſtus, & prudens ſe comis etiam, & veſtibus expoliauit, ne Dæmoni ſuccumberet; ſed eum aduerſus victoria potiretur, nō habens vnde teneretur. *Nihil autem maligni ſpiritus in hoc mundo proprium poſſident, nudi enim cum nudis luctari debemus; nam ſi veſtitus quiſquam cum nudo luctaretur, citiùs ad terram deijcitur, quia habet vnde teneatur. Quid enim ſunt terrena omnia, niſi quædam corporis indumenta? Qui ergo contra Diabolum ad certamen properat, veſtimenta abijciat, ne ſuccumbat.* Diuus Gregorius Papa homil. in Euang. Diſcant itaque fideles vniuerſi viuentes, vt euadant Dæmonum victores. — Simile. — D. Greg. Papa hom. l. 32 in euang.

Nec ideo dolendum ex amiſſione huiuſmodi bonorum temporalium, quia verè ſunt fermè nihil in comparatione cæleſtium gaudiorum. Quis per ſo-

C mnum ſibi videtur videre, adinuenire theſaurum magnum, vnde laborat cunctis viribus valde, ne quis videat, ne ve de inuento participet, rapiat, iccirco totus ſudore perfunditur, dum theſaurum operire, abſcondere totum pro ſe nititur. At expergefactus, è ſomno vigilans, nihil huiuſmodi manibus continere, ſed totum ſudore madidum, & defeſſum, vanitatemque ſomniaſſe cognoſcit. Quis ignorat ſimile quoddam hominibus bona temporalia quærentibus, habentibus euenire? Ad modicum ea retinent in hac ſæculi nocte, ſed mox dimittunt, & quaſi ſomniaſſe concernunt; de his elaborantes, nullam de æternis curam gerunt. *Dormierunt*, ait Dauid, *ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.* Sæculum nox, ſomnus vita hæc, tu dormis, atque tandem de temporalibus bonis nihil tecum detuliſſe cognoſces; ſunt enim hæc omnia fumus, vmbra, & ſomnii tot inania. Ibi & Caſſiodorus ait. *Refrigeſcentes à bonis æternis, carnis acquieſcunt adminiculis.* Verè quædam minima ſunt ſed nociua vt plurimum, præſertimque malè inſumentibus ea. — Simile. — Pſal 75. — Caſſiod. ibi apud Gloſſ.

In quorum Dauidis verborum explicatione Sanctus Auguſtinus adhortans diuites benè vti bonis huiuſmodi, ait eſſe ponenda in manibus Ieſu Chriſti, in manibus pauperum eius, vt ſint largitoribus ſic non damno, ſed vtilitati, & adiutorio. *Nihil, inquit, inuenerunt in manibus ſuis, quia nihil poſuerunt in manibus Chriſti.* Vt poſtea quid inuenias, iam quid tibi agendum non ignoras. Diuus verò — D. Aug. ibi enar. 2.

Petrus

Digitized by Google

Petrus Ghryſologus Rauennas Archiepiſcopus attendens temporalium bo- D
Diu. Petr. Chryſol. Rauen. Epiſ. norum inanitatem, & euaneſcentiam celerem, præſertim honorum, & ab hominibus fauorum, ait. *Pompa mundi, & fauor populi fumus eſt, & aura ſubitò euaneſcens, quę licet plerumque placeant, pænitudinem inducunt: ſi delectant ad modicum, productorio ſpatio diſplicent.* Verùm de his hactenus modò, iam ad aliarum tractationem conſiderationum noſtrum ſermonem deuoluamus.

De eo, quod dicitur, Spiritum Domini factu rum victores ſuos fideles in Templo Dei columnas, extra non mittendas, ſed altiſsimi nomine inſcribendas.

DVPLEX eſſe Domini Templum, nulli dubium eſt, nempe illud Beatorum cæleſte, & iſtud militantium fidele. In vtroque Dominus facit dilectos ſuos columnas eſſe ſtabiles, ibi gloria firmatos, hic
Ordin. in bono perſeuerantes. *Qui vicerit faciam columnam in ſe, & ſubſtentantem* E
alios verbo, & exemplo. Ita inquit Ordinaria de firmandis in bono victoribus ſuis Eccleſię militantis. Illi Ciues ſuperni manent in gloria firmiſſimi, ab ea numquam remouendi, ea numquam priuandi,
Pſal 18. Alia lect. *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera eius annunciant firmamentum.* Cæli ſunt quo ad ſubſtantiam, & eſſentiam ſuam coæui, perpetuò duraturi, atque ideo talem enarrant eſſe Domini Dei gloriã ſemper videlicet permanſuram. Opera verò Domini per anthonomaſiam dicuntur rerum creatio, mundi recreatio, & ſimilia, hæc Domini annuntiant firmamentum. Quodnam, quale? in cæleſtibus gloriam eius, & beatorum, quos ſui beatifica viſione perpetua donarat, & velut firmiſſimas ſui templi columnas, nunquam extra mittendas ſic inſcripſerat. Sicut & alibi idem dice-
Pſal. 83. bat Pſaltes. *Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te.* Et quomodo Beati perpetuò Dominum in cæleſtibus laudarent, niſi etiam ibi perpetuò permanerent? verè hic dantur, augenturque ſpirituales à Deo conſolationes, ſed his tandem fini datis, in Cælo manet æterna beatitudo, & gloria. Ad cuius rei conſiderationem vileſcunt omnia hæc terrena, & labor fermè nullus perpetuitatem æternę illius glorię conſiderantibus.

Cui ſanè propoſito plurimùm facit, quod Chriſtus Dominus ſuis Diſcipu-
Ioan. c. 5. e. lis ait. *Et qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: vt & qui ſeminat, ſimul gaudet, & qui metit. In hoc enim eſt verbum verum, quid alius eſt, qui ſeminat, & alius eſt qui metit. Ego miſi vos metere, quod vos non laboraſtis; alij laborauerunt, &* F
vos in labores eorum introiſtis. O ſanctiſſime mi Domine, ergo alij, non tui Diſcipuli laborauerunt? immo maiores, & ipſi ſubſtinuere labores. Sed benè perpendenda ſunt præfata Domini verba. Dubio procul magis laborat qui metit, quàm qui ſeminat. Meſſor gaudium certius, proximius habet, quoniam manipulos colligit, at ſeminans ſpem vtique habet, ſed quid futurum ignorat.
Prou. c. 13. b. *Sſpes, quę differtur, affligit animam.* Quo autem merces certior proximior, eo lætitia maior. & labor hinc fit valde minor. Sed & Diuus Pater Auguſtinus reſpondet, dicentem Dominum. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, &*
D. Auguſt. Matt. c. 11. d. *ego reficiam vos.* Minuiſſe labores, & laborum afflictiones, nimirum quod cogitantibus Diſcipulis ad gaudia cæleſtis Paradiſi, ad eius æternitatem glorię, labores hi faciliores, afflictiones ſuaues, amaritudines dulcore confectę vide-
Marc. c. 10. e. bantur. *Accipiet in alio ſæculo vitam æternam.* Dicebat Dominus. De deſerente terrena hæc propter eum, & propter Euangelium. Credo vitam æternam, qua firma credulitate, & huiuſmodi vitę glorioſę conſecutionis firma ſpe vtique laboris grauamine leuor, conſolatione repleor, & in Domino Deo lætor.

Suos itaque Dominus fideles laborantes, & vincentes facturus dicitur columnas magna glorię cæleſtis ſpe firmatas, & valde ſtabiles in ſe. atque in ſub-
Simile. ſtentando alios verbo, & exemplo prout ſupra gloſſabatur Venerabilis Beda.

In dies

A In dies videbitis iter habentes in biuio, vel triuio columnam marmoream, aut æream, in cuius ſummitate ſunt inſignia ſummi Pontificis, cum Regno mundi, cum clauibus, ac nomine eius; ſiue adſunt inſignia Regis cum corona: cõſpiciuntur etiam literę ſculptę dicentes, hæc eſt via; qua ad Vrbem peruenitur. Item manus ſculpta, vel picta, erecto indice digito, viam eamdem indicante. Talis, vel huiuſmodi columnę ſimilis eſt vir iuſtus, victor de carne, mundo, dæmone, firma, & ſtabilis columna ſtatuitur à Deo, ſua etiam volũtate concurrente; in eo literę impreſſę, ſunt recti ſermones Domini: manus exempla bonitatis, & rectitudinis. Domini inſignia, miſericordię opera. *Ego quippe dedi te hodie in Ciuitatem munitam, & in columnam, & in murum æreum, ſuper omnem terram Regibus Iuda, Principibus eius, & Sacerdotibus, & populo terrę, & bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, quia ego tecum ſum, ait Dominus, vt liberem te.* Sic, ſic in bono ſtabiles fiunt, & perbellè confirmantur hic victores à Domino, vt poſtea æterna beatitudine donentur in Cælo. Hierem. c. 1. d.

Tales igitur ſunt columnę Domini in ſancto illius Eccleſię templo firmę, ac ſtabiles in verborum, & exemplorum bono. In quibus hominum propterea directio ad cæleſtia conſpicitur. Cunctis perſpicuum eſt illud Herculis, qui in maris Oceani medio duas firmauit columnas, è quibus pendebat titulus *Non plus vltra*. Nempe nauigandum, ſed ibi finem, ibi terminum nauigationi dandum intellexit. At non minus conſpicuum, quod egregiè peregit Chri-

B ſtophorus Columbus, vir ingenio, & ea præſertim facultate mirandus, qui propterea tutè, impauidèque maria nanibus calcans, & eius tumentes fluctus paruipendens; eas vltra columnas pergens, ad nouas repertas Occidentales Indias peruenit, & ad eaſdem columnas, ea Inſcriptione mutata, appoſuit. *Plus vltra*. Sed ecce, ecce Domini columnę in hoc tempeſtoſo mare magno nimirum huius mundi, homines iuſti, in quibus ſculptum, ſiue lineatum legitur, ex eorum videlicet verbis, & exemplis, hic non permanendum, ſed vlterius progrediendum, non ad nouas occidentales indias terrarum, ſed ad Regna Cælorum. Id illi dicunt verbo, & docent exemplo, tali fortitudine ipſi à Deo roborati. *Liquefacta eſt terra, & omnes, qui habitant in ea, ego confirmaui columnas eius*. Aquę multę, populi multi; columnę iuſti. Dominus ipſe hos firmauit, vt continuò, ſine intermiſſione iter tutum ceteris indicent, dirigantq; ad Cælum. Ramnſ. de Nauig. Pſal. 74.

Studeat quiſque prout eſt in ſe, verbo, & exemplo prodeſſe proximo ſuo quod ſi cum perſeuerantia facit, tunc dicitur ipſe factus in templo Domini columna, nimirum ſic dirigens alios ad Cælum. De tali, quamuis prius de ſuo ſponſo cæleſti ſponſa fidelis ait. *Labia eius, lilia diſtillantia myrrham primam, manus illius tornatiles aureę, plenę hyacintis*. Nimirum ſuaue, ſed aptum ad correptionem aliorum eius eloquium. In manibus verò lapilli pretioſi, & margaritę ſunt opera miſericordię, vt notauit Lyranus. Et pauliſper infra ſubiunxit Cant. c. 5. d.

C eadem ſponſa. *Crura illius columnę marmoreę, quę fundatę ſunt ſuper baſes argenteas*. Quod autem marmor, & argentum ſignent ſtabilitatem, & dicant immobile fundamentum, nulli profectò dubium. At ſi in ſenſu morali dixiſſet. Dilectus meus verbo, & exemplo, ore ac manu indeſinenter, ac continuò eſt maximę vtilitatis præcipuè ſpiritualis populo. Atque in talibus eſt velut firma, & immobilis columna. Attende in bono perſeuerantiam, & ne dimittas eam. In ore veſtimentorum ſummi Sacerdotis erant iuſſu Domini, malogranata aurea, & tintinabula. Sed cur non aliorum ſimilitudo pomorum? Reſpondet Philo Hebræus, quia hæc ſunt coronata, ad indicandum, quòd perſeuerantibus in bono, bonæque famæ ſono, per campanulas indicato, ſupereſt præmium, corona, Regnum, videlicet Cælorum. Eſto tu quoque per imitationem talis, vt demum tranſlatus in requiem ſic coroneris. Lyran. Ibidem. Exod. c. 28. f Philo. Hebræ.

Primò itaque oportet nos vincere peccatum, carnem, diabolum, imitantes Dominum, verè victorem inuictum, qui formoſo, ac mirando compreſſit illos modo. De Heroe illo Hercule nuncupato ferunt Mythologi, & Poetę, quòd Antheum, terrę filium ab iis appellatum, videns ex ea velut à matre ſua recipere incrementa, & robur, è terra eleuauit, & validus ſtringens brachiis, interire, mediumque concrepare fecit. At Chriſtus Dominus noſter attendens peccatum in terra, nimirum in pectore hominum, enutriri, & ali, Natal. Com. Mythol. lib. 7. c. 1.

Digitized by Google

eleuauit, non quidem apud ſe, ad pectus ſuum ſtringens; ſiquidem nullum D
omninò peccatum fecit, ſed ſuper Crucis lignum brachia dilatans, extendens
Rom. c. 6. a. enecauit. *Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus pec
cati*. Mortem quoque deſtruxit, & dæmonem ſuperando eiecit, dedignans ſe
cum quodammodo bella gerere; ſed eius de manibus baculum auferens eo-
dem percuſſit, atque turpiter profligauit, quemadmodum à viro nobili vir-
ga, non ferro inurbanus, & vilis ruſticus temerarius vapulat, & in fugam ſe
Præfat. San. Cruc. dat. Ideo de Chriſto Domino Eccleſia Sancta canit. *Qui ſalutem humani generis
in ligno Crucis conſtituit, vt vnde mors oriebatur, inde vita reſſurgeret, & qui in ligno vincebat
in ligno quoque vinceretur*. Noſtrum autem vincere, & in victoria permanere eſt
in ſanctę Crucis Domini ſpe, fiducia, meditatione. ſequamur, ſperemus, imi
temur, & victores facti, quoque in bono columnę hic, & in cæleſtibus à Do-
mino efficiemur, eius ſanctiſſimo inſigniri nomine, & glorioſa beatitudine.

Vere ſtabiles columnę templi Domini in bono fidelitatis ſeruandę dici poſ
ſunt, qui oblatis vtcumque ſibi, quę Deo, atque proximo competunt, acce
ptare nollunt ſibique arrogare nullatenus volunt, dicentes cum eo viro in
Iſa. c. 3. a. veteri teſtamento. *Ego non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtimen-
tum, nolite conſtituere me Principem populi*. Et quid ſibi vult huiuſmodi reſponſio?
Ille ſi Princeps electus, conſtitutus fuiſſet, nonne ex conſequenti, quę neceſ
ſaria Principi, ſicut olim Sauli primo Iudęorum Regi, erogata, & conceſſa
fuiſſent? ideo ſenſu literali claro dimiſſo, attendatur, quæſo, in illis verbis E
ſenſus iſte miſticus, & moralis. Ego non ſum medicus potens veſtrorum ſa-
nare infirmitatem peccatorum, quoniam non Deus homo, ſicut ille de quo
D. Auguſt. Sanctus Pater Auguſtinus. *Magnus è Cælo venit medicus, quoniam magnus in terra iace-
Ioan. c. 6. a. bat ægrotus*. Neq; tum ſimiliter illemet, qui de ſe ipſo ait. *Ego ſum panis viuus, qui
de Cælo deſcendit, ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum*. Benè autem ſequi
tur vir ille dicens ſibi non eſſe veſtimentum, nempe excelſarum virtutum cō
nexionem & integumentum, quę ad Principem, & Rectorem requiruntur,
ideoque oblatam præeminentiam, dignitatem, prælaturam acceptare nolo,
iure recuſo. Et nos minime debemus obliuiſci illius, quod ait Dominus. *Reddi
Matt. c. 22. b. te ergo, quę ſunt Cæſaris, Cęſari, & quę ſunt Dei, Deo*. Neque illa, neque iſta impiè,
temere vſurpantes nobis arrogantes, ſed quibus competunt benè tribuentes.

Siquando tamen demum hæc dolo, fraude, non iure à mundo, Dæmone,
improbiſque hominibus offeruntur nobis, vt miſerrimè perdamur, proiicien
tes, renuntiantes, eos aduerſus igneum globum euaporemus, vt ſic percuſſi
in fugam impii dentur, & nos de tentationibus eorum eruti ſurſum pergamus
fide ſeruata tuti. Manibus ſaltem animę Sanctiſſimum Crucifixum apprehen
damus, cuius, vt ſic dicam, pila dicatur anima eius ſanctiſſima, quam aduer-
ſus peccatum, mortem, Diabolum impulit, quando de Cruce ſpiritum emiſit;
puluis, oratio; ignis, charitas, & dilectio. His armis, hoc igne Sanctus Ste-
Matt. c. 27. f. D. Fulg. ſer. de S. Steph. phanus vincere didicit, ac docuit, de quo Sanctus Fulgentius. *Neceſſarium*, ait, F
*tamen nobis eſt fratres, cognoſcere, quibus armis præcinctus Stephanus ſæuitiam Iudæorum po-
tuit ſuperare, vt ita meruiſſet feliciter triumphare. Per charitatem Dei ſæuientibus Iudæis non
ceſſit, per charitatem proximi pro lapidantibus intercessit, &c.* His & nos vtamur armis
ad parandum victoriam, & triumphum de noſtris hoſtibus antiquis, vt victo-
res facti, columnę quoque, vt ſupra, mereamur fieri, & in bono perſeue
rantes hoſpitium ſic Domino venienti præparantes, hinc transferri, tranſplā
tari in templo cæleſti valeamus, & inſigniri æterna gloria Domini.

Dicet fortaſſe quis, & quomodo dignitates, & primatus oblatos reſpuere,
immo non quærere potero? Audi, tu te humilia, humanam conditionem,
atque te moriturum conſidera; de ſe, atque de aliis ſibi comiſſis ſuperiores ra
tionem reddituros recogita; magnos Principes, & excelſos Reges; eximiis di
uitiis, opibus ſummis, viribus magnis præſtantes, fama ſimili notos tamen
D. Dion. Carthuſ. de quat. nou. art. 13 obiiſſe, & hæc vniuerſa deſſeruiſſe memento. Audique Diuum Dionyſium
Carthuſianum de quatuor nouiſſimis dicentem. *Dic mihi, vbi iam illi, qui in tali
bus olim præclari fuerunt? Vbi Paris filius Regis Troię? ſpetioſiſſimus adoleſcens? Vbi Adonis
Amaſius Veneris formoſiſſimus iuuenis? Vbi pulcherrimus Abſalon? aut vetuſtiſſima Talan.[illegible]?
Vbi Hector fortiſſimus? Vbi Hercules robuſtiſſimus? Vbi Plato? vbi platonici ſubtilitate præci-
pui? Vbi Cicero? Vbi Ciceronici Rethorica eloquentia tumidi? Vbi iam Imperatores, Reges,*

& Prin-

Digitized by Google

A *& Principes, olim præpotentes, & inclyti?* Atque ibi proſequitur quãplurimos enu
merando ſimiles vir ſanctus iſte; quorum ſeriem hic recenſere prolixum foret
nimis; ſed tantummodo inſinuatur, vt ab ambitione, ac ſuperbia mens noſtra
reuocetur; ſed & vt fideliter humilietur.

Et paulò inferius ibidem ſubſequitur idem doctor de conſimilibus dicens.
Quid ipſis iam prodeſt tranſacta voluptas? elatio cordis, irrefrenatio oris, vitioſa libertas in pra Ibidem.
uis operibus? quid diuitiarum iactantia grandis, familia, pretioſitas veſtium, decor ornamen-
torum, nobilitas generis, proſperitas temporis? Nonne omnia illa celerrimè defecerunt, & tan-
tam poſt ſe calamitatem, æternam minationem, accerbiſſimam pœnam, deſperationem, preſſu-
ram, anguſtiam reliquerunt? quemadmodum ait Propheta Defecerunt in vanitate Dies eorum, Pſal. 77.
& anni eorum cum feſtinatione. Item recogitemus qualem patriam, nempe
beatorum gloriam, Domini largitate promiſſam, amittamus, dum
terrenis inanitatibus, delitiis turpibus volutamur, ſuperba loco
rum faſtigia non renuentes, ſed potius ambitioſè quæritan
tes. Cui propoſito optimè facit illud Diui Bernardi,
apud eundem Carthuſianum de mortis medita-
tione, dicentis. *Cor, quod futuram felicitatem* D. Carth. de
non cogitat, amore terreſtrium implicatur, ſic- med. mortis.
que vanitas mentem recipit, curioſitas art. 16.
deducit, voluptas inficit, cupidi-
B *tas afficit, luxuria inquinat,*
inuidia torquet, triſti
tia cruciat, ſuſpi
tio inquie-
tat,
ira perturbat. Hæc, & ſimilia recogitémus, de
cæleſti patria meditemur, morituros
nos conſideremus, & facilè ſic
noſmet humiliantes, tur-
pia quæque, & ſu-
perba conte-
mnemus.

PARAPHRASES, ET MORALES CONSIDERATIONES

In huius Dominicę Euangelium.

Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem.
Ioann. c. 1. c.

PRAENOTANDVM non ab re, quod Ioannes, cum ad eum Nuncii a Iudæis mitterentur, in deſerto morabatur; ſed cur tantę probitatis æſtimationis & ſanctitatis vir in deſerto ſolitudinis, non in Ciuitate multitudinis conuerſabatur, ad aliorum correctionem, & diſciplinam? huius eam aſſignant eſſe rationem, vt non minora daret ipſe Ioannes eruditionis exempla. Nimirum fugiendi occaſiones delinquendi, & facilius incumbendi pænitentię operibus, & exercitiis ſpiritualibus, ibi meditando in ſolitudine deſerti. Quo bellè conſiderandum venit illud Hieremię. *Fugite, & terga vertite, & deſcendite in voraginem.* O ſerue Dei bone, quid ais? numquid terga vertenda, fugiendum, & poſt hæc in ſaltum, in voraginem dandum? Gloſſa Ordinaria exponendo ait. *In loca ſolitudinis, & ſubterranea.* Ac ſi dicatur, erroribus terga vertite, errandique occaſiones fugite, ac prout fieri poteſt ab iis voſmet abſcondite in deſerto, in ſolitudine. Cuius quippe rei exempla Ioannes in deſertum ſecedens dederat, quæque ta'ia euitans, & abhorrens, licet priuſquam naſceretur in matris vtero ſanctificatus; ideoque Populus fidelis ei concinendo inquit.

Hiere c. 49. b.

Ordin.

Antra deſerti teneris ſub annis,
Ciuium turmas fugiens petiſti,
Ne leui ſaltem maculare vitam
Famine poſſes.

Nimirum etiam loquutione otioſa, vt exponit Donatus Beneuent. Eremit. Sancti Auguſtini in hym.

Donat. Beneuen.

Neceſſum eſt itaque nedum quamcumque fugere iniquitatem, verum etiã & iniquitatis occaſionem, cui vt plurimum coniungitur delictum, præcipue que occaſioni proximę. Experto credamus Dauidi, à Domino id expoſcenti. *Viam iniquitatis amoue à me, & de lege tua miſerere mei.* Et iniquitatem? etiam, ſed nec minus viam eius. Si furſum pergens ad Palatii feneſtras curioſe non aſpexiſſem, nequaquam mulierem ex aduerſo ſe lauantem ituitus concupiſſẽ, nec ideo in adulterium, atque homicidium dilapſus fuiſſem. Fuge iniquitatem, & iniquitatis occaſionem, ac viam, nam in propoſito ſunt fermè idem hęc duo errandi videlicet via, occaſio, & culpa. Ruth honeſtiſſima puella à ſocru ſua petita, & obtenta licentia iuit ad colligendas in agro ſpicas. Sed quid ſcriptura dicat, audiatur. *Abijt itaque, & colligebat ſpicas poſt terga metentium.* Et cur non à latere eorum? eiſdem proxima metentibus? ne illius, & eorum facies, oculique inuicem proſpicerentur, ſed concupiſcendi occaſiones omninò tollerentur. Exemplum feminis, ne in facie ſtudeant apparere viris, ſed quam citius fugiant eorum aſpectus, talem ſic errandi tollentes occaſionem.

Pſal. 118.

Ruth. c. 2. a.

A nē. Nec ſilentio prætereatur, quod de ipſamet eadem Ruth à Iudæis refertur, nempe quòd quoties ſingulas ſpicas collectura, non ſe ad illas ante incuruabat, ſed toties genua flectebat, ne retro tibię iuuenis honeſtiſſimę vtcumque inſpicientibus reuelaretur.

Omnis mala occaſio tollenda, & omninò fugienda, ea enim data, vix fieri poteſt, vt non ſequatur error, & culpa; hinc Dominus Deus olim Iudæos quibuſdam Diebus abſtinere à fermentatis, atq; tantum veſci panibus azimis cum ceremoniali mandato iuſſiſſet, ſtrictius rem ipſam intimando ait. *In die primo non erit fermentum in Domibus veſtris.* O bone Deus, & cur non poterant Domi ipſum conſeruare fermentum, ſaltim ſeorſum, pro iis diebus, quibus veſci fermentatis licebat? ea creditur eſſe ratio, vt omnis fermentandi tolleretur occaſio, nè clanculum fortè pediſſequa in cibos illud adhibuiſſet. Loquens Ioſeph fratribus ſuis in Aegypto ait, vt Regi Pharaoni de ipſis expetenti impauidè reſponderent, ſe eſſe ouium paſtores. *Cumque vocauerit vos, & dixerit. quid eſt opus veſtrum? reſpondeatis. Viri paſtores ſumus. &c.* Et cur non ait, dicatis eſſe magni Iacobi natos, ex quibus duodecim fore Iudæorum tribus? atq; ſimilia de ſe? præſertim cum paſtorum munus odio apud Egyptios haberetur? reſpondent, ne occaſio Regi daretur eos aulicos retinendi ſuo in palatio Regio, ſic Aegyptiorum conuerſatione, & imitatione in idolatriam facile dilaberentur, ſed illinc longe in veri Dei cultu fideliter conſeruarentur. Exod.c.12.c. & 13. Deut.c.16.a. Gen.c.46.d.

B Atque ſicut valde periculoſum eſt cadere in errorem, non euitata errandi occaſione; ſic valde dicatur turpe cæteris perhibere ſimilem delinquendi occaſionem. Referente Tertulliano, Suſana mulier Hæbrea pergens deducta, vt lapidaretur, licet crudeliter, & iniuſtè, velato tamen capite, operta facie incedebat. quare? numquid tempus. talia tunc aduertendi? vel innocens ceteris inſpici, apparare metuebat? non ita eſt, ſed pulchra facie cunctis eam inſpicientibus eſſe occaſio concupiſcentię metuebat, ſicut reuelata illis duobus presbyteris fuerat. Hinc & Diuus Paulus ad Corinthios. *Ideo*, ait, *mulier debet habere velamen ſuper caput ſuum, & propter Angelos.* Quibus poſſunt intelligi Sacerdotes, ac viri iuſti omnes. Alii verò legunt. *Mulier debet habere poteſtatem ſuper caput ſuum.* Sed quænam ex mulieribus talem non habens poteſtatem? ita fortaſſis Apoſtolus ait, quoniam nonnullę tanto exardeſcunt deſiderio, ſic apertè, reuelatè conſpici à miſera virorum turba, vt quodam modo aliter non viuere, nec aliter ſibi bene diſponi arbitrentur, ſumentes, ac dantes perditè ſic delinquendi occaſiones. Tertull. lib. 4 ad Marcion. Corinth. 1. c. 11. d. Alia Lect.

Reuertatur, quæſo, in memoriam egregium illud facinus caſtę feminę Iudith. Parta de Holoferne, & exercitus eius victoria, conopeum, quo caput eius Tyranni truncum conuoluerat, omninò perdendum dedit. *Et conopeum, quod ipſa ſubſtulerat de cubili ipſius obtulit in Anathema obliuionis.* Et cur in tantę rei, in tanti triumphi memoriam inter pretioſa ſua non repoſuit? ne (vt aiunt Re- Iudith. cap. 16. d.

C centiores) Holofernis in eius oculis capti recordaretur, & fortaſſe in aliquā mentis delectationem inhoneſtam dilaberetur, vt ſciamus euitandam quamcunque turpitudinem, atque cuiuſque turpitudinis occaſionem, præſertimq; fugiendo in ſolitudinem. *Fuge dilecte mi, aſſimilare Capreę, Hinuloque Ceruorum, ſuper montes aromatum.* Bone Deus, hæc experientię videntur contradicere, nimirū vt ſponſa diſſeſſum, & fuga à ſe ſuo ſuadeat dilecto. Tamen dixit ei, fuge dilecte mi. Verum illud vnum præſertim conſiderandum, quòd videlicet ſponſa dilectum audierat ſollicitum de ſe ipſa, & quæritantem inter filias Hieruſalem. Quę propterea non ignorans periculum ex commertio earum imminere dilecto ſuo, diſſeſſum, & fugam ei cum celeritate ſuadebat, & quidem in locū, quo acceſſus nullus mulierum, ſed dumtaxat belluarum, in ſumitate montiū ſicut, & Ioannes in deſerto procul magis ab omni periculo. Alii verò legunt *Super montem ſuauitatum.* Quia verè in ſolitudine, ac deſerti regione magna contemplationis dulcedo, & ſpiritualis conſolatio. Cant. c. 8. d. Alia lect.

Miſerunt Iudæi, &c. Nuncios, & Legatos ad aliquem interrogandum mitti non poteſt abſurdum dici, dummodo ſine fraude, & dolo. Siquidem ſerpens ille callidus, licet ſeipſum mittens, non miſſus, noſtros primos interrogauit parentes, non cauſa pietatis, ſed occaſione deceptionis, non intentione iuuandi, ſed perfida eos voluntate perdendi. O quot, quot charitate ficta pro

ferunt

Digitized by Google

Pſal. 54. Al. lect. Simile. ſerunt ſimilia ſimulationis verba! *Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula*. Vel vt alii legunt. *Et ipſi ſunt lanceę*. Arte mira fraudulente fiunt quædam capſulę, foris auratę, intus verò plenę gladiis, globis igneis, vtique arte factis, atque ſimilibus necandi inſtrumentis. Quas qui aperit, mox ſe aduerſus gladios dimitti, & globos igneos euaporari ſentit, à deferente placidis verbis ſed fraude, ac dolo plenis, viro offeruntur ſic, enecando. Item quis amictu peregrinationis inductus iter habet baculũ deferẽdo, cui creditur inniti manu leuandę laſſitudinis cauſa, ſed eo intus baculo eſt gladius acutus, limatus ad efficiendum temere homicidium. Petit ille incognitus hoſpicio recipi ab inimico, & reddit ſuſceptus ei malum pro bono. Quemadmodum Abſalon perditus Regis Dauidis natus petiit à patre pergendi licentiam in Hebron, votũ Domino Deo ſaluendi cauſa; ſed reuera intentione peſſima. perrexit, vt videlicet pium genitorem regno priuaret, & ſibi eam Regiam dignitatem arrogaret. Sermones eius ſuper oleum erant molliti, ſed dolo, peſſima fraude plení, erant lanceę, & gladii, quibus parabat necem genitori. D

2. Reg. cap. 15. b.

Miſerunt Iudęi ab Hieroſolimis. O facinus indigniſſimum ex bono elicere malũ, ex pace exhaurire bellum; Hieroſolyma enim viſio pacis interpretatur, & iſti quæritabant, vt ibi ciuile bellum excitaretur, nimis enim arrogantes impertiendi dignitates, cui non competerant, munus vſurpare præſumebant. cuius quippe rei indignę, nimirum ex pace bellum ſymbolum eſt abſinthium ſuper fauo mellis exortum cum inſcriptione. *In pace amaritudo amariſſima*. Quod ſanè frequenter contingit inhabitantibus vrbes, ex otioſitate, inani, pernicioſaquę pace ſic degentibus; ſe inuicem aduerſus conſurgunt, & occaſione dominandi, bellagerunt cum Ciuitatum vaſtatione, & ruina Reipublicę. In quo ſenſu dixit Sanctus Pater Auguſtinus. *Plus nocuit Romę Cartagho euerſa, quam nocuerat aduerſa*. Bona, vtilis, neceſſaria eſt pax, ſed non quę in mundi ſolatiis, munerum prætenſionibus, ac delitiis fundatur; talis enim hominum ruinam, & perditionem operatur; quę verò eſt à Deo, ad ſalutem prodeſt. E

Alex ab. Alex. in lib. Dierum Genial. Iſa c. 38, d. Diu Auguſt. lib. 2. de Ciuit. Dei c. 21.

Gen. c. 28. d. Magna quidem voluntate Iacob pergebat, vt cum Eſau fratre pacis fœdera componeret; at prius ab Angelo, luctatus cum eo pacem, & benedictionem obtinere precibus, & lacrymis efflagitauit. Quare ſic? Audi Diuum Patrem Auguſtinum. *Qui ergo*, ait, *veram pacem deſiderat, prius illam cum Deo habere contendat*. Et Chriſtus Dominus noſter ianuis clauſis apparens Diſcipulis ſuis, conſolatione donandis ait. *Pax vobis*. Et poſt puſillũ infra ibi ſubiunxit Euangeliſta. *Dixit ergo eis iterum pax vobis*. Et quare iterum pacem ſic annunciare? nonne ſufficiens erat, quam eis primo dederat? id feciſſe creditur ad indicandum, prius cum Deo pacem eſſe habendam, vt inde cum proximo, & nobiſcum habeamus veram. Qua de re D. Chryſologus. *Quid repetitę pacis largitas iſta manifeſtat? ea imperio pacis ſuę bella inter eos naſcitura compeſcit*. Ab Hieroſolymis, nimirum à viſione bonę, ſanctęque pacis receſſerunt miſſi à Iudæis nuncii certiſſimum indicium, quia nec bonam cum proximo, neque ſecum ad ſalutem habere protendebat pacem. F

Diu Auguſt. in lib. Mille loq. Ioãn. c. 20 b. D. Chryſol. ſer 84.

Sacerdotes, & Leuitas. O ſacri Sacerdotes, & Leuitę Domini, ſanctę legis nonnę attendite, ne imitemini eos à Iudæis miſſos veteris legis Sacerdotes, & Leuitas. Iuerunt mala intentione, interrogauerunt Sanctum Virum dolo, malitia, fraude, exiſtimantes ambitioſè accepturum Ioannem, quàm illi cupiebant auferri à Chriſto Domino dignitatem. ò fraudolentem interrogationem ò malitioſam oblationem, ò indignam Sacerdotum profeſſionẽ, vtrorumq; præcipitium efficere valentem! Nefas eſt Sacerdotem fraude ſciſcitari, perditè operari. Sacerdotum eſt diligere iuſtitiam, conſeruare bonitatem, profiteri innocentiam. Benedictus Pererius in Geneſim perpendit, & ait, non Adam primum Sacerdotem vocatum, ſed Abel. Quare? quoniam, inquit, ille maximopere diliquit, iſte verò iuſtus appellatus fuit, vt conſiderent Sacerdotes, quę ſuę ſint partes, & quid ſibi competat, vt iure ſint, & nuncupẽtur tales. Omnipotentis Dei Sacerdotes debent vniuerſi populi vniuerſas virtutes, & virtutum operationes habere. In rerum creatione, facta hac, & illa re ab ipſo Creatore, diuina ibi ſcriptura inquit. *Et vidit Deus, quod eſſet bonum*. Cum verò vltima die requieuiſſet ab omni opere, quod patrarat, ait. *Et vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*. Cur de partibus dicitur eſſe bonum, de toto

Bened. Perer. in Gen. Gen. c. 1 b d.

Digitized by Google

A de toto orbe verò additur illud valde bonum? Reſpondent quoniam totum aggregatiuè continet omnium partium perfectionem.

Hac fortaſſis de cauſa iuſſerat olim Dominus, vt in veſtimento, poderis, quod ſummus ſacerdos gerebat, orbis vniuerſus eſſet lineatus, ſeù contextus. Verba ſunt diuini eloquii hæc formalia. *In veſte enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum.* Sap. c. 18. d. Vt quid opus id erat? quare ſic amictus incedebat? numquid alius orbis, vel huius inſtar eſt ſacerdos? maximè quidem ſuo modo. Quoniam bonus, aut malus in ordine ad populum eſt quoddam myſticè totum, totius rationem gerit Sacerdos; nam alii omnes eum attendentes, ex eo tum bene, tum male gerendi exempla ſuſcipiunt. *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius prædicans præceptum eius.* Pſal. 2. Ergo Regis eſt prædicare populis? ſenſus eſt, quoniam Sacerdos eſt Rex, ſacro diademate coronatus. Benè ſed quare ſuper montem præcepta prædicare? id ſanè vt intelligi detur, Sacerdotem, velut loco eminentiori collocatum eſſe ab omnibus inſpectum, probitatis, vel improbitatis dantem exemplum, imitatione ſuſceptum. Altiſſimi ſacerdotes, & catholici concionatores debent eſſe immaculati velut tot Angeli, Domino Deo coram, & populo, illi vt benè ſeruiant, & iſtos vt in viam ſalutis dirigant. quod contra illi ad Ioannem miſſi faciebant.

Miſerunt ſacerdotes, & Leuitas ad Ioannem. Tantę morum integritatis, tantę vitę bonitatis erat Ioannes, vt à Iudæis in Meſſiam à Deo forte crederetur datus, B iccirco ab iiſdem ad eum nuncii hanc ad rem mitterentur. Cum magnus Macedonum Rex Alexander in perſarum regiones perueniſſet, ibique aduerſus eorum Regem Darium belligerans victoriam tuliſſet, mox cum ipſo Dario marito vxor captiua iuit ad videndum, & adorandum victorem Alexandrum primo autem ea intuens Parmenionem, ſeu Ephiſtionem formoſum, ditiſſimis ſtollis opertum, arbitrans ipſum eſſe Regem Alexandrum, & procidens adorauit eum. Plutarc. lib. 4 c. 7. in eius vita. Cui ſtatim ille, ego, ait, non ſum Rex Alexander, ſed ſeruus fidelis eius, & ſuperueniens tunc temporis magnus ipſe Rex, & aſpiciens venerantis vultum verecundię rubore tinctum, ſubiunxit. *Optime quidem te geſiſti, nam & ille Alexander eſt.* Alludens vir prudens, Epheſtionem eſſe ſibi periucundum, benemeritum, immo æque, ac ſe ipſum. Quod aud parum noſtro propoſito facit. Iudæi attendentes Ioannem virum nobilem integerrimum, irreprehenſibilem, mirę, ſpectatęque probitatis profeſſorem, miſerunt ad eũ, exiſtimantes eſſe, aut acceptare eum volentes in Meſſiam, at ille mox. *Non ſum ego Chriſtus, non ſum Propheta, &c.* Ioan. c. 1. c. Quem tamen collaudando ipſe Dominus aſſeruit eſſe virum inſignem, bonitate magnum, virtutibus egregium, ceteris muliere natis valde maiorem. *Quid exiſtis*, ait, *in deſertum videre, arundinem vento agitatam? ſed quid exiſtis videre? Prophetam? etiam dico vobis, & pluſquam Prophetam, &c.* Matt. c. 11. a. Videte cariſſimi, quid morum integritas efficiat, quid bonitas vitę operetur, nimirum vt quis etiam valde maior reputetur, credaturque, quam C quandoque de facto ipſemet reperiatur.

Tù quis es? Huiuſmodi verbum Iudæi vſurpabant quandoque cauſa contemnendi, quandoque verò adulandi, & decipiendi. Primo modo, cum inde dicerent de Chriſto Domino. *Quis eſt hic? nonne filius fabri, & Marię.* Matt. c. 13. g. Marc. 6. a. Sanè vt ab omnibus quoque aliis contenptui haberetur. Hic malus eſt contemnentium hominũ dicendi modus, quemadmodum cum ebrius, & auarus Nabal de Dauide, famem per viam obſonante, & cibaria petente dixerat. *Quis eſt Dauid, & quis eſt filius Iſai.* 1. Reg. cap. 2. g. Ac ſi diceret, paſtoris filius, atque de minima Iſraelis Tribu; iccirco nullatenus audiatur, ſed omnino contemptu inter nos habeatur. In præſentiarum verò Iudæorum ſacerdotes, quis Ioannes eſſet interrogantes, non contemptus eius cauſa; ſed adulationis potius malitię, & deceptionis occaſione mouebantur, nimirum, vt inter Ioannem, & Chriſtum diuiſio controuerſia, & prætenſio de Meſſiali dignitate ſequeretur. Et orta videlicet ſic lite, Chriſtus ipſe potius excluderetur, non ignorantes poſſe diſcordiam id, quod machinabantur, efficere.

Cum Balaam intuitus fuiſſet Iſraelis exercitum in campis caſtrametatum, de Aegypto reuertentem. *Quam pulchra*, inquit, *tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael.* Num. c. 24. a Et quam nam pulchritudinẽ in tabernaculis habere poterant, qui de loginquo perſecutionem paſſi, itinere fatiga ti venerant! Huius eorum for-

moſitas

Digitized by Google

moſitatis, rationem, ſeu conditionem ſupra idem Balaam aſſignans, dixit eſſe D
c. 23. d. fortitudinis ratione, ſic. *Cuius fortitudo ſimilis eſt Rhinocirontis*. Quod magnum habet robur in vnico ſibi dato à natura cornu. Eſt enim Vnicornis, vel ſaltē ei ſimile. Sic, ſic erat tota formitatis, & fortitudinis ratio in Iſraelis exercitibus, nimirum vnio, concordia, & pax, iccircò, victores, & benedictionis Dominicę participes. Propterea Iudæi callida inuentione, diſcordiam, diuiſionē inter Chriſtum, & Ioannē ponere nitebantur, vt ambo euerterentur.

Tu quis es? Mirandum quidem in modum, iſti tum mittentes, tum miſſi admiranda Chriſti Domini, quibus ipſe Deus homo promiſſus in Diuinis Prophetarum ſcripturis Meſſias indicabatur, luce clarius intuebantur, attamen eum à tanto munere ſuo excludere ſuis viribus cunctis enitebantur quorſum ita? ò miſeram quamplurimorum hominum conditionem! ò perfidam eorum affectionem! En expetita præfatę inanitatis, & perfidię ratio. Quoniam inquirebant vtique ſibi hominem pratici, atque in tali dignitate Meſſiali, eo iam dato tempore opportuno, conſtitui; ſed hominem longe ab eis diuerſantem, qui potius deſerta loco colens eorum templum non viſeret, eorumdem domos nequaquam ingrederetur, in communi, non in ſpeciali malos eorum mores argueret, & inuiſis prauis ipſorum viis minus ſic apponeretur. Dicentes ad inuicem homo iſte, Chriſtus nomine, noſtrum ingrediens templum, ceremonias inobſernatas dicit, de templo turpi flagello eiicit, traditiones ob legis mandata reprehendit, vſuras damnat, quæque negotia noſtra vitio dat, E
Sap. c. 2. f. apud plebes nos hypocritas dicit, & propalat. *Inutilis est nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat nos in peccata diſciplinę noſtrę promittit ſe ſcientiam Dei habere, & filium Dei ſe facit, &c.* O mundum inanem, & quā
D. Auguſt. in Ioann. immundum vere in maligno, nempe in malo igne ſenſualitatis, & cupiditatis poſitum?

His ducti homines multi, non ſanctum, non hominem iſtum, ſed potius ſymium dominandi, imperandique locum adipiſci vellent. Talibus affecti Iudæorum ſeniores, atque ceteri aureum vitulum petiere ſibi adorandum, de-
Exod. c. 32. a ſerentes cultum veri Dei, viui Dei, magnalia, miranda eidem populo tunc dantis, quoniam quem in Deum non videntem, non audientem, non corripientem, ſed indigna patrantibus permittentem optabant; immo & Vitulus ille Diaboli opere ad eorum choreas, comeſſationes, luxurias ea per prata tripudians exiliret, id adnotante eximio Doctore (Incognito nuncupato) in
Incog in Pſ. 105. illud Dauidis. *Mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem Vituli comedentis fænum.* Et ipſe callidus hoſtis antiquis primis parentibus noſtris vetiti à Domino Deo pomi
Gen. c. 3. a. eſum ſuadere contendens, ait. *Eritis ſicut Dij, &c.* Sed quomodo id facile poterat contingere, cum Deus non veſcatur, immortalis, impaſſibilis, æternus? audire quæſo, ne pigeat talis Diabolicę ſuaſionis rationem, atque fortaſſis eius ſcripturę ſenſum, eſt ac ſi dixiſſet ille Tentator. Vetitis his veſci ne timeatis, nec abſtineatis, nam ſic eritis ſicut Dii, non quidem immortales, ſpiritus F
puriſſimi, impaſſibiles, Sancti, ſed ſicut Dii, quos mundus hic dominantes, imperantes optabit, inania committentes, ſolatia volentes, atque ſimilia permittentes.

Hinc inquirendi, atque concludendi nobis datur occaſio, cur videlicet Romanorum Antiqui, nempe Gentiles illi tot hominum peſſimos, non vnum
Diu. Petrus Chryſol. in Serm. 115. de Calend. Ianuar. tantummodo, in Deos ſibi ex animo tuerentur? quoniam ait Diuus Petrus Chryſologus Archiepiſcopus Rauennas in Sermonibus. *Qui peccare cupit, peccatorum colit, & veneratur Auctores.* Atque vix vi ſunt pauci, qui iuſtiorum, proborumque ſeligi cupiant, ſiue perquirant in Principem ſuum, in Præſidem,
Plutarch. in vita Ariſtid. & Prælatum. Referente Plutarcho, Ariſtdies ſæpe cum renuiſſet, demum electus fuit cum omnium applauſu Princeps, ſeu Rector totius Athenienſium Reipublicę qui ſumpta regendi Prouincia, multos Ciuitatum bona ſurripientes, rationē reddere, reſtituere, atq; pœnas ſubire iubens, mox mittitur in exilium argumentum, quo luce clarius indicatur, quos qualeſue mundus hic viros ad faſtigii locum, ad dignitats thronum elegi procuret. Iuſtus, probus vtique Ioannes, ſed eo iuſtior, omni ſemota comparatione, maior, ſanctior Chriſtus Dominus; quo propterea contempto, deſerto, ad Ioannem in ſiluestribus locis morantem impii, ab impiis miſſi pergunt ea fortaſſis occaſione,

vt offe-

Digitized by Google

A vt offerentes, rogantes, vt ſe eſſe Prophetam in ſcripturis promiſſum, Meſſiã tunc temporis venturum reſpondere dignaretur. Sed quid factum eſt? quale ab eo audire, recepere reſponſum? ille num voluit acceptare? permiſit rapi, & in tali dignitate conſtitui, populos audientem, & eis iura dantem? minime, ſed conſtanter agens, reſpondens, ait.

Non ſum ego Chriſtus. Non ſum Dei filius, homo factus, ex Virgine Maria natus, Meſſias promiſſus, mundi Redemptor, ſed ille eſt, de quo dixi. Ecce Agnus Dei. Non ſum perſonaliter Elias, non Propheta ex eis, prout vos expectitis. O magnam tentationem toleratam, vnde mereretur coronam gloriæ! *Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Magna verè viri conſtantia, qui cum ſit aliqua præeminentia, faſtigio, cathedra dignus, tamen numquam appetere, numquam aſpirare, nullatenus perquirere vult: verum validis oblatam dignitatem Prælaturam inſtantiis acceptare nolle, omninò reſpuere, propemodum eximii animi, ingentis humilitatis; ſummæ fidelitatis ſuum erga Dominum eſt. Quod quàm Ioannes præſtulerit, iam res geſta, prout in Euangelio, declarat. De quâ met re Diuus Chryſoſtomus inquit. *Deuoti famuli eſt, non ſolum non rapere gloriam Domini, ſed oblatam à multis reſpuere.* Quamobrem ſe Ioannes aſſeruit vocem clamantis in Deſerto. Chriſtus clamabat in Synagoga audiebatur à turbis, & ab eius Diſcipulis. Sic, ſic vox præcedit, vt verbum audiri percipi poſſit, vt magnus Origenes
B ait. Vox igitur Ioannes præceſſit, Chriſtus Dei filius homo factus, in Meſſiam vnde auditus, acceptatuſque fuit.

Epiſtol. Iacob. c. 1. b.
D. Chryſoſt.
Origen.

Ego vox clamantis in deſerto. Verè quidem magna Ioannis humilitas, ſe paruũ ſonitum intonantem illud per deſertum dicentis, & Dominus excelſum dixit, fecit illum. *Non ſurrexit maior, ait, inter natos mulierum Ioanne Baptiſta.* Apud Matthæum. Sed quare illi maioritas, & excellentia huiuſmodi? fortè quoniam de Sacerdotum ſtirpe? alii etiam tales exiſtere. Fortaſſis quia in vtero ſanctificatus materno? etiam eſt Hieremia. Forſan quia Præcurſor ipſius Domini? etiam Elias venturus eſt ipſiuſmet præcurſor, licet in ſecundo eiuſdem aduentu. Fortè quia deſerti cultor? non defuere tales. Quare igitur? ſanè propter magnam eius humilitatem id creditur. Hinc & ex recentioribus Doctor pius inquit. *Ioannes ex humilitate refractionem aeris in guttere per deſertum factam ſe appellauit, & dominus illum maximopere extulit.* Ex quo patet, quòd quantò quis de ſe profundius humiliatur, eò altius à Domino Deo exaltatur. Humiliemur ore, corde, opere ſub potenti manu Dei, atque in conſpectu proximi, & Dominus ipſe noſtræ exaltationis veræ curam geret.

Matt. cap. 11. b.
Recenſ. doctor.

Simile quoddam ferè, vt de Ioanne, exemplum habetur apud Amos Prophetam. Qui cum fateretur ſe vilem ſeruulum, plantarum putatorem, gregum ductorem, Dominus Deus eum elegit, fecit in Iſrael Prophetam ſuum, virũ verbo, & exemplo famoſum. *Non ſum, ait, Propheta, non ſum filius Prophetæ, ſed ar-*
C *mentarius ego, vellicans Sycomoros, & tulit me Dominus meus cum ſequerer gregem. & dixit Dominus ad me, vade Propheta ad populum meum Iſrael.* O ſi veræ humilitatis effectus perpenderentur, non adeo facilè humilitas contemneretur. Hæc veros, ac multos charitatis, dilectioniſque gradus confeſtim acquirere facit. De Maria Magdalena cũ loqueretur S. Euang. Lucas, dixit. *Et ecce mulier, quæ erat in Ciuitate peccatrix.* Malæ famæ, magniq; ſcandali cauſa. de eadẽ verò ſubiunxit Magiſter optimus ita. *Dimittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multũ.* Sed eſſe peccatorem, & multm diligere Deum, quomodo ſe ſimul habere poſſunt? non enim peccator diligit Deum, ſed illud, quod committit delictum. Ad hoc bellè reſpondet Diuus Cyrillus Alexandrinus in eiuſdem Euangelii locum, dicens. *Mirum non eſt, ſi tam breui temporis curriculo ſummos, & innumerabiles gradus charitatis aſſequuta eſt ob eam, quam oſtendit humilitatem, ante faciem Chriſti ſe procumbere non audens, ſed ſtabat retrò ſecus pedes eius.* Attendite, quomodo mirè faciat humilitas ad eũciendum peccatum, ad diligendum Deum, ad acquirendam cælitus confeſtim charitatem. Ideo humilitatem profiteamur, vt ea omnia, & Cælum ipſum conſequamur.

Luc. c. 7. e.
Ibidem f.

Referente ſuis in hiſtoriis Herodoto. In Scythia regnante Largibao tribus cum natis ſuis, è Cælo quædam aurea formoſa pluit, quæ conſpiciens eorum natorum primogenitus, ad ea currit colligenda, & mox in flammam ignis ar-

Herod. in hiſt. lib. 4. cap. 1.

Digitized by Google

dentis magnam conuerſa inuenit, equo timente, recedente, flamma quoque D
ceſſauit, & aurea ea apparuere cuncta, vt ſcutum, phiala, ſceptrum, & alia. vnde accedenti ſecundo genito ſimile contigit. quo fugiente, conuerſa protinus in aurum, vt prius, conſpexit nouiſſimus eorum frater, qui ſimplex, humilis paulatim accedens puerulus ea diuitioſa cuncta tutè ſuſcepit. Sit huius rei veritas apud Auctorem id referentem. Nos verò dicamus ſic. Per aurum multi intelligunt ipſam charitatem, iuxta illud Apocalypſis. *Suadeo tibi emere aurum ignitum, &c.* Alij verò dixere intelligi poſſe Cælum ipſum, & in eo Beatorum eſſentiale gaudium. Secundum illud eiuſdem Apocalypſis. *Et Platea Ciuitatis aurum mundum.* Sed numquid Cælum emitur? maxime ſuo modo, ac propriè magis acquiritur, nempe vera, & fideli humilitate. Hinc ipſe Saluator apud Matthæum ait. *Niſi efficiamini ſicut paruulus iſte, non intrabitis in Regnum Cælorum.* Nempe, iuxta communem, ſimplices, & humiles inſtar paruulorum.

Apocal. cap. 3. c.
Apoc. c. 21. g.
Matt. c. 18. c.

O bone Deus, animalia etiam irrationalia docent ſeruare humilitatem, vt ſalui euadamus, tutique ad illam ſecuritatis ripam tranſeamus. Plinius ſua in animalium Hiſtoria refert de duabus ouibus, quæ cum per quẽdam arctum pontem, ſed longum tranſirent, altera alteri ob via hinc, inde, nec ſimul pares exire poſſent, ſine magno cadendi in flumen periculo, natura, ac neceſſitate eas docente, vna ſe proſtrauit: & altera ſuper eam pedibus calcando tranſiuit, ſic vtraque illeſa exiuit. Oh, genus hominum diſcat hæc exempla brutorum, & ſua in ſuperbia confundatur. Cede, cede homo fratri tuo, cedamus inuicem, humiliemur, vt tuti ad ſupernorum Ciuitatem tranſire valeamus. Attendatur hac de re mandatum. *Eſto conſentiens aduerſario tuo citò, dum es in via cum eo.* Verba ſunt Saluatoris noſtri ſuum apud Euangeliſtam Matthæũ quam autem id parui fiat, vnuſquiſque conſideret, & dicat. E

Plin. in hiſtor. animal.
Matt. c. 5. d.

Non nullorum hominum ita inualuit ſuperbia, vt ob vnam è capite fratris ſui dimiſſionem biretti, ob vnam reuerentem geneflexionem in via ſibi factã ſuperbus quis multa ex iis, quę poſſidet, bona dimittat; & nolenti ſic reuerenter aſſurgere, minas iactat, & necem intentat. In memoriam, quæſo, veniat, illud Heſter tertio. Videns impius Aman Mardochæum natione Iudæũ non ſibi aſſurgere, non genuflectere, valde id ægreferebat, vxoribus ſuis animi ob id afflictionem enarrabat; atque demum Regi Aſſuero decem millia talentorum auri promiſit, vt iuberet omnes Iudæos ſuo in Regno repertos interfici, ea etiam intentione, occaſione primaria fortaſſe, vt non aſſurgens Mardochæus necaretur, atque ſuis cum omnibus ibi Hebræis. *Si tibi*, ait, *placet Rex, decerne, vt pereat, & decem millia talentorum appendam arcarijs Gazę tuę.* O immanis, dire, crudelis, & ſuperbe, ille tibi perfido non aſſurgit, non flectit tyranno, & ob id omnes tu cum eo perire Iudæos, tamque magnam pecunię maſſam amittere tuo de ærario vis?

Heſt. c. 3. c.

Effectus eſt ſuperbię, vt vniuerſa contemnantur, dentur, dum modo ſuperbus adoretur, illud Diaboli vſurpans. *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* F
Videns miſericors, & omnipotens Deus hominum ſuperbiam comprimendam, perditionem eorum, & ruinam ſubleuandam miſit filium ſuum, vtique ad redimendum genus humanum, & ad dandum etiam humilitatis exemplũ, prout bellè ſonat oratio in miſſa Dominicę Palmarum. *Omnipotens ſempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Saluatorem noſtrum carnem ſumere, & Crucem ſubire feciſti, concede propitius, vt & patientię ipſius habere documenta, & reſurrectionis conſortia mereamur. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.*

Oratio miſſę

Ego vox clamantis in deſerto. Reuera Ioannes ob humilitatem ſe dumtaxat eſſe vocem aſſeruit, & ad Cælorum excelſa, ad beatorum conſortia eleuari promeruit. *Euge ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituã, intra in gaudium Domini tui.* Optimum huius veritatis teſtimonium reddit magnus in Aegypto Ioſeph, vere Domino ſuo quamuis incredulo fidelis fuit, oblata enim à turpe, licet formoſa eius vxore ſibi vſurpare noluit, & ſuper omnes ibi Ciuitates, ſecundus in Regno Aegypti Rex conſtitutus fuit. Et poſt hæc valde maiora nimirum æterna in cæleſtibus obtinuit. Huc non minus pulchrè conſideranda venit illa Sacrę Apocalypſis ſcriptura, vbi Diuus Ioannes de Angelo cælitus miſſo. *Et iris in capite eius, & facies eius erat vt ſol, & pedes eius tanquam*

Matt. c. 25. b.
Apocal. cap. 10. a.

columna

A *columna ignis, & habebat in manu ſua libellum apertum, & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram.* Verumtamen dicetis, quomodo columnę, & ignis? immobilis columna quieſcit, ſurſum ignis tendit. Creditur talis eſſe ſenſus moralis. Columna ſtabilitatem, ignis dilectionem, pedes affectum, arida terra paupertatem, humilitatem, mare pænitentiam communiter apud obſeruatores ſignificare ſolent, ac ſi ſymbolice dicatur, qui conſtanter perſeuerat in Dei dilectione, diuitiarum, dignitatum contemptu, humilitate, pænitentia, hic coronatur iride, nimirum vtroque gaudio in cæleſtibus donatur, & librum habet apertum ad inſtructionem aliorum.

Non ſum ego Chriſtus. Ecce Ioannes malitiam Iudæorum agnoſcens, quòd impiè illi volebant offerre, humiliter, fideliter renuit acceptare, & ab ipſo Chriſto Domino exaltari meruit, atque demum ad æternę beatitudinis coronam peruenit. Qua de re Diuus Gregorius ait. *Cum ergo non vult appetere nomen Chriſti, factus eſt membrum Chriſti. Quia dum infirmitatem ſuam ſtuduit humiliter agnoſcere, illius celſitudinem meruit veraciter obtinere.* D. Greg. homil. 7. Audiant humiles ſpiritu, abiecto contenti amictu, rudi paruoque cibo paſti, & lætentur; nam hic deorſum minimi, in conſpectu populi, ſurſum verò ibi locupletes, & quam magni, quod attendens Pſalmigerus Vates Diuinus ait. *Iuſtus ſicut palma florebit.* Et cur potius vt palma quam vt Cupreſſus, Laurus, Cedrus, vel aliarum arborum aliqua ſimilium? Pſal. 91. Attendatur expoſitio, audiatur reſponſio in propoſitum moralis. Palma deorſum tenuis eſt, ſurſum verò groſſior, latior apparet, Sic, ſic humilis, modicus hic, in cæleſtibus autem ſurſum augetur, groſſior, latior, plenior apparebit; magnus illuc pergit augendus eo magis, plenus gratię, glorię, & mercedis æternę, ſicut ab Eccleſia pulchrè canitur. *Martinus hic pauper, & modicus Cælum diues ingreditur, hymnis cæleſtibus honoratur.* Ineius feſtiuit. Quę propemodum maiori copia meritorum, atq; præmiorum de beatiſſimo Ioanne noſtro iure aſſeri poſſunt. Qui paruus erat in deſerto, & factus eſt ecce quàm magnus in Cælo.

B

Miranda ſanè Ioannem feciſſe omnes fateantur. Meſſialem dignitatem ſibi ſub diuerſorum integumento verborum oblatam acceptare renuit. Quis talia feciſſet, & meritò laudaremus eum? Cum humiles illi parum experti euntes rogaſſent virorum quemdam, vt eis imperare dignaretur Rex, ille huiuſmodi Regiam renuit acceptere dignitatem, dicens. *Ego non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum, nolite conſtituere me Regem populi.* Iſai. c. 3. b. Verè laudandus hic homo, qui valide reſtitit offerentibus talia populis: Sed notandū Septuaginta legere, ſeu addere. *Iure iurando abnuit.* Verſ. ſept. Quoniam vt quis tam ore, quam corde, oblatę renuntiet dignitati, vix vi credendum ei, ni iuramentò penitus id affirmanti, ingenui enim animi, & conſtantis viri eſt id. Hinc & Chriſtus Dominus noſter Ioannem Baptiſtam ſuum, nedum Prophetam, ac pluſquam Prophetam in ſpirituque Eliam, ſed hominum maiorem, & Angelum appellare voluit. *Amen dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta.* Matt. c. 11. b

C Fortaſſis quoniam (inter alias rationes, & cauſas) ſeruus fidelis ſuus oblatum ſic regiminis, ac dignitatis locum acceptarę reſpuit, minaſque in tentatores, & ſuaſores iactauit.

Quæruntur modo anxietate, ſollecitudine magna dignitates, & regnandi cupiditate patrantur iniquitates multę. Audiens, videns Rex Saul à Dauide clamidis ſuę partem ſecretò præciſam, vita ſibi conceſſa, illi ait. *Et quia nunc ſcio certiſſime, quod regnaturus es, & habiturus in manu tua Regnum Iſrael, iura mihi in Domino, ne deleas ſemen meum de domo patris mei.* 1. Reg. cap. 24. d. Sed vt quid opus huiuſmodi iuramento? nonne ſat erat ſeruum Dauidem aſſerere, & promittere id ſe facturum, obſeruaturum Domino ſuo etiam abſque firmare iuramento? & quidem in Domino? Nouerat Saul cupiditate regnandi, omnia mala comitti. Quare de Ionata nato ſuo extimuit, ne videlicet à Dauide interficeretur, vt facilius, & tutius in Regno firmaretur. Quem in ſcripturę locum Epiſcopus Abulenſis ait. *Deſiderium regnandi multa patrari delicta.* Alphonſ. Thoſtant. Quo deſiderio penitus immunis Ioannes in deſertum ſeceſſit, dicens non eſſe Prophetam, non Chriſtum, non Eliam. Diſcant quique viuentes regiminis loca, celſitudinis faſtigia, nō quæritare, non concupiſcere, vt valeant facilius delicta, & delictorum occaſiones euitare.

Audiſtis conflictum, & concertationem inter nuncios miſſos à Iudæis, &

Ioannem; Illi validos ictus, dignitatem offerendo, callidè interrogando ia- D
ctabant; iſte autem renunciando, renuendo ſe bene tuebatur. Illi ambitio-
nis globum igneum eum erga deonerabant; iſte lorica humilitatis ſe operien
do tutum optime reddebat: Illi lancea, & gladio adulationis ferire niteban-
tur, arbitrabantur; iſte fidelis miles ſui ipſius cognitione ſe impertranſibilem,
inuictum faciebat. Quem qui benè imitatur, iis Apoſtoli verbis iure vtatur.
2. Thimo. c. 4. b. *Bonum certamen certaui, curſum conſumaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quam reddet mihi Dominus in illa die; iuſtus iudex.* Hæc, hæc ſunt, quę fideli-
bus Ieſu Chriſti, pauperibus ſpiritu, in eiuſdem Domini ſui confeſſione con-
ſtanter permanentibus, demum cælitus feliciſſimè contingunt. Diſcant, di-
ſcant vniuerſus Chriſtianorum cætus, quęque aduerſa æquanimiter tolerent
Chriſto Domino fideliſſimè inſeruiant, humilitatem profiteantur, has virtu-
tes toto animo, ſumma voluntate ſibi coaceruare nitantur, vt demùm meri-
tis aucti, præmiorum magnitudine donati, cum Ioanne, ac omnibus Dei ele
ctis æternaliter eum laudare, & cum eo glorioſè regnare valeant, qui viuit,
& regnat in ſæcula ſæculorum.

Hæc in Bethania facta ſunt. Quę iuxta linguę ſanctę profeſſores, domus obe-
dientię interpretatur; benè autem, ait Interlinearis, ea omnia in domo obe
dientię facta fuere, nimirum & ibi baptizabat Ioannes, vt videlicet baptizatis
obedientiam contingere indicaretur. Et quid eſt obedire? Sanè Domini
mandatis obtemperare, eius voluntatem attentam facere, & cum ea noſtrã E
conuenire. Quod eſt, quam bonum, tum in præſentiarum, tum in futuro:
Hoc attendens Rex Pſalmigerus Vates à Domino Deo exaudiri petens, dice-
Pſal. 142. bat. *Quoniam ego ſeruus tuus ſum.* Ac ſi dixiſſet, non meam, ſed tuam, Domine,
voluntatem attendo, prout debet bonus, & fidelis ſeruus. Huc pariter con-
ſiderandum venit, quod in Canticis Canticorum ſponſę fideli dicitur. *Equitа-*
Cant. c. 1. b. *tui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.* O ſanctiſſimè mi Domine, cæle
ſtis ſponſe, quid tuę fideli dilectę, & curribus, atque etiam equis eſt commu-
ne, ſiue ſimile, ſeu æque competens, vt dicaris eam eis aſſimilare? ſanè quæ
dam velocitas ad currendum, & celeritas ad obediendum, ſicut Aurigę ſolent
equi præſtare. Sic; ſic ſponſa laudabatur dilecta, quoniam bene obtempe-
rare, ac ſuam voluntatem ſponſi cæleſtis ſui voluntati ſubordinare ſemper pa
rata reperiebatur.

Eumdem ſenium facere videtur ea Sancti Ezechielis viſio. Mirabile quidē
inuolucrum erat, multis integratum ſimilitudinibus, nimirum Hominis, Aqui
lę, Vituli, Leonis, atque rotarum. Et quomodò ſimul itinere poterant eun
do conuenire, cum eorum animalium alia maiori celeritati, alia verò mino-
ri apta? Morali pro reſponſione notanter conſiderandum, hanc omnem tol
li difficultatem ex eo, quoniam ea omnia Domini Dei voluntatem celeriter
Ezech. c. 1. c. d. faciebant, & in ſe ad hoc idem conſeruabant. *Vbi erat ſpiritus illuc gradiebantur,*
quocumque ibat ſpiritus, eunte illuc ſpiritu, & rotę pariter eleuabantur, ſequentes eum, ſpiritus F
Alia lect. *enim erat in rotis.* Alij volunt legi ſic. *Et voluntas Domini erat in rotis.* Vtcumque au
tem ſit, vtcumque legatur, quam clarum eſt, quòd Domini voluntatem at-
tendentes; conſeruantes, ad opus eius iuſſu mandatum ſimul vna ſunt expe-
diti, & celeres prout decet fideles probos omnes.

Hæc in Bethania facta ſunt. Noſtra voluntati Domini Dei coniungenda, con-
formanda neceſſariò ſemper eſt; atque ita, vt, quatenus fieri poteſt vnum ex
his factum dicatur. Inter alia multa, quę Chriſtus Dominus noſter de ſuis Di
ſcipulis, atque fidelibus cuncti ad Patrem ſuum, exorando, dixit, illud vnum
ſingulariter in præſenti conſiderandum. *Pater,* ait, *ſancte ſerua illos in nomine tuo,*
quos dediſti mihi, vt ſint vnum, ſicut & nos. O ſanctiſſime Ieſu Chriſte, quomodo
fieri contingerat hoc, vt videlicet eſſent vnum quemadmodum tu tuo cum
Patre æterno, ſiquidem vos vnum eſſentialiter æternaliter, ſolum relatione
Ioān. c. 17. b. perſonaliter diſtincti? Dubio procul intelligendum ſic; vt ſcilicet eſſent illi
Diſcipuli, & fideles ceteri vnum inuicem, charitate, dilectione, vnum verò
cum ipſo Deo omnipotente, quo ad voluntatem, quam videlicet ſuam o-
mni cura ſemper illi Dominicę ſubordinatam haberent. Vt quicquid peten
tes grati & dilecti conſequenter, ſine qua vnitate eorum orationes nequa-
quam acceptę, ſed potius reſpuuntur ingratę.

Quem-

Digitized by Google

A Quemadmodum ſi quis offerret vobis in patena tortam, vel alio in vaſculo
lac, gratum vtique faceret, atque ad obtinenda mentis optata voſquidem al
liceret; at ſi ſuper tortam, & in lacte eſſet muſca, aranea, vel aliud ſimile ſor
didum, potius vobis ſtomacum, & nauſeam moueret, non ad comedendum al Simile.
liceret. conſimiliter ſe habere dicatur, qui Domino bona opera, atque pre-
ces cum nigra ſuę voluntatis muſca, vel lætali aranea immolare contendit ac
nititur, vt petita conſequatur. *Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti? humiliauimus ani*
mas noſtras, & neſciſti? ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra? Simus in Betha- Iſac. c. 58. a.
nia, in domo obedientię baptizati, Dominicam ſcilicet voluntatem attenda-
mus, faciamus, vt bene diſpoſitum, & præparatum venientis Domini cæleſtis
Sponſi hoſpitium ſeu Thalamus in eius laudem, & noſtram in ſalutem effici,
& reperiri mereamur.

Dominus ipſe attendit ſummopere voluntatis noſtrę prōptitudinem, recti-
tudinem, & noſtri affectus integritatem: plurimùm hac delectatur, ei vt cha
riſmatum dona copioſe largiatur. Quod perpendens Rex ille Pſalmigerus
Vates eidem inquit Domino. *Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia* Pſal. 114.
tua. Sed numquid pedibus lex obſeruatur Domini? quare tu igitur in eam pe
des tuos, & non potius tuas manus conuerſas feciſti? vtique pedibus ad bonū
faciendum curritur, ſed prius, & continuò Domini mandatum affectibus per
pedes adnotatis obſeruatur. Eſt itaque fortaſſis huius ſententię ſenſus, exco
B gitatis melius ſæculi periculis, inanitatibus, malis, conuertiſſe Dauidem ſuum
affectum omnem, & vniuerſam voluntatem de terrenis ad cæleſtia, de mun-
do ad eius conditorem, vt ei penitus obſequeretur, a quo veris bonis mune-
raretur. Conſideretur quæſo, illa Dominicę Orationis petitio. *Fiat voluntas* Matt. c. 6. b.
tua ſicut in Cælo, & in terra. Hanc Diuus Pater Auguſtinus multis modis intelligi D. Aug de
poſſe aſſeruit, atque ſic præcipuè, vt per Cælum intelligantur Sancti Angeli Serm. [illegible] Dom.
in Cælo, & per terram iuſti homines in terra, ita vt ſit ſenſus. Sicut in Sanctis in monte
Angelis ſemper ibi tua voluntas fit, ita & in nobis hic fiat, vt digni efficiamur tom. 4 lib. 4
eadem cum eis beatifica viſione. O fideles Ieſu Chriſti omnes attendite quid c. 11. apud
petamus, nam niſi omninò obſequentes, obedientes Domino, ipſi nos ſedu Auguſt. Tri-
cimus, atque potius ſimulate id petere denotamur, iure ſic Domini gratia, & umph. in
gloria numquam munerandi. orat. Dom.

Huc quoque pulchrè venit illud de viſis à Domini Vate Eſaiā Seraphinis ſu-
per Domini ſolium ſtantibus, atque volitantibus. *Seraphim, ait, ſtabant ſuper illud*
ſex alę vni, & ſex alę alteri, duabus, &c. & duabus volabant. Sed ſi ſtantes, quomodo Eſai. c. 6. a.
volabant? & ſi volantes, quomodo ſtabant? Reſpondet Vgo Cardinalis ſic, Vgo Card.
Stantes duabus volitabant alis quodā videlicet deſiderio, & auiditate pergen-
di ad faciendam voluntatem Altiſſimi, perpetuò ſe ſe conferendi, volandi in
obſequium Domini. Eamdem confirmat ſententiam, & expoſitionem Ly-
ranus ita. *Ad deſignandum, ait, quod Angeli ſemper ſunt parati ad diuina aſcendere, & ad* Lyran.
C *inferiora deſcendere ſecundum diuinam voluntatem, ideo volatus in medio loco diſponitur, quaſi*
ad vtrumque paratus. Alas promptiſſimę voluntatis, & ſanctę operationis in Do
mini obſequium emittamus, & velut Sancti Angeli in Cælo, ac circum Do-
mini ſolium erimus.

O ſi ſcirent homines quam Deus noſtra voluntate recta, obſequente, tota,
delectatur, quotidie magis eniterentur, vt ſua in ſe talis Domino exhiberetur
Id bene quidem agnouit, qui Rex Pſaltes ſuo eidem Domino ait. *Holocauſta*
medullata offeram tibi. Sed numquid offerendas tunc oues, vitulos, boues non- Pſal. 65.
nullos ſine medullis, & oſſibus vacuis extitiſſe credendum? non ita facile iuxta
ſonum literę; verum de ſui ipſius oblatione potius, & Deo donatione cum
recti affectus, ac veri amoris medulla intellexit. *Intus charitas.* Inquit Diuus D. Aug.
Pater Auguſtinus, & iterum Ordinaria. *Me ipſum*, inquit, *cum medullis veri amoris.* Ordin.
Bene igitur ea Ioanni facta fuere in Bethania, obedientię domo, vt ſciatur ſu
per verè obedientes, in Domini obſequia celeriter pergentes magna reuelari,
mirandaque concedi. Simus & nos tales, vt multiplicentur quoque ſuper
nos Altiſſimi largitates, & ipſius perornatum efficiamur templum.

QVARTVM MYSTICI THALAMI ORNAMENTVM

IN QVARTA DOMIN. ADVENTVS DOMINI.

Cuius Euangelij occaſione de miris effectibus humilitatis; de diuinę ſcripturę frequenti, & vtiliſſima lectione, deque alijs quam pluribus neceſſarijs documentis moralibus, tum ante Paraphraſes in Euangelium, tum in ipſiſmet tradendis, & conſiderandis ſcitè agitur.

IN huiuſmodi Tractatus argumento ſupradiximus, quartũ noſtri myſtici Thalami ornamentum eſſe humilitatem ſimul vna cum ſacrę ſcripturę pia lectione, quod ſummopere decet fidelē ſanctę deuotionis profeſſorem. prout optimè ſeligitur etiam hodierno ex Euangelio ibi. *Omnis vallis implebitur, & omnis mons humiliabitur.* In ſanctiſſimi Reparatoris aduentu ſuperbus, vt mons, ambitione tumidus, elenatus, deprimetur: at fidelis iuſtus humilis inſtar, ſuo modo profundę vallis, implebitur virtutibus, meritis, gratia, atque demum gloria, ſuſcipiens in ſuo fideli Thalamo, humili ſic bene ornato ipſum Reparatorem optimum, gratię, atque glorię Auctorem. *Quę eſt iſta domus, quam ædificabitis mihi? & quis eſt iſte locus quietis meę? &c. Ad quem aut reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos?* Nullus vt ignoret Dominum venientem dumtaxat ingreſſurum humilem Thalamum, hominem humilitate ornatum, in quo ſuſceptus conquieſcat iuxta noſtrum intelligendi modum; ſolamen verò, & ſalutem piiſſimus afferat. Nec abs re mentionem fecit Dominus apud Iſaiam de tremente ſermones ſuos, quoniam per tales diuina intelligitur ſcriptura, quam fidelis vir humilis profiteri, & vna cum humilitate ſua coniungere debet. D E

Luc. c. 3. a. Titus. Interl. Moral. Iſai. c. 66. a.

Quam enim Dominus delectetur humilibus Diuinę ſcripturę lectioni incũbentibus, quamque eos libenter exauditos faciat, & gratiis muneret, ex eo præcipuo, ſingulari dilcito. Donum maius nullũ, quàm quod Deus dedit ipſe Pater Omnipotens, nempe filium ſuum vnigenitum, pro mundi reparatione hominem factum. Quando autem id, vbi, cui factum eſt? attende. Miſſum à Deo Angelum ad Mariam Virginem Annunciandam de ſummo diuinę Incarnationis myſterio. eam ornantem, ac in profundo meditationis exercitio manentem inueniſſe arbitrantur, atque notant multi ex Patribus, prout & nos noſtro in Salomonis Lectulo diximus. Qua de re Sanctus Ambroſius de Virginibus ſecundo ait. *In conclaui erat Virgo, eam vigilantem inuenit Angelus deditam*

D. Athan. Simon. de Caſſ. ſebbaſt. Barrad. Suarez. Celeſtin apud lect. Salom. p. 2. D Ambr l. 2. de Virginib.

lectioni

A *lectioni, aut orationi vacantem.* Nec abſunt alii aſſerentes eam tunc temporis legentem, & meditantem ea Iſaię Prophetę verba, hoc de diuiniſſimo myſterio facta. *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Quę Virgo benedicta cum vlterius meditaretur, fortè ea in verba ore, vel corde ſic deſcenderat. O vtinam ego talem digniſſimam agnoſcerem puellam, cui toto cordis affectu, & opere ipſo famulatum exhibere poſſem. Tum Angelus mox apparens ait. *Aue gratia plena.* Tu, tu es illa, quam Dominus in Matrem elegit. Cui poſt hæc Virgo ſic. *Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et verbum caro factum eſt.* Quando? quando? cum puriſſima Virgo Maria Diuinę ſcripturę lectioni operam attentiſſimè daret, & ſummopere ſe humiliaret. Ex quo luce clarius intelligi datur, quam horum vtroque ſimul Dominus delectetur. Iſai. c. 7. c. Carthag. de Angel. Annunc. Luc. c. 1. d.

Verè digna conſideratione ſcriptura illa noſtri Regis Pſalmigeri Domino dicentis. *Niſi quòd lex tua meditatio mea eſt, tunc fortè periſſem in humilitate mea.* Sed numquid multũ humiliari, eſt in vitę diſcrimen dari? non ita intelligitur; ſed duplex ſenſus, quamquam vterque in præſentiarum moralis eſſe poteſt. Primò ſi accipiatur paſſiuè, ac ſi dicatur humiliauere me nimis perſequentes me gratis, & niſi legiſſem in libris tuę ſanctę legis promiſſiones tuas humilibus & perſequutionem patientibus à te factas, fortè me dediſſem in aliquam deſperationem. Aut etiam ſic. Attendens ipſe Rex pius, & prudens non ſat eſſe ſe ſe humiliare, & poſt hæc prophanos libros, ad illicita excitantes, legere, & eorum delectari lectione, adhibuit, humilis iam factus pro ſecuritate lectionem ſacrę ſcripturę, illam meditando, & ex vtraque ſic ſolamen ſecuritatemq; accipiendo. quod perbellè firmatur eo Machabeorum primo. Videntes illi diuinę legis obſeruatores templum, ac Ciuitatem ſuam in deprædationem dari, pro ſua liberatione, & inimicorũ expulſione multis gemitibus, pænitentięq; actibus rogauere Dominum. *Ieiunauerunt illa die, & induerunt ſe cilicijs, & cinerem impoſuerunt capiti ſuo, & ſciderunt veſtimenta ſua, & expanderunt libros legis.* Et cur illa librorum ceremoniam adhibere? ſanè, vt indicarent plurimum congruere ſimul vna humilitatem, & diuinę ſcripturę lectionem vnire. Quibus maximopere delectatur, & placatur Deus. Pſal. 118. B 1 Mach. cap. 3. f.

Doctorum multi, ſed præcipuè Diuus Hieronymus, & Liranus in illud Matthæi. *Dilatant Philacteria ſua.* Dicunt ea fuiſſe quaſdam carthulas, in quibus ſcribebatur ab eis mandatorum decalogus, & ponebantur in eorum capitibus ad modum coronę. quibus indicare nitebantur ea ſemper in memoria conſeruare ad obſeruandum, & ante oculos ad legendum. Oculis verò, ac vultu in terram demiſſis tunc incedebant, ſanè vt præceteris lectores, obſeruatores legis, atque profeſſores humilitatis viderentur. Quod vtique totum ab eis ficta operatione ſic agebatur; ſed nihilominus eo noſtrum morale firmatur propoſitum, nempe hæc duo copulanda, humilitatem, & diuinę ſcripturę lecturam, ſed intentione recta. Quo venit illud Exodi, vbi Dominus Moyſis. *Ponesque in Arca teſtificationem, quam dabo tibi.* Quid autem intelligatur per huiuſmodi teſtificationem, ſeu teſtimonium, optimè declarantes aiunt Rupertus Abbas, & Caetanus. *Subauditur vrnam auream habentem Manna, & virgam Aaron, quę frondaerat, & tabulas legis.* Per Arcam Domini, ſiuè vrnam Auream poteſt vllo ſine inconueniente myſticè intelligi anima fidelis, deuota: per virgam Aaronis floridam intelligunt humilitatem: per legis verò tabulas diuinę ſcripturę lecturam: atque demum Manna intelligi datur dulcedo ſpiritualis, quę ſubſequitur, & impertitur iis, qui humilitatem, & diuinarum ſcripturarum lectionem profitentur, qui & Domini Aurea Vrna dicuntur, & cæleſtibus donariis replentur. D. Hierõym. Lyranus in Matt. c. 23. C Exodi c. 25. b Rupert. Caetã apud Lipoman.

Qua de re Pſalmigerus quoque Rex, & Diuinus Vates Domino ait. *Adheſit pauimento anima mea, viuifica me ſecundum verbum tuum.* Quod? quale verbum? nũquid oretenus, vel nocte per viſionem ei Dominus reuelarat ſe plurimum delectantem humilibus? id etiam fortè potuit contingere, ſed ſenſus facile poteſt eſſe, quod in verbo, ſeu eloquio diuino ante ipſum Dauidem ſcripto, illemet legerat Dominum magnificare, & plurimum æſtimare, humilitatis virtutem diuinę ſcripturę lectioni copulatam, nimirum humiles ſacro eloquio frequenter operam dantes, iccirco auſus fuit Dauid expetere à Domino viuificari, Pſal. 118.

Digitized by Google

ficari, ſaluari, quem ſciebat eorum copulatione delectari, humilitate videlicet, & ſacri eloquij lectione frequenti. In memoriam quæſo, reuertatur illud Actuum Apoſtolorum. Dum curru quidam Eunuchus Candacis Reginæ Aethyopum veheretur, præmanibus volumen vaticinorum Iſaiæ habens, oculos, atque os ad illam deuoluit ſententiam: *Tanquam ouis ad occiſionem ductus est, &c.* Et mox appropians Philippus Apoſtolus ab Angelo Domini datus, Eunucho legenti ait: *Putas ne intelligis quæ legis? qui ait, & quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi?* En ille magnus, potens vir curru vectus erat, attamen Philippo abiecto veſtitu amicto, nudis pedibus ambulanti ſe rudem, & ignarum fateri non dedignatus fuit, & ecce confeſtim apertionem ſcripturarum audiens, credens, factus fidelis baptizatus de ſeruo Reginæ Candacis euaſit ſeruus filij Dei omnipotentis, ſuos humiles, lectioni ſacræ ſcripturæ operam dantes vnicè diligentis, ac plurimum fouentis. D

Isai. c. 53. b.

Mirabilem etiam in propoſito conſideremus viſionem, Beato Euangeliſtæ Ioanni ſua in Apocalypſi factam, librum de manu Angeli comededendum accepit, & cum volumen illud comediſſet, dulce in ore guſtatum in ventre ſenſit amarum. Effectus contrarii minima in diſtantia loci. *Accepi, ait, librum de manu Angeli, & deuoraui illum, & erat in ore meo tanquam mel dulce, & cum deuoraſſem illum, amaricatus eſt venter meus.* Inerat ex prophetia vtique myſterium, ſed nos moralem modo attendamus ſenſum huc. Per huiuſmodi librum, iure diuinam legem, ſacram ſcripturam intelligas, cuius lectioni Propheta operam, impræ termiſſe dabat; Dulcedinem in eius ore efficiebat, quoniam ore, cordeque pariter magna quidem voluntate Propheta eloquium peruoluebat diuinum. *Iudicia tua*, ait Dauid Domine, *deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, dulciora ſuper, mel, & fauum.* Quid verò de ventre per illud dulce volumen amaricato dicemus? audi, ille cui venter amaricatone dolet, velut in globum ſe facit, ſicut de ſclauis legitur, quando ad accipiendam diſciplinam præparabantur. Quamobrem eo actu humilitas iure ſignificatur, ac ſi hieroglyphicè, ſimbolicèque denotetur ſacram lectionem profitendam, humilitatemque bene conſeruandam, quibus dignis profeſſionibus noſtris Deus delectatur, & nos pulchrè ſic præparamur ad gratum facere Domino, noſtris in Myſticis Thalamis ſuſcipiendo. E

Apocal. cap. 10. d.

Psal. 18.

Simile

Quod non minus pulchrè confirmatur eo apud Ioannem Euangeliſtã octauo, nimirum quando Scribarum, & Phariſæorum nonnulli mulierem in adulterio comprehenſam Domino coram ſtatuere, quæritantes, vt ea necis ſententia condemnaretur ab eo. *Ieſus autem inclinans ſe ſcribebat in terra, & iterum ſe inclinans ſcribebat in terra.* Quam in ſcripturam à Patribus multæ afferuntur expoſitiones, & gloſſæ. At moralis hæc etiam vna eſt. Per ſe Dominum inclinare, dubio procul humiliatio intelligi datur; & per ſcribere, lecturam diuinæ ſcripturæ ab eodem tum nouam, tum veterem factam ſignificari nemo dubitare debet. Quamobrem hæc duo ſimul vna combinentur, hoc eſt ea facito, & eris gratus Chriſto Domino, nam ille talia facit, dedit, & imitatione ſuſcipi cupit. Illi renuere imitari, nam neque ſe humiliantes inclinauere, neque quæ Dominus ſcripſit legere, ſed impii peiores nihilominus facti receſſere. Quid itaque prodeſt horum vnum abſque altero eorum? Quid tibi humilitas cum prophanorum librorum lectura? aut etiam lectio ſacræ ſcripturæ ſine vera humilitate? vtramque habeas, vt vtriuſque meritum acquiras. Diſcant igitur præcipuè Religioſi, puellæ, virgines, atque cuncti fideles profiteri veram humilitatem, & frequentare ſacræ ſcripturæ, ſpiritualium librorum, non inanium lectionem, atque gratum propterea facientes Domino non recedant ab eo, munerandi hic, & copioſus in Cælo. F

Ioann. c. 8. a.

Nec dum ſimplices viros, tenellaſque puellas decet, congruitque in humilitate ſacros libros, ſpirituales ſcripturas legere, verum etiam & eleuati Reges, ac alia ſimili poteſtate conſtituti homines ad hoc idem plurimum tenentur. Cum Dominus Deus de futuro, eligendo, ſeu dando Iudæis Rege eorũ primo loqueretur, ad quod ille ante omnia teneretur expreſſè aſſignans ait: *Poſt quam autem ſederit in ſolio Regni ſui, deſcribet ſibi deuteronomium legis huius in volumine, &c. Legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba, & ceremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt, Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam,*

Deut. c. 17. d.

Attendite,

Digitized by Google

A Attendite, quomodo ſimul pro Regis quotidiano exercitio poſuit ipſe Deus ſacrę ſcripturę lectionem, & præcipuam humilitatem. Vbi occaſionaliter Philo Hebræus dixit, mandatum fuiſſe Regibus Iudæorum, vt quotannis vniuerſam illam ſua manu ſcripturam reſcriberent, vt eo magis diſcerent, recordarentur ad faciendum omnia quę continentur in ea. Hinc & piiſſimus vir Alphonſus Rex Aragonenſium aliquibus ſuper decem vicibus totā ſacram ſcripturam legiſſe cum omnibus ſuis expoſitionibus, & gloſſis narratur in eorum hiſtoriis, qui & valde humiliabatur, ne huiuſmodi lectura ab eo inaniter adhiberetur, vtrunque nos quoquę adhibeamus ad ſpirituale ornamentum noſtrę Domus Myſticę.

Philo Hæbr.

Hiſtor. Aragon.

Id non ignorans magnus Rex Pſalmigerus Dauid, mandata ideo Domini ſcripta frequentius legebat, & legendo meditabatur, & meditando humiliabatur, vt melius ea intelligeret, intellectaque Domini iuſſa faceret. *Mirabilia teſtimonia tua, ideo ſcrutata eſt ea anima mea: Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.* Sed quid eſt paruulis? humilibus, ait Sanctus Pater Auguſtinus, ſine humilitate quid prætendunt lectores intellectu percipere? ... lege, ac humilia te, vt percipias verum ſenſum ſcripturę. Quam humilis ſuper omnes humilitatem veram profitentes fuerit Beata Virgo Maria Chriſti Domini Mater inuiolata, nullum quippe fidelium latet, quàm verò ſolita in eloquii diuini lectione, ac meditatione, audi Diuum Ioannem Damaſcenum de

Pſal. 118.

D. Auguſt.

B ipſa dicentem. *Et tamen cum quieſceret corpus eius, vigilabat animus, qui frequenter in ſomnis aut lecta repetit, aut ſomno interrupta continuat, aut diſpoſita gerit, aut gerenda prænunciat.* Aſſerendo vir Sanctus, quam illa lubenter, ac frequenter diuinarum literarum lectioni operam daret. Hanc ſequi, hanc imitari cunctis viribus ſuis enitebatur Cæcilia Virgo Deo deuota, de qua in eius vita. *Virgo glorioſa ſemper Euangelium Chriſti gerebat in pectore, & non diebus, neque noctibus vacabat à colloquijs diuinis, & orationibus.* Sequamur, diſcamus, imitemur, vt demum ſic aptus, ac bene ornatus ipſius Chriſti Domini Thalamus, eiuſdem auxilio, efficiamur.

D. Dam. de fide Orthod. lib. 4. c. 15.

In eius vita apud Villeg. & Breu.

Demum itaque illud vnum eadem de Virgine Martyre ſilentio nō prætereundum, quod etiam in propoſito Sancta canit Eccleſia: *Cæcilia*, inquit, *famulia tua, Domine quaſi Apis argumentoſa tibi deſeruiuit.* Et quare magis vt Apis? Multa de Apis natura Plinius enarrauit, prout & nos alibi conſiderauimus, nimirū in libro de Doloribus, & Gaudiis Beatę Marię Virginis, cuius Inſcriptio eſt: *Lectulus Salomonis.* ibi præcipue, quod Apis odit, & aculeo pungit luxurię fetorem ſapientes; diligitque caſtos, & virgines: humi dormit, ſi quando ſuum extra aluearium caſu nocte reperitur; atque dum viuit, & valet, in conſtructione ſaui mellis continuum adhibet laborem, & ſtudium, nedum quidem pedibus, ſed ore, atque toto corpore. Ex cuius natura, & opere famuli, ac famulę Domini benè diſcere poſſunt caſtitatem, humilitatem, atque frequen

Plin. de Natu. hiſtor.

2. Part. Lect. Salomon.

C tare Diuinarum ſcripturarum, ſpiritualiumque librorum lectionem, quę denotantur per mellis fauum, ſicut & nos alibi conſiderauimus, nempe feria tertia poſt Dominicam quartā Quadrageſimę, vbi quamplurima de diuinę ſcripturę laudibus ad fidelium ſpiritualem vtilitatem conſiderauimus.

Hort. Prædic. fer. 3. Dom. 4 non edito.

De humilitate egregia virtute, nimirum quã ipſa Deo placeat, quámque nobis congruat vtilis, neceſſaria ad ſuſcipiendum ipſum hoc in noſtro hoſpitio Dominum.

NEQVEO non plurimum ad mirari orationem, quam Eccleſia Sancta in Miſſa pro feſtiuitate Diui Franciſci de Paula dicendam ordina-
In eius feſtiuit. uit hanc. *Deus humilium celſitudo, qui beatum Franciſcum confeſſorem Sanctorum gloria ſublimaſti. &c.* Sed cur non ait Deus ſublimium, & ſupereminentium celſitudo, excelſaque ſublimitas? ſanè vt intelligi detur, Deum non ſuperbis, ſed humilibus ſemper delectatum, iſque pariter perpetuò delectandũ. Si Rex, ſi ſummus Pontifex Papa noſter Beatiſſimus in domum ruſtici, in tugurium Aeremitę pauperrimi deſcendere dignaretur, nonne celſitudo eorum E
Simile. diceretur? vtique. Quemadmodum Chriſtus Dominus in domum Petri piſcatoris, quem humilem, & pauperem ad magnam eleuauit celſitudinem. Sic & idem Dominus in viri, ac mulieris humilis ſpirituali hoſpitio, eſt procul dubio illius magna dignitas, & celſitudo. Hæc Domini Dei profeſſio, vt ad
Pſal. 137. humiles diuertat eleuandos. *Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit.* Eius naturę ferunt Aquilam eſſe, vt ad paruas auiculas deſcendere non dedignetur, quibus plurimum delectatur, & eas inter plumas ſuas ſuſcipiendo ſurſum eleuet delectando; magnas verò alites ſuperbos Miluios, & Falcones infeſtos odit, ferit, interimit. Et ecce myſtica grandis magnarũ
Ezech. cap. 17. a. alarum Aquila noſtra Chriſtus Dominus, qui ad humiles extollendos deſcendit, & eleuatos de ſe ſuperbos à longe proſpicit deponendos, depreſſione calcandos.

Humilia reſpicit, vt eleuet; ſuperba cognoſcit, vt deprimat: ad humilia bonorum elargitor deſcendit; tumore alta ſuperbię deſerenda refugit: homines vt plurimum aſcendunt ad Reges, vt ditentur, ac eleuentur ab eis, Deus verò deſcendit ad humiles, & abiectos, vt eleuet, & coronet eos, collocetque cum Principibus ſui cæleſtis Populi: de ſuperbia verò eleuatis contra, qua de
D. Auguſt. tõ. 10 ſerm. 2. In feſto Aſcenſ. Domini de tẽp. 175. re Diuus Pater Auguſtinus ait. *Videte fratres, magnum miraculum. Altus eſt Dominus, erigis te, & fugit à te, humilias te, & deſcendit ad te. Quare hoc? quia excelſus eſt Dominus, & humilia reſpicit, & alta de longe cognoſcit. Humilia de proximo reſpicit, vt attollat; alta ideſt ſuperba de longe cognoſcit, vt deprimat.* Formoſus quæſo conſideretur itineris Domini modus. Ad flectentes ſe humilitate deſcendit, & ab eleuantibus, extollentibus ſe ſuperbè, recedit. Quemadmodum iuxta noſtrum percipiendi modum lampades ante altaria Sanctorum pendentes, ſic accenſę di-
Simile. ſponuntur, vt dum pertrahendo homines ſe flectunt, illę deſcendant, & dum remittendo ſe erigunt, illę ſurſum euntes refugiunt. Lampas igne charitatis ſuccenſa Chriſtus Dominus noſter dicatur. De quo pro cæleſti templo, ſeu
Apocal. cap. 21 q. Ciuitate dixit Beatus Euangeliſta Ioannes, *Et lucerna eius, eſt Agnus.* Tu te humiliando flectis, & ipſum ſic volentem, deſcendentem ad te perbellè trahis, tu te ſuperbè eleuas, extollis, & ipſe ſe elongando à te recedit, quoniam humiles Deus diligit, ſuperbos autem odio habet. Hæc benè obſeruanda, vt ſuper nos deſcen at Domini Dei gratia.

Miranda verè ſcriptura illa Regis Prophetę Dauidis de Domino Deo dicen-
Pſal. 26. tis. *In petra exaltauit me.* Verùm id quomodo, quando? numquid eũ velut colũnam marmoream eleuauit, & ſtatuit ſuper baſem lapideam? minimè numquid velut concionantium iuuenem ſuper ſaxum in platea? nec etiam ita;
Ly an. numquid Thronus Regis Iſrael lapideus? non quoniam ex lignis ſuo genere pretioſis, & aureatis. quorſum igitur ſic dictum? ſcio iuxta hiſtoriam ſenſum

eſſe

A eſſe talem, nimirum Dauidem eleuatum, exaltatum in petra, nempe in loco ita nuncupato, hoc eſt de Saulis diri perſecutoris manibus ereptum. Item iux ta myſterium, in petra exaltatum, ſcilicet in Chriſto tunc venturo mundi Reparatore. *Petra autem erat Chriſtus.* In eum Dauid credidit, ſaluatorem Meſſiam prophetauit, ei obtemperauit, & ad Cælorum Regna eum Dominus exaltauit. At ſecundum moralitatem etiam noſtro in propoſito dicamus. Petrę quippe proprium eſt tendere deorſum. quod effectus eſt humilitatis, atque viri ſe humiliantis hoc in ſæculo coram Domino, & proximo ſuo. eſto tu in tali petra, & exaltabit te Dominus ad æthera. Eumdem ſenſum facere dicatur illa quoque Domini ſententia eumdem apud Prophetam Dauidem. *Poſui adiutorium in potente, & exaltaui electum de plebe mea.* Sed ſi potentem iam eum no uerat, vt quid iterum exaltuerat? audi, potentem mentis, ac virtutibus multis, ſed ſua humilitate iacentem, commorantem in plebe hunc Dominus talem bene agnouit, & maioribus donariis auxit, quoniam humiles diligit, & extollit; quamobrem & nos humiliemur, vt gratia Domini augeamur. 1. Corinth. c. 10. b. Pſal 88.

Qui vult cum Chriſto aſcendere in Cælum, deſcendat prius cum eo deorſum, nempe in humilitatis profundum; priuſquam enim ille ſuper aſtra aſcenderet ſummopere ſelegit deſcendere. Reuocetur, quæſo, in memoriam, quod Sancta Eccleſia in omnium Sanctorum ſolemnitate canit. *O quam glorioſum eſt Regnum, in quo cum Chriſto gaudent omnes Sancti amicti ſtolis albis ſequuntur Agnum,* B *quocumque ierit.* O bone Deus, ergo in Cælo pergens ambulat Agnus Dei, & cum eo eius Sancti? Quantum ad anagogiam ſenſus talis eſſe poteſt; quod Sancti omnes eius cum diuina conueniunt voluntate, eam omnino attendentes cum Chriſto Iudice ſummo venientes ad Iudicium, atque teſtes eius fideles, ſententiam immutabilem confirmantes, iuxta illud Diui Pauli Apoſtoli. *An neſcitis quoniam Angelos iudicabimus?* Aut etiam ſic dicatur. Quomodo ſe habeant, ſeu ſtent in Cælo Sancti nempe quo ad modum manendi præſentis noſtrę conſiderationis non eſt, ſed noſtrum ad propoſitum dicamus. Sanctos in cæleſtibus quodammodo ambulare, ſeu peregrinari. ſecundum illud Dauidis *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? &c.* Quę verba Diuus Pater Auguſtinus legit. *Quis peregrinabitur in monte ſancto tuo?* Sed quomodo id? ergo ibi pergentes peregrinantur Sancti? non propriè quidem ad literam ſic intelligendum, ſed quatenus in Patria Beati cupientes volentes ſcire, videreque, quid in hac vel illa Ciuitate, ac domo, agitur ab hoc, & illo hominum, vident perbellè proſpicientes in mundo illo Archetypo, in eſſentia diuina, in illo diuino verbo, & ſic quo ad nos hic dicuntur pergere, peregrinari, & Agnum ſequi. In feſto omn. Sanct. 1. Corinth. c. 6. a. Vide Aeg. Rom. col. 2. ſent. Pſal. 14. D. Aug.

Verùm magis ad propoſitum ita. Per Regnum Cælorum etiam quandoq; accipitur præſens Eccleſia militantium, iuxta illud Diui Gregorii Papę dicentis. *Sæpe iam me dixiſſe memini, quòd plerumque in Sancto Euangelio Regnum cælorum præſens Eccleſia nominatur: congregatio quippe iuſtorum, Regnum cælorum dicitur.* Tunc ſic. Quo C cumque viuens hic Agnus Dei perſonaliter ibat, ſequebatur illuc Diſcipuli; ſe humiliabat, & ipſi imitantes, & docentes magna voluntate alios ſe quoque humiliare. Et quò profundius, exempla de ſe talia dando, ſe humiliauerat, eo altius ſuper æthera glorioſus aſcenderat. *Quòd autem aſcendit, quid eſt, niſi quia, & deſcendit primùm in inferiores partes terrę? Qui deſcendit, ipſe eſt, qui, & aſcendit ſuper omnes Cælos.* Quamobrem eum ſic ſequuntur iuſti prius ſe humiliantes, & poſt hæc quoque ſequuntur Agnũ eumdem in ſuperna Cælorum aſcendentem. Sequamur & nos ſic prius hic Agnum, quoquunque ibat, vt eum conſequamur in Cælum. *Qui non accipit Crucem ſuam, & ſequitur me non eſt me dignus. Et qui vult venire poſt me, tollat Crucem ſuam, & ſequatur me.* Et nihilominus non omnes Sancti eius affixi Crucibus fuerunt. tamen cum Agno regnant, & ipſi in Cælo, digni eo inuenti. Audi, audi, qui Crucem ferendo tolerat nedum paſſionem ſentit, ſed onus ferendo ſe flectit, quod ad humiles ſpectat, quoſque Dominus amat. Sic, ſic noſtram, & nos Crucem feramus, Agnum cernui ſequamur, quo ibat, vt ſecum ad cæleſtia nos erigendo extollat. Eph. c. 4. b. Matth. cap. 10. d. Marc. c. 8 d.

Huc non minus illud Canticorum conſiderandum venit, vbi ſponſa. *Deſcendi, ait, in hortum nucum, vt viderem poma conuallium.* Sed quænam ſponſarum delitię inter nucum arbores. inter conuallium poma, & flores? magis congruè videbatur aſcendendũ ad eminentia pomaria, ad colligendũ flores, & ſimilia. Cant. c. 6. d.

Verùm dimiſſo literali, ac myſtico ſenſu, nos modo moralem attendamus D
hanc. Nuces foris habent in cortice amaritudinem, intus verò crucem, illā qui geſtant, & hanc, qui portant, ſe propemodum conglobant ob dolorem & flectunt. Quę illis contingunt, qui humilitatem profitentur. Non ad ſublimia conſcendit ſponſa, ſed in conuallibus ad earum flores, & poma deſcendit videnda, & colligenda. Quibus Domini humiles, hoc eius pomarium inhabitantes, facilè intelliguntur. Quoniam ſuperbos contemnit, humiles verò diligendos ſuſcipit, & ad cæleſtia diuertit. Quo in propoſito bellè facit il-
Luc. c. 14. c. lud Domini ſecundum Lucę Euangelium. *Cum vocatus fueris ad nuptias, vade, recumbe in nouiſſimo loco, vt cum venerit, qui te inuitauit, dicat tibi. Amice aſcende ſuperius.* Notetur quæſo, eum à Domino vocari amicum, & cur ſimili nomine, amici non appellatus, qui iam ſuperiori in loco ſedebat? num ille amicus non erat? forte non cum de ſe, ſua ſponte magna, ſeu ſuperbia ſtatim ingreſſus ſuperiorem ad locum aſcenderat; & ideo Dominus ibidem Phariſæis, ſe humiliantem extollendum, extollentem verò ſe humiliandum, & deprimendum dixit.

Eumdem ſenſum facere dicantur ea, quę ibi ſequuntur, verba. vbi Pater ille familias magna cena parata, & ſenioribus ad eam venire contemnentibus, velut indignis iurè dedignatus, vocari pauperes, ac debiles, introducique iuſ-
Ibidem vbi ſupra. e. ſit. *Exi, ait, citò in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, cæcos, & claudos introduc huc.* Quare in plateas, & ciuitatis vicos, non in palatia, & domus? quoniam ibi præcipuè humiles in loco ſic humiliori iacentes. eam verò per E
cenam, cæleſtem patriam beatorum gloriam Sancti Patres intelligi aſſerunt. de quo negotio Gloſſa Moralis ex Diuo Patre Auguſtino inquit. *Per pauperes*
Gloſſ. Moral. D. Aug. *intelliguntur verè humiles, qui ſunt pauperes ſpiritu, vt exponit Auguſtinus. Beati pauperes ſpiritu, idest non habentes inflantem ſpiritum. Per debiles, nihil ſibi virtutis attribuentes. Per cæcos viſum ab illicitis reprimentes, Per claudos, defectus proprios conſiderantes. Omnes iſti ad cenam Domini ſunt introducendi.* Et quid de aliis? nulla fit mentio de illis quoad introduci ad illam menſam Domini. Inſuper illud vnum etiam præcipuè conſiderandum, nempè quod relictis ſenioribus ſuperbis illius cenę contemptoribus ſemel inuitatis, Pater familias bis vocari mandauit, atque introduci pauperes, ac debiles, primò de plateis, & vicis; inde verò viis, & ſæpibus. In viis ad petendam eleemoſynam pauperes, in ſæpiū verò ſpinis, qui tribulationibus vexantur, ſanè vt intelligi detur, quàm Dominus ſuperbos abhorreat, humiles autem diligat; illis namque contemptis, hos ſemel, atque iterum vocari, introduci mandat. quamuis, & ceteros quoſque viuentes minimè omninò deſerat.

Cum Vates Domini Dauid Pſalmos componeret, caneretque multos, in eorum vno præcipuè dixit Domino. *Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum*
Pſal. 141. *tibi.* Quid ſibi vult hoc? numquid Dauid carcere mancipatus, vt Ioſeph in Aegypto, aut ipſe carcerum cuſtos erat? minimè, namque Rex ipſe. Quorſum ergo ſic efflagitabat. Carcerem, & Ergaſtulum dicamus hunc mundum hoc ſæculum, vbi Dauid, aliquando peccatis circumligatus cuſtodiebatur à Dæmonibus quod haud ignorans, attendens, rogabat à Domino liberari, vt ſeruire poſſet ei. Benè quidem ſic: Sed hæc & per aliam eiuſdem declarentur ſcripturam, qui præuiribus humiliabatur, vt ſic à Domino liberaretur. Ma-
Simile. net quis in procera, valdeque tuta recluſus Arce, vnde cupiens, rogans liberari, eleuata mœnia tranſgredi, & ſic in præcipitium dari, non expedire cognoſcit, cui cuſtos, vel amicus ait. magnum te video, agnoſco Gygantem, fores ſunt humiles, & arctę, tu te incurua, humilia, & oſtio aperto exibis liber in ſpatioſum iter. A ſimili, prout ſupra, carcere Dauid ſe recluſum aduertens, dolens, de incuruatione, de humilitate, vt auxilio Domini poſſet exire, cogitauit, & Dominus eum liberauit. *Cuſtodiens, ait, paruulos Dominus, humiliatus ſum,*
Pſal. 114. *& liberauit me.* Quid eſt paruulos? humiles, reſpondet ex Diuo Auguſtino
Intert. D. Aug. Gloſſa Interlinearis, ſiue cum Pagnini verſione, ſimplices. Quamobrem eſto tu quoque talis, & proſperum hinc exitum ad libertatem ſupernorum Ciuium habebis.

Proſe-

A

Proſequitur Auctor idē argumentum, agendo videlicet de humilitatis vtilitate, ac neceſsitate nobis in via ſalutis.

CONFIRMANTVR autem certioribus exemplis, ea quę ſupra ſunt dicta, nimirum, quod ad tutum hinc exitum, neceſſum eſt humiliari ſub potenti manu Dei. Nec quidem coactè, ſed magna voluntate, & propria ſponte. Ingreſſis Noe, & filiis eius cum eorum vxoribus, & ex cunctis animantibus in fabricatam iuſſu Domini Arcam. *Clauſit eam Dominus de foris.* (Gen. c. 7. c.) Tempore verò egreſſionis dubioprocul idemmet Dominus aperuit, vniuerſi vt egrederentur; non enim hominibus, & magnis animantibus, vix quidem nonnullis auibus, per feneſtram exitus. *Egredere*, ait, *ad Noe de Arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum, & cuncta animantia, quę ſunt apud te.* (Gen. c. 8. c.) Oſtium autem Arcę licet apertum congruebat nihilominus, paruum, & humile, ad maiorem Arcę ſecuritatem, & proportionem. Quo

B

circa ſi homines illi nimis ſe extollere quæſiſſent, & animalia illa erecta duos ſuper pedes ambulaſſent, aueſque non ſe dimiſiſſent, propemodum illinc egreſſum non habuiſſent. Ex quibus liquet, qui cupit neceſſariam, facilem, ac tutam hinc egreſſionem habere, debet ſe humiliare. Se animo puro humilians libertate donatur, contra verò accidit, qui ſe ſuperbè extollit, prout & ipſe Dominus in Euangelio dixit.

Dignum quippe ſcitu, quod Hebræorum Rabbini referunt, nempe Pharaonem in Aegypto ad ſuę Ciuitatis fores poſuiſſe Idola, & Ianuas fieri iuſſiſſe in modum paruas, adeo vt ingredientes, & egredientes neceſſariò volentes nolentes poplitem, ſic ſaltem corpore, & ſi non corde ea venerarentur Idola. (Rabbini.) Prout Abrahę in Aegyptū deſcendenti cum vxore Sara contigiſſe dicunt. *Venientes in Aegyptum more viuant Aegyptiorum.* (Gen. c. 12. d.) Dicebat Tyrannus eorum. Itaque ſi Abraham, & inde ceteri quoque Iudæi illuc ingreſſi non ſe humiliaſſent, flexiſſent, nequaquam in libertatem egreſſi fuiſſent. Operepretium eſt nos humiliari, vt poſſimus liberari, & aptus Domini Thalamus fieri. Cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus tempore magnę Paſſionis ſuę in horto deprecaretur orando Patrem ſuum omnipotentem, vt quam citius pateretur, & moreretur, nec vlterius ſua mors differretur, prout Dionyſius Alexandrinus exponit illud Matthæi. *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* (Dionyſ. Alexan. in Matt. c. 26. d.) Se incuruando, flectendo, procidit in faciem ſuam, vt facere conſueuere famuli, ſerui dominis ſuis coram ſe humiliantes.

C

Quemadmodum Euangelicus ille. *Procidens autem ſeruus ille orabat eum dicens, patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* (Matt. c. 18. d.) Sanè vt Dominus intelligere daret exemplo, congruere neceſſariò humilitatem cupientibus, mentis optata conſequi, & exitum habere ſalutarem.

Dicet fortaſſe quis de numero dominantium, & Præſulum, ego magnus, & potens, magnam ſentio difficultatem magnumque ſuſtineo laborem in quacumque humiliationis actione, cui quidem credo, ſed pro eius conſolatione dico, in difficili virtutem eſſe, & quo maior difficultas, ac labor, eo propemodum maius meritum, & forè præmium. Audiamus Dauidem ea expertum omnia Domino dicentem. *Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte vniuerſa delicta mea.* (Pſal. 24.) Ex adhibita humilitate, toleratoque labore audebat ſe Domino coram præſentare, & veniam conſequi poſſe. Fecit Deus primis parentibus noſtris poſt patratam mandati tranſgreſſionem, tunicas pelliceas, Adæque dixit. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* (Gen. c. 3. d.) Ecceque labores, & dolores, prædixit non paruos, qui & nihilominus miſericors, ac pius eos coniuges non deſeruit, ſed vniuerſa eorum delicta inde dimiſit. Per pelles ouinas, humilitatem intelligas, hominibus decentem, & iuſſam: in afflictione verò, ac ſudore labor, Quamobrem & ſi humiliando te ipſum, percipis laborem, ne doleas, ne re ceſſes, ſed ſuſtine Dominum, & confortetur cor tuum; nam labo

rantes

rantes Dominus reficit, & humiles extollit, vt fiant aptus, in quo ipſe ſuſcipia D
Mor. in Paſſ. Dom. p. 1. Hortus Prædic. Lectul. Salo. p. 2.
tur, Thalamus. Hac autem de re plurima ſi cupitis, quæſo, ne dedignemini requirere formoſiora quidem noſtris in Moralibus: in horto Prædicantium edendo: in libro de Doloribus, & Gaudiis Beatę Marię Virginis, quibus in locis, atque alibi prolixius de humilitate, eiuſque mirabili virtute diſſeruimus.

Nequeo tamen quædam his quoque non interſerere pauca hæc. Ad Dominum orare, ipſum ad obtinenda mentis optata exorare contendis? eo ipſo coram prius alas, & vela humilitatis expande, atque ſic valde maior tu te ipſo efficieris. Cum Moyſes Dominum Deum de Rubo ſibi dicentem audiſſet.
Exod. c. 3. b.
Ego ſum Deus patris tuis, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob. Mox, prout ibi ait ſcriptura, pallio ſuam operuit faciem. Quare? fortaſſis timens ex inſpectione illius cæleſtis, ac diuinę flammę, in qua Deus ipſe, ſibi oculos obcæcari, ideo contra Deum aſpicere non audebat. Verum etiam moraliter aſſerunt, illum ita feciſſe præ humilitate audiens ſe nominari ſimul cum illis tantis Patribus, & eorum operibus. Atque mox ſe fore Pharaonis Deum, eo coram miracula facturum audiuit. Reuocetur in memoriam illa Iacob cælitus facta viſio. Cum iuſſu Domini in regionem longinquam pergeret.
Gen. c. 28. c.
Vidit in ſomnis ſcalam, ſtantem ſuper terram, & cacumen eius tangens Cælum, Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalę, &c. Sed cur deſcendere, vt inde aſcendatur? cum eſſes iam eleuatus in altum, vt quid deſcenderes, vt poſteà conſcendere valeres? ſi iam ſurſum erant magni Angeli, eleuati, quare deſcendebant, E
Rupert. Abb.
cum tamen ſurſum reuerti debebant? Reſpondet Rupertus Abbas, vt ſuo modo per humilitatem ſic deſcendentes, ad Dominum reuertentes, eo coram apparerent maiores. Non igitur credas te ipſum humiliando diminui, ſed valde maiorem ſcias te fieri.

Si memoria tenetis, illi duo Seraphim viſi à Propheta Iſaia in obſequium Domini, nedum volitabant circum ipſum Dominum Deum, ſed alis etiam duabus operiebant faciem eius.
Iſa. c. 6. b.
Vidi, ait Propheta, *Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, &c. Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alę vni, & ſex alę alteri. duabus velabant faciem eius, &c.* Sed cur Domini faciem ſuis alis velare, quam ſemper proſpiciunt, & proſpicere ſine fine cupiunt? Reſpondent Gloſſę Interlinearis, & ordinaria ex Patribus.
Interl. Ordin. D. Chryſ.
Quia quę ante mundi constitutionem fuere ignoramus. Aſſerunt nihilominus ex Diuo Ioanne Chryſoſtomo, magiſque noſtro in propoſito, ita factum ab Angelis, quoniam per aſſumptę carnis noſtrę humilitatem, quodammodo clariorem, lucidiorem apparuiſſe Dominum, quaſi vix ita eum, vt ſic dicatur Seraphim illi potuiſſent intueri, erat autem tunc Dominus humana in ſimilitudine noſtra. Quod ſanè totum miro humilitatis affectui probè adſcribitur. Plurimum autem propoſito facit alia verſio hæc habens.
Hebr. lect. Lyran. Exod. c. 3. b.
Duabus velabant faciem ſuam, & duabus velabant pedes ſuos. Inſtar Moyſis in faciem Dei olim intendere non valentis, neque contra eum aſpicere audentis, nimio emicantem ſplendore. F

Optime quidem teneo, iuxta Catholicam fidem, & Diui Athanaſii Symbolum fidei, Chriſtum Dominum noſtrum, Dei Patris omnipotentis filium eſſe ei æqualem ſecundum diuinitatem, minorem verò ſecundum humanitatem; attamen iuxta noſtrum intelligendi modum ex aſſumptę carnis humilitate videtur quodammodo ſe ipſo apparere maior, & venerabilior. Maria Magdalena vinculis charitatis tracta perrexit ad monumentum, anxia quæritando Dominum, quem tunc rediuiuū non inuenit, ſed bene Angelos eam ibi interrogantes, & reſponſionem accipientes vidit. Cum autem ſic loquerentur inuicem Magdalena ſe retrorſum ex improuiſo vertens Dominum ſtantē aſpexit. *Conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem.* O pia, ò deuota mulier, quis
Ioann. cap. 20. d.
te docuit ſic peragere, loqui cum Angelis, & retroſpicere. Diuus Chryſoſtomus conſiderat, & aſſerit Angelos vidiſſe poſt terga Magdalenę Chriſtum Dominū apparuiſſe, propterea de repente conſurgentes, flectentes, admirantes adorauere Dominum, quem actum, quem geſtum illa concernens, mox quid noui eſſet, vt intueretur, conuerſa eſt retrorſum, & vidit, quem quæritabat Dominum.
Diu. Chryſ. homil. 58. apud D. Thō in Catena.
Sed quare, ait, ad Angelos loquens, & nondum aliquid de hoc ab eis audiens conuertitur retrorſum? mihi videtur quòd hæc eis docente, Chriſtus poſt eam apparuit, & Angeli conſiderantes Dominatorem, & figura, inſpectione, & motu oſtenderunt, quoniam Dominum

minum

A *minum viderunt.* Optime quidem ſic. At nonne ſemper vident Dominum Deũ trinum, & vnum, quocunque pergentes gloriam, & viſionem beatificam ſecum deferentes? maxime. Quorſum igitur tam magno geſtu inſolito ſe eleuantes, & flectentes adorauere? neſcio niſi ſic reſpondere; quoniam ex aſſumptę carnis humilitate, vt ſic dicam, dignior, venerabilior, maior apparere viſus eſt. *Diuinitas erat humanata.* Dixit Diuus Remigius. Interim magnum perpende tu humilitatis effectum. Diu. Remig.

De Diuinę Scripturę magna dignitate, virtute, laude, vtilitate, atque nobis ideo neceſſaria eius frequenti cum lectione.

ELOQVIVM Diuinum, ſiue in libro lectum, ſiue auditoribus ore prolatum, magna ſemper attentione percipiendum, & conſideratione attendendum, ſiquidem excelſę dignitatis, eximię virtutis, & ſummę vtilitatis eſt profeſſoribus ſuis. Multas poſt diſputationes Romę habitas ea B ſuper re, quibus videlicet maior laus, & honos deberentur, armis, an togis; militibus, vel doctoribus? tandem decreuerunt, vt irreſolutum remaneret negotium, vnde exiuit prouerbium. *Et adhuc ſub iudice lis eſt.* Erexeruntque Cæſaris ſtatuam altera manu librum, altera verò gladium cum dicterio tenentem. *Ex vtroque Cæſar.* Nulli primum locum, ſed vtriſque laudem dantes quaſi dicerent, hę, & illę poſſunt hominem dignitatibus eleuatum, & imperantem facere, quę ſi in vno ſimul, is nullo magis iure honoratur. Verùm poſt hæc proſiliens in medium Marcus Cicero, latinę eloquentię pater, auſus, & non iniuria quidem fuit, ipſam ſententiam ferre, ablata lite de ſub Iudice, dicens. *Cedant arma togę* Quod aliqui gloſſati fuere, bene quippe quod dictum eſſe, ſed pacis tempore id locum habere, contra verò belli occaſione. Marc. Tulli de Offic. lib. 1.

Quamobrem optima, & fideli ratiocinatione ſubſequendo magnus ille Rex Iſraelitici populi Dauid, ad priſcorum opinionem redi t nimirum vtrumque ſimul congruere, ac neceſſariam eſſe, præſertim Dei amore, iccirco de ipſius Domini amicis ità pulchre ſubſcripſit. *Exultationes Dei in faucibus eorum, & gladij ancipites in manibus eorum.* Non tamen ſententia præfiniuit, quibus deberetur plus, his, vel illis. Quamobrem venit Diuus Paulus Apoſtolus, & re diligenter attenta, pertractata, decreuit Principem locum eſſe iure dandum ſacro ſermoni, verbo Domini, velut vlla abſque comparatione validiori. *Viuus ait, eſt enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, &c.* Ex quibus C luce clarius patet, quàm magnam eſſe dignitatem, excellentiam, & virtutem diuini eloquii, ſeu ſacrę ſcripturę, à fidelibus frequenter perlegendę, cui primus debetur locus. Immo ipſa gladius eſt, & ſermo, ad ferendam victoriam in Domini Dei laudem, & ipſorum fidelium ſalutem, cum vtriuſque, nimirum ſermonis, & gladii miro modo fungantur officio. Pſal. 149. Hebr. cap. 4. c.

O quàm mirabilis eloquii ſacri effectus, & quàm magna virtus eius? Quis nocte abſque lumine pergens incautè, miſer in foueam luto plenam cadit, gemens, auxilium petens deprecatur, lumen adfertur, ille de luto, & vitę periculo educitur, eoque lumine ad rectius, ad tutius in via pergendum vtitur, & latori pientiſſimo gratias referre non obliuiſcitur. Rex ipſe noſter Dauid nimis incautus aliis cum multis perambulando in huius ſæculi tenebricoſa nocte, in foueam lætalis luti dilabendo cedidit, & vocem ſuę miſerię dedit hanc. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę vſque ad animam meam, infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia.* Inter has autem res finitas, quę nos adiuuare, liberare poſſint, nulla eſt; ſed adiutorium noſtrum à te Domine; quos Deus ipſe non deſpexit, non deſeruit; ſed miſſo cælitus adiutorio, verbo ſuo eos de vitę tanto diſcrimine eripuit. *Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos, & eripuit eos de interitionibus ſuis.* Qua de re Dauid datus in libertatem, accepti beneficii memor generoſo liberatori ſuo ait. *Lucerna pedibus meis verbum, & lumen ſemitis meis.* Simile. Pſal. 68. Pſal. 106. Pſal. 118.

Eo di-

Digitized by Google

Eo diuinę ſcripturę, ſancti eloquii tui lumine, lectione, auditione colluſtratus D
ſubleuatus, reum me dixi, euaſi. Qua pariter vſus ſum vlterius ne dilaberer. Per pedem, intellige affectum, & voluntatem: per vias verò, virtues Theologicas, & per ſemitas, virtutes ipſas morales, ac ſi dixiſſet vir ille, ego ne ſecularibus delitiis in poſterum cor apponam, ne ve vtcum que in virtutibus tũ infuſis, tum acquiſitis errare me contingat, adhibui ſacrę ſcripturę diuini eloquii lectionem, benè attentatam, & frequentem.

Quam plurimi ex hominibus iaculis peccatorum tranſuerberati iacent miſerrimi cum æternę perditionis periculo moribundi; ſed aduenıente, audito, lecto Domini Dei eloquio, conſurgentes, conualeſcentes ſanantur. Tot ſagittis Sanctus Sebaſtianus ad palum alligatus de impiorum manibus reperiebatur transfixus, vt vix vi caro eius videretur. Audiamus Patrem Zachariam Lipeloo Carthuſienſem hac de re ſic dicentem. *Diocletianus vehementer exagitatus iuſſit Sebaſtianum ex templo amoueri, & in campo ad ſtipitem ligatum ſagittis transfigi. Factum eſt hoc tanta crudelitate ab impijs, vt inſtar Hericij ex ſagittarum denſitate hirſutus videretur. Cumque eum iam certo certius extinctum putarent, eo relicto abierunt*, Quem Sancta Mulier Irene pietatis cauſa ſuſcipiens, eductus de corpore telis, domi ſuę curari atque ſanari procurauit. Nec abſuere doctores ſimile factum arbitrantes de illo quodam homine deſcendente ab Hieruſalem in Hierico, quòd videlicet latrones eo vulnerato abiernnt, ſed in eius plagis relicto, quo eum vulnerauerunt, ferro, quod pius Samaritanus eduxit, & ſemiuiuum vulneratum ad proximius ſtabulum perduxit, ſanandumque multa diligentia curauit. E

> Zach. Lip. tom. 1. de vitis Sanct.
>
> Luc. c. 10. c.

Modo quę dicta ſunt noſtro applicentur propoſito. Ecce, ecce, ò lector piiſſime, vulneratus homo peccator, culparum acuminibus lætalium, velut tot ſagittarum cuſpibus ad mortem tranſuerberatus, opere ſuę voluntatis malę, atque valde tentationis diabolicę. At ſuperueniens diuinę ſcripturę lectio, diuini verbi auſcultatio facilè ferrum, nempe peccatum educit, hoc eſt peccatorem, vt de ipſo peccatum educatur, bellè diſponit, ſic vulnerati peccatoris ſanitatem miro modo effecit. Quis, quis fidelium piorum id conſiderandum non dicit? Expertus Rex Pſalmigerus audiatur. *Ferrum, ait, pertranſiit animam eius, donec veniet verbum eius.* Num vulneraris tu peccatorum ſagittis? valde quidem. Ergo ad ſacram reccurre ſcripturam, ad audiendum, ſiue legendum Domini Dei verbum; & plurimum ad educendum tale ferrum, teque ad ſpiritualiter ſanandum, mirum quippe in modum diſponi ſenties. De qua re Diuus Chryſoſtomus inquit. *Qui verò eſt vulneratus à Diabolo, in ſcripturis ſacris inuenit cibos medicinales, & ſalutem per pænitentiam.* Etiam cibus, & herbarum ſuccus non parum prodeſt ad educendum de vulneribus ferrum, & hic quam validus diuinarum ſcripturarum effectus ad ſpiritualem præfatam operationem.

> Pſal. 104.
>
> D. Chryſ. ſup. Matt. c. 22.

Quis autem dicere poſſet, ego rudis, & ferme nullius talis bonę cognitionis particeps, vt quid igitur ſacram me legere ſcripturam, & verbum audire diuinum de ore concionantium? cui poteſt ſic facile ſatisfieri, etenim ſi de ſacrarum ſcripturarum lectione agitur, tunc ſermo noſter ad ſat peritos, & huiuſmodi aptos præcipue dirigitur: quo verò ad audieudum Dei verbum, omnibus Chriſtifidelibus id ſuadetur, & committitur, id ſiquidem illuminat, docet, ſanat, & conſimiles effectus mirabiles ſalutares in ipſis auditoribus, & lectoribus producere ſolet. *Lex Domini immaculata, conuertens animas, teſtimonium Domini fidele ſapientiam præſtans paruulis.* Nimirum ſimplicibus, & humilibus prout ſupra dicebatur. Certiſſimum huius veritatis teſtimonium perhibet Sanctus Pater Romoaldus Abbas Ordinis Camaldolenſium Inſtitutor, qui cum non exquiſitę, ſed minoris eſſet intelligentię, profeſſionis tamen humiliſſimę, omnes Dauidicos Pſalmos commentatus eſt; quoniam & aſſiduus diuinę ſcripturę cum ſimplicitate, ac humilitate lector, & obſeruator extitit. Exemplũ præben s ſic optimum cunctis ſui inſtituti profeſſoribus, atque ceteris, quod præ viribus imitantes euaderent, Deo adiuuante ſimiles. F

> Pſal. 18.
>
> Petrus Dam. Card. Rauen. in eius vita.

Omnia

A

Omnia quipè nobis bona ex diuinę Scripturę frequenti lectione, ac dilectione quotidie magis protendere debemus; è contra verò deſerentibus, & contemnentibus eam.

DE ſcripturę diuinę vtilitate, neceſſitate, excellentia, virtute haud ſumpſi ex profeſſo diſcerere; nam id exactè mens humana cogitare, lingua enarrare, calamuſque conſcribere ſatis (etiam per partes) numquam poſſet; tanta enim eius eſt nobilitas, decor, virtus, efficacitas ad fugam inimicorum, ad ſalutem fidelium, ad omniumque conſequutionem bonorum, vt nullatenus, aut vix parumper enarrari queat. De qua Diuus Pater Auguſtinus inquit. *Maior eſt huius ſcripturę auctoritas, quàm omnis huma* D. Aug. lib. 11. in Gen. ad literam.

B *ni ingenij perſpicacitas*. Hæc iure diuina dicitur, quam Deus ipſe donat, inſpirat, elargitur. Quod etiam Ethnici non ignorarunt, immo & confeſſi ſunt, nullam ei penitus læſionem, quamuis leuem, inferre quidam audentes. Referente Ioſepho Hebræo, Antiquitatum libro 22. Ptolomeus Philadelphus Rex Aegypti, cum ſacros libros, quos ex Hebræo in Græcum idioma Septuaginta Interpretum opera, ac ſtudio transferendos curauerat, à Demetrio Phalereo Bibliothecę Regię Præfecto accepiſſet, volumen illud quaſi numen aliquod admiratus, adorauit, & percunctatus, cur nec Hiſtoricus vllus, nec Poeta tā admirandę legis vnquam meminiſſet? Ex eodem Demetrio accepit, neminē auſum attingere eam legem, quam diuinam eſſe, & omni veneratione digniſſimam conſtaret, eos verò, qui ſecus facere auſi fuiſſent, Deum iudicem, & vltorem ſuę temeritatis expertos eſſe. Ioſeph. Heb. lib. Antiq. 22. c. 2.

Et ſequitur ibi ex eodem Demetrio aſſerente, Theopompum inde quædam delibare, & ſuę hiſtorię inſerere molientem, totos triginta dies mente motum fuiſſe, vt per amentiam purgaret audaciam: ſed per aliquod inſanię interualla ſuis precibus Deū placaſſe, & ſanitatē recepiſſe. Præterea, & Theodectē neſcio quid ex ſacris literis ſuam in Tragediam trahere conantem, in audacię pœnam ſubita oculorum caligine obcæcatum, vt oculorum lumen amitteret, qui ſcripturarum lumen violaſſet, ſed tandem cum eum ſui errati pæniteret, exorto numine perditam aciem recuperaſſe. Hæc Ioſephus, prout etiā Ibidem. Ioſeph.

C apud Franciſcum Mendozam. Cui negotio quàm pulchrè facit illud in Apocalypſi Ioannis. *Apertum eſt templum Dei in Cælo: & viſa eſt Arca teſtamenti eius in templo eius. Et facta ſunt fulgura, & voces terręmotus, & grando magna*. Nam vbi primùm in Eccleſia Dei Arca teſtamenti, hoc eſt diuina ſcriptura videtur, aperitur, ſtatim tamquam ex cæleſti quadam Arce, noniam leuiores haſtę, & ſagittę euibrantur; ſed fulgura, & tonitrua, quibus Hæreticorum mentes exterrentur, ne deinceps ad illam oppugnandam temerę aggrediantur. Vti bene diſcutit Franciſcus Mendoza, vbi ſupra annotatione 2. ſectione 3. Apud Franc. Mendo. in 4. lib. Reg. tom. 1. Apo cal c. 11. d.

Quo ſimiliter pulchrè venit expoſitio Aponii in illam Prophetę Abacuc ſcripturam. *Væ, qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, vt inebrians, vt aſpiciat nuditatem eius, repletus eſt ignominia pro gloria*. Mire autem ſic ille Doctor occaſionaliter in Cantica id exponendo ait. *Dulcia verba ſanctę ſcripturę venenoſis ſenſibus ſuis inficientes, ſapore lætali inter ſe variantes, vnius mortis æternę conuiuium præparant*. Quibus intelligi datur, ſic delinquentibus æternum fore ſupplicium; eſſeque robur diuinę ſcripturę quā magnum, potens, tremendum, & nullatenus extorquendę in malum; ſecuſque facientibus væ. Huc pariter venit illud Amos ſeptimo. *Et ecce Dominus ſtans ſuper murum litum, & in manu eius trulla cementarij*. Per murum idem Doctor Aponius diuinam intelligit ſcripturam, quam ipſe Deus conſtruit, protegit, fouendo linitores, expoſitores bonos, feriendo malos. Murus eſt Abac. c. 2. d. Apon. lib 2. comm. in Cant. Amoſ. cap. 7 b. Apon.

Digitized by Google

diuina ſcriptura, numquam euertendus, conterendus; verbum enim Domi- D
Lect. Symm. Aquil. Septua. ni manet in æternum. Cui belle facit lectura Symmachi, Aquilę, & Septuaginta hæc. *Super murum adamantinum*. Sane, vt iaciatur diuina ſcriptura cunctis timenda, inexpugnabilis, expetenda.

Hæc arcet, ferit inimicos; tuetur, fouet, conſolatur fideles amicos, obſequentes, pios. Feuardentius in primo capite Ruth de Nabucodonoſore iniquo Rege ſermonem habens, cur videlicet tot per annos cum beluis demoratus, a Regno, & ab hominum conſortio profugatus, ait. *Quia eius ſatellites, & miniſtri libros legis conbuſſerant, ſeptem annos, quaſi immanis belua, regno, hominum conſortio, menteque priuatur*. Ac ſi inter homines eſſe non debeat, qui diuinas literas colere recuſat. Cum Sanctus Pater Auguſtinus ſuę conuerſionis initio zelu Domini amoris iam exardeſcere, ergaque proximũ charitatis igne incendi ſe ſentiret, cupiens quotidie magis proficere in his, & rectius in via Dei, in qua alius ſic alius ſic ibat, ambulare, ad Sanctum Simplicianum, conſilia expetendi cauſa ſe contulit. *Tunc Simplicianus eum ad ſacram ſcripturam, humilitatemque Chriſti amplectendam vehementiſſimis, & rationibus, & exemplis adhortatus eſt*. Quo luce clarius apparet, quantum proſit diuini eloquii lectio cum humilitate ad faciendam victoriam aduerſus dæmonem, mundum, carnem, & ad optime in via Dei ambulandum. Hinc illud Geneſis. *Iacob autem vir ſimplex habitabat in tabernaculis*. Hebræi apud Lyranum, mirè quidem noſtro in propoſito, ſic interpretantur, ſiue legunt. *In gymnaſiis literarijs*. Vbi de diuinis myſteriis à duobus E magiſtris Melchiſedech, & Heber inſtruebatur. Quantum itaque profecerit in bonis, præſertim ſpiritualibus, quantas victorias tulerit, nullus quippe ignorare creditur.

Apud Franc. Mendoz. vbi ſupra nu. 27. annot. 1. ſect. 2. In vita Sanc. Simpl. in offic. ſãc. Aug.

Gen. c. 25. d.

apud Lyran.

Eximiam diuinę ſcripturę virtutem attendens Iuſtinus Martyr, poſt quandam lecturam nonnullarum inſcriptionum ad monumenta Gentilium, eas tandem deridens, inanes, & mendaces dicens, ad Chriſtianam Religionem iam conuerſus, fidelium oracula expendens, & ſolum deuotionem, ac ſanctitatem ſpirantia bene percipiens, admiratur, de diuina ſcriptura ſic ait. *O grauium affectuum fugatorium inſtrumentum! O ignis animę inſiti extinctorium magiſterium! Hæc nos non efficit Poetas, non Philoſophos reddit, neque Oratores excellentes; ſed ex morte obnoxijs immortales, & Deos ex immortalibus facit*. Ex ea enim nobis dulcor, robur, ſuauitas, cibus, nectar ad refocilandas mentes, & animas: lux, lumen, directorium ad facile carpendam cælorum viam. Hinc ſponſus ipſe cæleſtis ad Eccleſiam ſuam fidelem dilectam. *Fauus*, ait, *diſtillans labia tua ſponſa*. Quam circa ſententiam Philo Carpatius ſic mirè ratiocinatur. *Fauus eſt diuina ſcriptura; vt enim in fauo mel, & cera latent, quorum altero paſcimur, altero lumen accendimus, ſic in literis ſacris ſuauiſſimus cibus animi, & lumen mentis inſunt*. O verè iucundi, foreque beati, qui audiunt, legunt, cuſtodiuntque verbum Dei, mentis pabulum, animę ſolatium, tribulati cordis refugium, verę fidelium diuitię, ac opes admirandę.

Iuſtin. mart. Orat. 1. ad Græcos.

Cant. c. 4. b.

Philo Carpat.

O quam lætus, quam libenter, expoliatus indumentis, per illam pergeret F viam, qua birettum, pileum, calceos, baltheum, ſubuculam, pallium, & quæquę ſibi neceſſaria indumenta ſe reperturum certò ſecum excogitaret! talia eos contingunt, qui eloquia ſacra percurrunt, obſeruareque legunt, quibus enim ornamentis ſpiritualibus carent, ibi copioſè repertis induuntur. Audi Dauidem id expertum, ac mirè dicentem. *Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa*. Quod præſertim intelligendum de ſpoliis iis, quibus expoliati Hebræi, Gentiles inde fideles facti fuere veſtiti. Quo in loco Diuus Gregorius ait. *Eloquia Dei ſpolia idcirco vocata ſunt, quia ad fidem Domini Gentilitate tranſeunte, Iudæi ſacris eloquijs, quibus induti fuerant, exuuntur*. Quod ſi Dauid exultabat, qui tamen pauciora ſcripta inuenerat, quanto magis nos lætari debemus, qui valde plura inuenimus? non itineris labore, ac faſtidio; ſed mentis, oris ſtudio? Qua de re ibi Sanctus Ambroſius. *Meritò ergo*, ait, *exulto, ſicut qui inuenit ſpolia multa, ſine labore meo inueni ſpolia, quę non habebam. Inueni Heptateuchum, Regnorum libros, Prophetarum ſcripta, &c.* Vultis vos diuitioſè indui? diuinarum ſcripturarum diu incumbatis lectioni. Sæculi diuitię perduntur, Domini autem verbum manet in æternum.

Pſal. 119.

D. Greg. lib. 18. Moral. c. 11.

D. Ambr. ſer. 25.

Neque tam diuitioſi euaſere Iudæi expoliato Aegypto, vaſa illinc aurea & argentea deferentes, quam nos ex eis, Dominum deferentibus, locupletati

diuinarum

Digitized by Google

A diuinarum ſcripturarum auro, & argento ſumus. Conſideratio eſt eiuſdem Diui Ambroſii, vbi ſupra dicentis. *Hebræi ſpoliauerunt Aegyptios, & vaſa eorum abſtulerunt. Iudæorum ſpolia habet populus Chriſtianus, & totum habemus; quod illi habere ſe neſciebant: illi aurum, & argentum materiale abſtulerunt; nos aurum mentis accepimus, nos acquiſiuimus cæleſtis ſermonis argentum.* Quibus plane verbis oſtendit, quanto animus præſtantior eſt corpore, tanto præſtantiores eſſe diuitias ſcripturę, quę ad animum ſpectant, fortunę diuitiis, quę ad corpus pertinent. Concludamus denique, omni conatu virium maiori, operam ſacrę lectioni dandam; ex qua ſalus, & vita. Qua de re Diuus Chriſoſtomus quadam in concione inquit. *Nunquam enim fieri poteſt, non poteſt, inquam fieri, vt quiſquam ſalutem aſſequatur, niſi perpetuò verſetur in lectione ſpirituali.* Vis tu aptus fieri Thalamus, puritate ornatus pro Domino in terris ſuſcipiendo, vt glorioſè ſuſcipiaris in cæleſtibus? ſacram frequenter perlege, diſce ſcripturam. Hinc Diuus Hieronymus ad Ruſticum Monacum ait. *Nunquam de manu, & de oculis tuis recedat liber iſte. Diſcatur Pſalterium ad verbum, ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis.* Verùm de his hactenus hic; prolixior namque ſermo diuiſionem expetit.

D Ambr. vbi ſupra.

D. Chryſoſ. conc. 3. de Lazaro.

Diu Hieron. ad Ruſtic. Monac. apud Mend. vbi ſupra.

B Adhuc quædam non minus propoſito facientia conſiderantur de mira Diuinę ſcripturę lectionis vtilitate congruentique neceſsitate.

QVID vlterius ego hac de re dicam? duod nam maius teſtimonium adhibeam? audiamus quid de ſe ipſo diuini eloquii lectore Pater Auguſtinus dicat. Hic cum adhuc in Manichæorum ſecta moraretur, durus extabat ad aſſentiendum iis, quę ſanctę fidei catholicę ſunt; verùm arrepta, attentèque lecta Diui Pauli Apoſtoli ſcriptura, omnes dubietatis tenebrę ab eo mox euanuerunt. *Itaque*, ait ille, *concitus redij ad locum, vbi ſedebat Alipius; ibi enim poſueram codicem Apoſtoli, cum inde ſurrexeram aperui, & legi in ſilentio capitulum, quo primùm coniecti ſunt oculi mei. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, &c. nec vlterius volui legere nec opus erat. Statimque cum fine huius ſententię, quaſi luce ſecuritatis infuſa cordi meo, omnis dubitationis tenebrę diffugerunt.* Audierat enim ſibi cælitus dici, quaſi voce puerili, tolle, lege, qui confeſtim ſurgens, tulit, aperuit, legit, & mira ſecuritate, catholica viuacitate confirmatus euaſit. Durus ad credendum, non contemnat eloquium ſacrum: Difficilis ad conuerſionem, C frequentet ſacrę ſcripturę lectionem: rudis ad cognitionem, audiat ex ore concionantium ſermonem, & experiens in ſe miranda videbit.

D. Auguſt. lib. 8. confeſ. c. 12.

Mirabilis quippeque ſcriptura, & conſideratione quidem digna eſt illa Domini apud Ioannem dicentis. *Amen dico vobis, quia venit hora, & nunc eſt quando mortui audient vocem filij Dei; & qui audierint, viuent.* Quod fortè poteſt intelligi de ſuſcitatione Lazari, atque filii viduę, nec non & puellę Archiſinagogi, & aliorum, quos ſuſcitauit ipſe Chriſtus Dominus, dum hìc viueret paſſurus, & moriturus, ideoque de præſenti loquebatur, dicendo veniſſe horam vocis ſuę à mortuis audiendę. Nihilominus alii credidere intelligi de Iudicio Vniuerſali; quę Gloſſa communi expoſitorum opinioni nequaquam arridet; ait enim Dominus horam veniſſe, & nunc eſſe, futurum autem, non præſens eſſe Iudicium vniuerſale conſpicuum, & certiſſimum eſt. Quamobrem placet Diuo Patri Auguſtino, & aliis, potius id intelligendum de conuerſione, & reſurrectione à pecatis, à morte peccatorum, à vinculis eorum per auditionem vocis filii Dei fidelem, & per exhibitam fidem ſacris ſcripturis, & ex conſequenti concionantium catholicorum dictis ex diuino eloquio deſumptis. De huiuſmodi autem diuinarum ſcripturarum lectione Sanctus Chryſoſtomus inquiebat. *Hæc ſiquidem ſtringit animos, nec quoquam diffluere permittit, facitquę attentius ad lucem virtutis aſpicere, ad quam velut apprehenſa manu pertrahit audientes.* Et hi, atque

Ioan. c. 5. e.

D. Aug. Lyran. Ordin.

D. Chryſoſ. in Matt. c. 5. hom. 15.

conſimiles multi ſacrarum ſcripturarum, eloquiique diuini effectus mirabiles, & ſalutares. D

Natal Com Mythol. lib. 8. c. 5. Orat. in Poetic. Mythologi, ac Poetę ferunt Amphionem ſuo ſuaui cantu, & lyrę ſono ad ſe arbores, ſaxa, & lapides audiendum traxiſſe. at ſub inuentione formoſa veritas hæc latet, quod videlicet magna in dicendo eloquentia, & operibus in faciendis moralibus alliciebat homines de medio arborum, & agrorum ad condendam vrbem Thebam. Quod quidem opus non contradicit fidelium cætui, eorum moribus, & rectis operibus. Sed ecce, ecce, ô fideles myſticus, & ſpiritualis Amphion, catholicus ſcilicet concionator, cuius ore, & ſacro ſermone ex diuinis literis deſumpto Dominus Deus bruta, vt ſic dicam, allicit, ſaxa, & plantas trahit, nimirum peccatores inde corde contritos, bene ratiocinantes, velut probos rationales, factos ipſius Dei amicos, & lapides pretioſos, ad conſtructionem cæleſtis Vrbis, beatorum ciuitatis. de qua ſancta canit ſic Eccleſia.

Hymn. in Dedic Eccl.

Vrbs Hieruſalem beata,
Dicta Pacis viſio,
Quę conſtruitur in cælis
Viuis ex lapidibus. &c.

O belluę, ô ſaxa, ô plantę, o peccatores, audite Verbum Domini, ſacras legite ſcripturas, vt aptem in cæleſtis Patrię conſtructioni. Vos quæritat congregare Dominus, vt ſuum cæleſte beatorum faciat opus. Ita ſcriptum reliquit Diuinus ille Vates Pſalmigerus. *Aedificans*, ait, *Hieruſalem Dominus, reliquias Iſraelis congregabit.* Quod vobis fideliter iubetur facite, & cæleſtem vrbem, quam glorioſe vtinam inhabitetis, prout eſt in vobis, conſtruite. (Pſal 146.)

Demum quis iure perquiret, & quomodo hæc doctrina, hæc ſacra ſcriptura facilè perſpicitur? à legentibus, ab audientibus ad ſalutem intelligitur? dubio procul prius, ſeu magis voluntate, quam intellectu. Expertus audiatur Rex Pſalmigerus de viro tali, ſic ſcire cupiente dicens. *In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte.* Conſideretur, quomodo prius ordinauit, & poſuit opus voluntatis, inde verò intellectus. Prius dilige, benèque operare, & poſt hæc de diuino eloquio meditare; fideli, & ſanctę ſpeculationi ſtudeas incumbere, vt melius ſcripturas ad faciendum eas poſſis intelligere. Qua de re idem Vates alibi. *Beati*, ait, *immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: beati qui ſcrutantur teſtimonia eius in toto corde exquirunt eum.* Notate dicendi modum, ſignate myſterium morale. In diuinę legis ſcrutatore ſacrarumque ſcripturarum lectore prius ſupponit bonitatem moralem, & rectam voluntatem, paratam in Domini mandatorum obſeruationem. Bene autem ait. *Qui ambulant in lege Domini.* Sed numquid lex eius via? maxime, ad Beatorum Patriam deducens. & qui ambulat, in viam pedes admouet, per quos paſſim à Patribus, & in ipſo diuino eloquio, intelliguntur affectus, quos in Domini lege, atque ſacra lectione debes ponere, & poſtea ſcrutari, vt ſic optime intelligas, & vlterius fidele opus perficias. (Pſal. 1. — Pſal. 118.) F

Cum Sanctus Iſaias à Domino mitteretur ad concionandum populo, ait. *Ad annuntiandum manſuetis miſit me Dominus.* Cui nihilominus in mandatis dederat, vt acrè argueret vniuerſum Iſraelis populū, vlla ſine ſermonis limitatione erga hunc, vel illum. *Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, &c.* Nec abſque ratione credatur dixiſſe, quaſi tuba, quoniam ea præco æquè ad milites, & duces, ad totius exercitus aures, etiam equorum excitando intonat. Quare igitur ô Propheta, dicis dumtaxat te miſſum ad manſuetis annuntiandum? Reſpondetur ibi pro manſuetis poſſe intelligi volentes piè, ac deuotè ſermonem Domini, ſacram ſcripturam audire; non ſuperbè, atque curioſè præſumentes intelligere. Magna igitur voluntate lectioni ſacrę ſcripturę incumbamus, vt fructum ſalutiferum ex ea capiamus in ornamentum noſtrę domus myſticè. Hac autem de re plurima, & fortè formoſa dicemus alibi, nimirum feria tertia poſt Dominicam quartam Quadrageſimę. (Iſai. c. 61. b. — Idem c. 58. a. — Hortus Predic. p. 2.)

Interim omni conatu virium maiori Diuinę ſcripturę lectioni operam demus, vt fideles eius adiutorio ſurſum ad cacumina Cælorum eleuemur. Ipſa namque inſtar illius magnę Ezechielis Aquilę, alas habet, inter quas, & quibus velut auiculę nos adhærentes ſurſum vehimur tuti ad eſſe in cæleſtibus (Ezech. c. 17. a.)

beati

A beati. Mementote, quæſo, illius Sancti Iſaię viſionis. Super Domini ſoliũ in quo ipſe Deus, duo Seraphim ſtantes duabus alis volitabant, de quibus ibi ſcriptura inquit. *Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alę vni, & ſex alę alteri. Duabus velabant faciem eius, & duabus pedes eius, & duabus volabant.* Iam ſupradiximus ex Patrũ Gloſſis, per eorum alas, faciem Domini velantes, intelligi ea, quę ante mundi conſtitutionem, erant, eſſe ignota: per pedes autem eius ſimiliter denotari eã, quę poſt eius ſæculi finem, non penitus ſciri ab hominibus. Verum de duabus alis volitantibus modo quæritur, nam fruſtra videtur volare, qui dicitur ſtare: vt quid alas mouebant, qui ante Dominum ſuper eius ſolium ſtabant? Ordinaria ibi Gloſſa reſpondet ſic, per Cherubim ſignificari duo teſtamenta, vetus, & nouum, diuinam videlicet ſcripturam, quę ſuis alis nos eleuat ad cæleſtia de terris. *Seraphin*, ait, *ideſt duo teſtamenta. duabus alis, ideſt doctrina ſua, quę habet alas, quã leuat nos ad Cælum.* O Ieſu Chriſti fideles, ô deuoti vos omnes, nos inter huiuſmodi alas variis pennulis, lectionibus multis confectas abſcondere ſatagamus, vt iis ad locum tutiorem, ab omni periculo inquinamenti remotum conſcendere valeamus. Iſai. c. 6. a. Ordin. ibi.

E Verè magna virtus, & efficacia Verbi Dei, ſacræque ſcripturę. Attendatur, quæſo, magnum quoddam negotium de Abraham, & ſucceſſus in propoſitũ. Thare tunc inter Hebræos magnę vir virtutis, & optimę famę vni ex natis ſuis nomen hoc impoſuit Abram. Cui multis annis Domino Deo coram rectè, B ac piè ambulanti dixit ipſe Dominus. *Ego ſum, & ponam pactum meum tecum, eriſque pater multarum gentium. Nec vltra vocabitur nomem tuũ Abram; ſed appellaberis Abraham, quia patrem multarum Gentium conſtitui te.* Addidit literam, quid minimum eius nomini, & eum auxit in magnum Dominum. Quod attendens, & admirans Sanctus Ioannes Chryſoſtomus bellè ait. *Vnum elementum tantum Imperium vindicauit Iuſto.* Quid inde, vt ſic dicam, ſequutum fuiſſet, ſi plura elementa Abrahę nomini Deus addidiſſet? audi verbum Dei, loquere frequenter illud, cuius virtute multiplicatur imperium, & ſequetur magnum bonum. Gen. c. 11. d. Et cap. 17. a. Diu. Chryſ. homil. 2. de Iſai.

Internum, & externum hominem magna Dei Verbum conſolatione replet. ſic inuicem omnes corporis noſtri ſenſus diſpoſiti ſunt, vt eorũ quiſq; ſuũ habeat obiectũ, prout ratiocinanti clarè patet. Attamen dante Deo legẽ Moyſi ſuper monte Synai, textus ait ibi. *Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & ſonitum buccinę, & c.* Sed ſi vox, ſi ſonitus aurium non oculorum proprium eſt obiectum, quomodo, quare dicitur, populum vidiſſe voces, ſonitus, tonitrua? Reſpondet Philo Hebræus ex Dauidis Pſalmo. *Quoniam verbum Dei illuminant oculos.* Eſt obiectum, eſt paſtus, & ſuauis omnium ſenſuum hominis. Attende, audi verbum Dei, & repleris totus iucunditate ſuaui. Sed percipe, conſeruaque illud adeo, vt non amittas diluculo. Exod c. 20. c. Phil. Hebr. ex Pſal. 18.

Multę magnę multitudines ieiunę ſequebantur quadã die Chriſtum Dominum, quibus ille pius per viam loquebatur. cum autem eſſet propè veſpe- C ras diſcipuli Domini dixerunt ei. *Deſertus eſt locus, & hora iam præterit, dimitte turbas vt euntes in caſtella, emant ſibi eſcas.* Dominus verò Ieſus optimè ſciebat quid erat ipſe facturus. Sed quæritur de turbis, quę cum eſſet ferè ſero nihil curantes, non quæritantes de cibo, & neceſſario alimento, Dominum illis ſermocinantem hylares continuò ſequebantur. quomodo, quare ſic? Reſpondet Abulenſis ibi, quæſt. 68. bellè ita. *Quia erat poteſtas in verbis Chriſti, poterat enim loquendo conſolari hominem & conſeruare ſine cibo.* Verba illius erant ſuauitate plena, turbas confortantia, iccirco nil de cibariis cogitantes, hylares ſequebantur Dominum venerantes. Matt. c. 14. c. Toſtat. in c. 14. b. quæſt. 68.

Quodnam nobis neceſſum, quod non contineat quod non afferat Dei verbum? De quodam paupere cæco apud Lucam legitur. Qui à prætereunte Domino Ieſu Chriſto clamans, petiit, vt ſanaretur, & oculorum lumini reſtitueretur. Quem & Dominus generoſè, cumulatè mox exaudiuit. *Ipſe verò multo magis clamabat. Fili Dauid, miſerere mei. Stans autem Ieſus iuſſit illum adduci ad ſe & cum appropinquaſſet, interrogauit illum dicens. Quid tibi vis faciam? at ille dixit. Domine vt videam. Et Ieſus dixit ei. Reſpice, & c. Et confeſtim vidit, & ſequebatur illum, magnificans Dominum.* Quodnam inſtrumentum adhibuit Dominus ad illum, ſe fideliter commendantem, ſanandum illuminandum? numquid Cælum, terram, ignem, aquam, aerem, aut aliud ſimile quid? non quidem. Sed reſpondet Luc. c. 18. g.

Theoph-

Verùm dimiſſo literali, ac myſtico ſenſu, nos modo moralem attendamus D hanc. Nuces foris habent in cortice amaritudinem, intus verò crucem, illã qui geſtant, & hanc, qui portant, ſe propemodum conglobant ob dolorem & flectunt. Quę illis contingunt, qui humilitatem profitentur. Non ad ſublimia conſcendit ſponſa, ſed in conuallibus ad earum flores, & poma deſcendit videnda, & colligenda. Quibus Domini humiles, hoc eius pomarium inhabitantes, facilè intelliguntur. Quoniam ſuperbos contemnit, humiles vero diligendos ſuſcipit, & ad cæleſtia diuertit. Quo in propoſito bellè facit il-
Luc. c. 14. c. lud Domini ſecundum Lucę Euangelium. *Cum vocatus fueris ad nuptias, vade, recumbe in nouiſſimo loco, vt cum venerit, qui te inuitauit, dicat tibi. Amice aſcende ſuperius.* Notetur quæſo, eum à Domino vocari amicum, & cur ſimili nomine, amici non appellatus, qui iam ſuperiori in loco ſedebat? num ille amicus non erat? fortè non cum de ſe, ſua ſponte magna, ſeu ſuperbia ſtatim ingreſſus ſuperiorem ad locum aſcenderat; & ideo Dominus ibidem Phariſæis, ſe humiliantem extollendum, extollentem verò ſe humiliandum, & deprimendum dixit.

Eumdem ſenſum facere dicantur ea, quę ibi ſequuntur, verba. vbi Pater ille familias magna cena parata, & ſenioribus ad eam venire contemnentibus, velut indignis iurè dedignatus, vocari pauperes, ac debiles, introducique iuſ-
Ibidem vbi ſup. a. e. ſit. *Exi, ait, citò in plateas, & vicos ciuitatis. & pauperes, ac debiles, cæcos, & claudos introduc huc.* Quare in plateas, & ciuitatis vicos, non in palatia, & domus? quoniam ibi præcipuè humiles in loco ſic humiliori iacentes. eam verò per E cenam, cæleſtem patriam beatorum gloriam Sancti Patres intelligi aſſerunt. de quo negotio Gloſſa Moralis ex Diuo Patre Auguſtino inquit. *Per pauperes*
Gloſſ Moral. D. Aug. *intelliguntur veræ humiles, qui ſunt pauperes ſpiritu, vt exponit Auguſtinus. Beati pauperes ſpiritu, ideſt non habentes inflantem ſpiritum. Per debiles, nihil ſibi virtutis attribuentes. Per cæcos viſum ab illicitis reprimentes, Per claudos, defectus proprios conſiderantes. Omnes iſti ad cenam Domini ſunt introducendi.* Et quid de aliis? nulla fit mentio de illis quoad introduci ad illam menſam Domini. Inſuper illud vnum etiam præcipuè conſiderandum, nempè quod relictis ſenioribus ſuperbis illius cenę contemptoribus ſemel inuitatis, Pater familias bis vocari mandauit, atque introduci pauperes, ac debiles, primò de plateis, & vicis; inde verò viis, & ſæpibus. In viis ad petendam eleemoſynam pauperes, in ſæpiũ verò ſpinis, qui tribulationibus vexantur, ſanè vt intelligi detur, quàm Dominus ſuperbos abhorreat, humiles autem diligat; illis namque contemptis, hos ſemel, atque iterum vocari, introduci mandat. quamuis, & ceteros quoſque viuentes minimè omninò deſerat.

Cum Vates Domini Dauid Pſalmos componeret, caneretque multos, in eorum vno præcipuè dixit Domino. *Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum*
Pſal. 141. *tibi.* Quid ſibi vult hoc? numquid Dauid carcere mancipatus, vt Ioſeph in Aegypto, aut ipſe carcerum cuſtos erat? minimè, namque Rex ipſe. Quorſum ergo ſic efflagitabat. Carcerem, & Ergaſtulum dicamus hunc mundum F hoc ſæculum; vbi Dauid, aliquando peccatis circumligatus cuſtodiebatur à Dæmonibus, quod haud ignorans, attendens, rogabat à Domino liberari, vt ſeruire poſſet ei. Benè quidem ſic. Sed hæc & per aliam eiuſdem declarentur ſcripturam, qui præuiribus humiliabatur, vt ſic à Domino liberaretur. Ma-
Simile. net quis in procera, valdeque tuta recluſus Arce, vnde cupiens, rogans liberari, eleuata mœnia tranſgredi, & ſic in præcipitium dari, non expedire cognoſcit, cui cuſtos, vel amicus ait. magnum te video, agnoſco Gygantem, fores ſunt humiles, & arctę, tu te incurua, humilia, & oſtio aperto exibis liber in ſpatioſum iter. A ſimili, prout ſupra, carcere Dauid ſe recluſum aduertens, dolens, de incuruatione, de humilitate, vt auxilio Domini poſſet exire, cogitauit, & Dominus eum liberauit. *Cuſtodiens, ait, paruulos Dominus, humiliatus ſum,*
Pſal. 114. *& liberauit me.* Quid eſt paruulos? humiles, reſpondet ex Diuo Auguſtino
Interl. Gloſſa Interlinearis, ſiue cum Pagnini verſione, ſimplices. Quamobrem
D. Aug. eſto tu quoque talis, & proſperum hinc exitum ad libertatem ſupernorum Ciuium habebis.

Proſe-

A

Proſequitur Auctor idē argumentum, agendo videlicet de humilitatis vtilitate, ac neceſsitate nobis in via ſalutis.

CONFIRMANTVR autem certioribus exemplis, ea quę ſupra ſunt dicta, nimirum, quod ad tutum hinc exitum, neceſſum eſt humiliari ſub potenti manu Dei. Nec quidem coactè, ſed magna voluntate, & propria ſponte. Ingreſſis Noe, & filiis eius cum eorum vxoribus, & ex cunctis animantibus in fabricatam iuſſu Domini Arcam. *Clauſit eam Dominus de foris*. Gen. c. 7. c. Tempore verò egreſſionis dubioproculidem met Dominus aperuit, vniuerſi vt egrederentur; non enim hominibus, & magnis animantibus, vix quidem nonnullis auibus, per feneſtram exitus. *Egredere*, ait, *ad Noe de Arca tu, & vxor tua, ſilij tui, & vxores filiorum tuorum, & cuncta animantia, quę ſunt apud te*. Gen. c. 8 c. Oſtium autem Arcę licet apertum congruebat nihilominus, paruum, & humile, ad maiorem Arcę ſecuritatem, & proportionem. Quo
B circa ſi homines illi nimis ſe extollere quæſiſſent, & animalia illa erecta duos ſuper pedes ambulaſſent, aueſque non ſe dimiſiſſent, propemodum illinc egreſſum non habuiſſent. Ex quibus liquet, qui cupit neceſſariam, facilem ac tutam hinc egreſſionem habere, debet ſe humiliare. Se animo puro humilians libertate donatur, contra verò accidit, qui ſe ſuperbè extollit, prout & ipſe Dominus in Euangelio dixit.

Dignum quippe ſcitu, quod Hebræorum Rabbini referunt, nempe Pharaonem in Aegypto ad ſuę Ciuitatis fores poſuiſſe Idola, & Ianuas fieri iuſſiſſe in modum paruas, adeo vt ingredientes, & egredientes neceſſariò volentes nolentes poplitem, ſic ſaltem corpore, & ſi non corde ea venerarentur Idola. Rabbini. Prout Abrahę in Aegyptū deſcendenti cum vxore Sara contigiſſe dicunt. *Venientes in Aegyptum more viuant Aegyptiorum*. Gen. c. 12. d. Dicebat Tyrannus eorum. Itaque ſi Abraham, & inde ceteri quoque Iudæi illuc ingreſſi non ſe humiliaſſent, flexiſſent, nequaquam in libertatem egreſſi fuiſſent. Operepretium eſt nos humiliari, vt poſſimus liberari, & aptus Domini Thalamus fieri. Cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus tempore magnę Paſſionis ſuę in horto deprecaretur orando Patrem ſuum omnipotentem, vt quam citius pateretur, & moreretur, nec vlterius ſua mors differretur, prout Dionyſius Alexandrinus exponit illud Matthæi. *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*. Dionyſ. Alexandr. in Matt. c. 26. d. Se incuruando, flectendo, procidit in faciem ſuam, vt facere conſueuere famuli, ſeruuli domi
C nis ſuis coram ſe humiliantes. Quemadmodum Euangelicus ille. *Procidens autem ſeruus ille orabat eum dicens, patientiam habe in me, & omnia reddam tibi*. Matt. c. 18. d. Sanè vt Dominus intelligere daret exemplo, congruere neceſſariò humilitatem cupientibus, mentis optata conſequi, & exitum habere ſalutarem.

Dicet fortaſſe quis de numero dominantium, & Præſulum, ego magnus, & potens, magnam ſentio difficultatem magnumque ſuſtineo laborem in quacumque humiliationis actione, cui quidem credo, ſed pro eius conſolatione dico, in difficili virtutem eſſe, & quo maior difficultas, ac labor, eo propemodum maius meritum, & forè præmium. Audiamus Dauidem ea expertum omnia Domino dicentem. *Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte vniuerſa delicta mea*. Pſal. 24. Ex adhibita humilitate, toleratoque labore audebat ſe Domino coram præſentare, & veniam conſequi poſſe. Fecit Deus primis parentibus noſtris poſt patratam mandati tranſgreſſionem, tunicas pelliceas, Adæque dixit, *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*. Gen. c. 3. d. Ecceque labores, & dolores, prædixit non paruos. qui & nihilominus miſericors, ac pius eos coniuges non deſeruit, ſed vniuerſa eorum delicta inde dimiſit. Per pelles ouinas, humilitatem intelligas, hominibus decentem, & iuſſam: in afflictione verò, ac ſudore labor. Quamobrem & ſi humiliando te ipſum, percipis laborem, ne doleas, ne ve ceſſes, ſed ſuſtine Dominum, & confortetur cor tuum; nam labo

rantes Dominus reficit, & humiles extollit. vt fiant aptus, in quo ipſe ſuſcipia D
Mor. in Paſſ. Dom. p. 1. Hortus Prædic. Lectul. Salo. p. 2. tur, Thalamus. Hac autem de re plurima ſi cupitis, quæſo, ne dedignemini requirere formoſiora quidem noſtris in Moralibus: in horto Prædicantium edendo: in libro de Doloribus, & Gaudiis Beatę Marię Virginis, quibus in locis, atque alibi prolixius de humilitate, eiuſque mirabili virtute diſſeruimus.

Nequeo tamen quædam his quoque non interſerere pauca hæc. Ad Dominum orare, ipſum ad obtinenda mentis optata exorare contendis? eo ipſo coram prius alas, & vela humilitatis expande, atque ſic valde maior tu te ipſo efficieris. Cum Moyſes Dominum Deum de Rubo ſibi dicentem audiſſet.
Exod. c. 3. b. *Ego ſum Deus patris tuis, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob.* Mox, prout ibi ait ſcriptura, pallio ſuam operuit faciem. Quare? fortaſſis timens ex inſpectione illius cæleſtis, ac diuinę flammę, in qua Deus ipſe, ſibi oculos obcæcari, ideo contra Deum aſpicere non audebat. Verum etiam moraliter aſſerunt, illum ita feciſſe præ humilitate audiens ſe nominari ſimul cum illis tantis Patribus, & eorum operibus. Atque mox ſe fore Pharaonis Deum, eo coram miracula facturum audiuit. Reuocetur in memoriam illa Iacob cælitus facta viſio. Cum iuſſu Domini in regionem longinquam pergeret.
Gen. c. 28. c. *Vidit in ſomnis ſcalam, ſtantem ſuper terram, & cacumen eius tangens Cælum, Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalę, &c.* Sed cur deſcendere, vt inde aſcendatur? cum eſſes iam eleuatus in altum, vt quid deſcenderes, vt poſtea conſcendere valeres? ſi iam ſurſum erant magni Angeli, eleuati, quare deſcendebant, E
Rupert. Abb. cum tamen ſurſum reuerti debebant? Reſpondet Rupertus Abbas, vt ſuo modo per humilitatem ſic deſcendentes, ad Dominum reuertentes, eo coram apparerent maiores. Non igitur credas te ipſum humiliando diminui, ſed valde maiorem ſcias te fieri.

Si memoria tenetis, illi duo Seraphim viſi à Propheta Iſaia in obſequium Domini, nedum volitabant circum ipſum Dominum Deum, ſed alis etiam duabus operiebant faciem eius.
Iſa. c. 6. b. *Vidi*, ait Propheta, *Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, &c. Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alę vni, & ſex alę alteri. duabus velabant faciem eius, &c.* Sed cur Domini faciem ſuis alis velare, quam ſemper proſpiciunt, & proſpicere ſine fine cupiunt? Reſpondent Gloſſę Interli-
Interl. Ordi. D. Chryſ. neatis, & ordinaria ex Patribus. *Quia quę ante mundi conſtitutionem fuere ignoramus.* Aſſerunt nihilominus ex Diuo Ioanne Chryſoſtomo, magiſque noſtro in propoſito, ita factum ab Angelis, quoniam per aſſumptę carnis noſtrę humilitatem, quodammodo clariorem, lucidiorem apparuiſſe Dominum, quaſi vix ita eum, vt ſic dicatur Seraphim illi potuiſſent intueri, erat autem tunc Dominus humana in ſimilitudine noſtra. Quod ſanè totum miro humilitatis affectui probè adſcribitur. Plurimum autem propoſito facit alia verſio hæc ha-
Hebr. lect. Lyran. Exod. c. 3. b. bens. *Duabus velabant faciem ſuam, & duabus velabant pedes ſuos.* Inſtar Moyſis in faciem Dei olim intendere non valentis, neque contra eum aſpicere audentis, nimio emicantem ſplendore.

Optime quidem teneo, iuxta Catholicam fidem, & Diui Athanaſii Symbolum fidei, Chriſtum Dominum noſtrum, Dei Patris omnipotentis filium eſſe ei æqualem ſecundum diuinitatem, minorem verò ſecundum humanitatem; attamen iuxta noſtrum intelligendi modum ex aſſumptę carnis humilitate videtur quodammodo ſe ipſo apparere maior, & venerabilior. Maria Magdalena vinculis charitatis tracta perrexit ad monumentum, anxia quæritando Dominum, quem tunc rediuiuū non inuenit, ſed bene Angelos eam ibi interrogantes, & reſponſionem accipientes vidit. Cum autem ſic loquerentur inuicem Magdalena ſe retrorſum ex improuiſo vertens Dominum ſtantē aſpexit. *Conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem.* O pia, ô deuota mulier, quis
Ioann. cap. 20. d. te docuit ſic peragere, loqui cum Angelis, & retroſpicere. Diuus Chryſoſtomus conſiderat, & aſſerit Angelos vidiſſe poſt terga Magdalenę Chriſtum Dominū apparuiſſe, propterea de repente conſurgentes, flectentes, admirantes adorauere Dominum, quem actum, quem geſtum illa concernens, mox quid noui eſſet, vt intuerentur, conuerſa eſt retrorſum, & vidit, quem quæri-
Diu. Chryſ. homil. 58. apud D. Thō. in Catena. tabat Dominum. *Sed quare, ait, ad Angelos loquens, & nondum aliquid de hoc ab eis audiens conuertitur retrorſum? mihi videtur quod hæc eā docente, Chriſtus poſt eam apparuit. & Angeli conſiderantes Dominatorem, & figura, inſpectione, & motu oſtenderunt, quoniam Dominum*

F

minum

A *minum viderunt.* Optime quidem ſic. At nonne ſemper vident Dominum Deũ trinum, & vnum, quocunque pergentes gloriam, & viſionem beatificam ſecum deferentes? maxime. Quorſum igitur tam magno geſtu inſolito ſe eleuantes, & flectentes adorauere? neſcio niſi ſic reſpondere, quoniam ex aſſumptę carnis humilitate, vt ſic dicam, dignior, venerabilior, maior apparere viſus eſt. *Diuinitas erat humanata.* Dixit Diuus Remigius. Interim magnum perpende tu humilitatis effectum. Diu. Remig.

De Diuinę Scripturę magna dignitate, virtute, laude, vtilitate, atque nobis ideo neceſſaria eius frequenti cum lectione.

ELOQVIVM Diuinum, ſiue in libro lectum, ſiue auditoribus ore prolatum, magna ſemper attentione percipiendum. & conſideratione attendendum. ſiquidem excelſę dignitatis, eximię virtutis, & ſummę vtilitatis eſt profeſſoribus ſuis. Multas poſt diſputationes Romę habitas ea
B ſuper re, quibus videlicet maior laus, & honos deberetur, armis, an togis; militibus, vel doctoribus? tandem decreuerunt, vt irreſolutum remaneret negotium, vnde exiuit prouerbium. *Et adhuc ſub iudice lis eſt.* Erexeruntque Cæſaris ſtatuam altera manu librum, altera verò gladium cum dicterio tenentem. *Ex vtroque Cæſar.* Nulli primum locum, ſed vtriſque laudem dantes quaſi dicerent, hę, & illę poſſunt hominem dignitatibus eleuatum, & imperantem facere; quę ſi in vno ſimul, is nullo magis iure honoratur. Verùm poſt hæc proſiliens in medium Marcus Cicero, latinę eloquentię pater, auſus, & non iniuria quidem fuit, ipſam ſententiam ferre, ablata lite de ſub iudice, dicens. *Cedant arma togę* Quod aliqui gloſſati fuere, bene quippequod dictum eſſe, ſed pacis tempore id locum habere, contra verò belli occaſione. Marc. Tulli de Offic. lib. 1.

Quamobrem optima, & fideli ratiocinatione ſubſequendo magnus ille Rex Iſraelitici populi Dauid, ad priſcorum opinionem redit. nimirum vtrumque ſimul congruere, ac neceſſariam eſſe, præſertim Dei amore, iccirco de ipſius Domini amicis ità pulchre ſubſcripſit. *Exultationes Dei in faucibus eorum, & gladij ancipites in manibus eorum.* Non tamen ſententia præfiniuit, quibus deberetur plus, his, vel illis. Quamobrem venit Diuus Paulus Apoſtolus, & re diligenter attenta, pertractata, decreuit Principem locum eſſe iure dandum ſacro ſermoni, verbo Domini, velut vlla abſque comparatione validiori. *Viuus* ait, *eſt enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & c.* Ex quibus Pſal. 149. Hebrę. cap. 4. c.
C luce clarius patet, quàm magnam eſſe dignitatem, excellentiam, & virtutem diuini eloquii, ſeu ſacrę ſcripturę, à fidelibus frequenter perlegendę, cui primus debetur locus. Immo ipſa gladius eſt, & ſermo, ad ferendam victoriam in Domini Dei laudem, & ipſorum fidelium ſalutem, cum vtriuſque, nimirum ſermonis, & gladii miro modo fungantur officio.

O quàm mirabilis eloquii ſacri effectus, & quam magna virtus eius? Quis nocte abſque lumine pergens incautè, miſer in foueam luto plenam cadit, gemens, auxilium petens deprecatur, lumen adfertur, ille de luto, & vitę periculo educitur, eoque lumine ad rectius, ad tutius in via pergendum vtitur, & latori pientiſſimo gratias referre non obliuiſcitur. Rex ipſe noſter Dauid nimis incautus aliis cum multis perambulando in huius ſæculi tenebricoſa nocte, in foueam lætalis luti dilabendo cecidit, & vocem ſuę miſerię dedit hanc. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę vſque ad animam meam, infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia.* Inter has autem res finitas, quę nos adiuuare, liberare poſſint, nulla eſt; ſed adiutorium noſtrum à te Domine; quos Deus ipſe non deſpexit, non deſeruit; ſed miſſo cælitus adiutorio, verbo ſuo eos de vitę tanto diſcrimine eripuit. *Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos, & eripuit eos de interitionibus ſuis.* Qua de re Dauid datus in libertatem, accepti beneficii memor generoſo liberatori ſuo ait. *Lucerna pedibus meis verbum, & lumen ſemitis meis.* Simile. Pſal. 68. Pſal. 106. Pſal. 118.

Eo di-

Eo diuinę ſcripturę, ſancti eloquii tui lumine, lectione, auditione colluſtratus D
ſubleuatus, reum me dixi, euaſi. Qua pariter vſus ſum vlterius ne dilaberer.
Per pedem, intellige affectum, & voluntatem: per vias verò, virtues Theo-
logicas, & per ſemitas, virtutes ipſas morales, ac ſi dixiſſet vir ille, ego ne ſe-
cularibus delitiis in poſterum cor apponam, ne ve vtcum que in virtutibus tũ
infuſis, tum acquiſitis errare me contingat, adhibui ſacrę ſcripturę diuini elo
quii lectionem, benè attentatam, & frequentem.

Quam plurimi ex hominibus iaculis peccatorum tranſuerberati iacent mi-
ſerrimi cum ęternę perditionis periculo moribundi; ſed adueniente, audito,
lecto Domini Dei eloquio, conſurgentes, conualeſcentes ſanantur. Tot ſa
gittis Sanctus Sebaſtianus ad palum alligatus de impiorum manibus reperie-
Zach. Lip. tom. 1. de vitis Sanct. batur transfixus, vt vix vi caro eius videretur. Audiamus Patrem Zachariam
Lipeloo Carthuſienſem hac de re ſic dicentem. *Diocletianus vehementer exagita-
tus iuſſit Sebaſtianum ex templo amoueri, & in campo ad ſtipitem ligatum ſagittis transfigi. Fa
ctum eſt hoc tanta crudelitate ab impijs, vt inſtar Hericij ex ſagittarum denſitate hirſutus vide-
retur. Cumque eum iam certo certius extinctum putarent, eo relicto abierunt*, Quem San-
cta Mulier Irene pietatis cauſa ſuſcipiens, eductus de corpore telis, domi ſuę
curari atque ſanari procurauit. Nec abfuere doctores ſimile factum arbitran
Luc. c. 10. e. tes de illo quodam homine deſcendente ab Hieruſalem in Hierico, quòd vi
delicet latrones eo vulnerato abiernnt, ſed in eius plagis relicto, quo eum
vulnerauerunt, ferro, quod pius Samaritanus eduxit, & ſemiuiuum vulnera- E
tum ad proximius ſtabulum perduxit, ſanandumque multa diligentia curauit.

Modo quę dicta ſunt noſtro applicentur propoſito. Ecce, ecce, ò lector
piiſſime, vulneratus homo peccator, culparum acuminibus lætalium, velut
tot ſagittarum cuſpibus ad mortem tranſuerberatus, opere ſuę voluntatis ma
lę, atque valide tentationis diabolicę. At ſuperueniens diuinę ſcripturę le-
ctio, diuini verbi auſcultatio facile ferrum, nempe peccatum educit, hoc eſt
peccatorem, vt de ipſo peccatum educatur, bellè diſponit, ſic vulnerati pec-
catoris ſanitatem miro modo effecit. Quis, quis fidelium piorum id conſide
randum non dicit? Expertus Rex Pſalmigerus audiatur. *Ferrum*, ait, *pertranſiit
Pſal. 104. animam eius, donec veniet verbum eius*. Num vulneraris tu peccatorum ſagittis? val
de quidem. Ergo ad ſacram reccurre ſcripturam, ad audiendum, ſiue legen
dum Domini Dei verbum; & plurimum ad educendum tale ferrum, teque ad
ſpiritualiter ſanandum, mirum quippe in modum diſponi ſenties. De qua re
D. Chryſ. ſuper Matt. c. 22. Diuus Chryſoſtomus inquit. *Qui verò eſt vulneratus à Diabolo, in ſcripturis ſacris inue
nit cibos medicinales, & ſalutem per pænitentiam*. Etiam cibus, & herbarum ſuccus
non parum prodeſt ad educendum de vulneribus ferrum, & hic quam validus
diuinarum ſcripturarum effectus ad ſpiritualem præfatam operationem.

Quis autem dicere poſſet, ego rudis, & ferme nullius talis bonę cognitio-
nis particeps, vt quid igitur ſacram me legere ſcripturam, & verbum audire
diuinum de ore concionantium? cui poteſt ſic facile ſatisfieri, etenim ſi de ſa F
crarum ſcripturarum lectione agitur, tunc ſermo noſter ad ſat peritos, & hu-
iuſmodi aptos præcipue dirigitur: quo vero ad audiendum Dei verbum, o-
mnibus Chriſtifidelibus id ſuadetur, & committitur, id ſiquidem illuminat,
docet, ſanat, & conſimiles effectus mirabiles ſalutares in ipſis auditoribus, &
Pſal. 18. lectoribus producere ſolet. *Lex Domini immaculata, conuertens animas, teſtimonium
Domini fidele ſapientiam præſtans paruulis*. Nimirum ſimplicibus, & humilibus pro-
ut ſupra dicebatur. Certiſſimum huius veritatis teſtimonium perhibet San-
Petrus Dam. Cardin. Rauen. in eius vita. ctus Pater Romoaldus Abbas Ordinis Camaldolenſium Inſtitutor, qui cum
non exquiſitę, ſed minoris eſſet intelligentię, profeſſionis tamen humiliſſimę,
omnes Dauidicos Pſalmos commentatus eſt; quoniam & aſſiduus diuinę ſcri-
pturę cum ſimplicitate, ac humilitate lector, & obſeruator extitit. Exemplũ
præben s ſic optimum cunctis ſui inſtituti profeſſoribus, atque ceteris, quod
præ viribus imitantes euaderent, Deo adiuuante ſimiles.

Omnia

A

Omnia quipè nobis bona ex diuinę Scripturę frequenti lectione, ac dilectione quotidie magis proten dere debemus; è contra verò deſerentibus, & contemnentibus eam.

DE ſcripturę diuinę vtilitate, neceſſitate, excellentia, virtute haud ſumpſi ex profeſſo diſcerere; nam id exactè mens humana cogitare, lingua enarrare, calamuſque conſcribere ſatis (etiam per partes) numquam poſſet; tanta enim eius eſt nobilitas, decor, virtus, efficacitas ad fugam inimicorum, ad ſalutem fidelium, ad omniumque conſequutionem bonorum, vt nullatenus, aut vix parumper enarrari queat. De qua Diuus Pater Auguſtinus inquit. *Maior eſt huius ſcripturę auctoritas, quàm omnis humani ingenij perſpicacitas.* Hæc iure diuina dicitur, quam Deus ipſe donat, inſpirat, elargitur. Quod etiam Ethnici non ignorarunt, immo & confeſſi ſunt, nullam ei penitus læſionem, quamuis leuem, inferre quidam audentes. Referente Ioſepho Hebræo, Antiquitatum libro 22 Prolomeus Philadelphus Rex Aegypti, cum ſacros libros, quos ex Hebræo in Græcum idioma Septuaginta Interpretum opera, ac ſtudio transferendos curauerat, à Demetrio Phalereo Bibliothecę Regię Præfecto accepiſſet, volumen illud quaſi numen aliquod admiratus, adorauit, & percunctatus, cur nec Hiſtoricus vllus, nec Poeta tã admirandę legis vnquam meminiſſet? Ex eodem Demetrio accepit, neminẽ auſum attingere eam legem, quam diuinam eſſe, & omni veneratione digniſſimam conſtaret, eos verò, qui ſecus facere auſi fuiſſent, Deum iudicem, & vltorem ſuę temeritatis expertos eſſe.

D. Aug. lib. 11. in Gen. ad literam.

Ioſeph. Heb. lib. Antiq. 22. c. 2.

B

Et ſequitur ibi ex eodem Demetrio aſſerente, Theopompum inde quædam delibare, & ſuę hiſtorię inſerere molientem, totos triginta dies mente motum fuiſſe, vt per amentiam purgaret audaciam: ſed per aliquod inſanię interualla ſuis precibus Deũ placaſſe, & ſanitatẽ recepiſſe. Præterea, & Theodectẽ neſcio quid ex ſacris literis ſuam in Tragediam trahere conantem, in audacię pœnam ſubita oculorum caligine obcæcatum, vt oculorum lumen amitteret, qui ſcripturarum lumen violaſſet, ſed tandem cum eum ſui errati pæniteret, exorto numine perditam aciem recuperaſſe. Hæc Ioſephus, prout etiã apud Franciſcum Mendozam. Cui negotio quàm pulchrè facit illud in Apocalypſi Ioannis. *Apertum eſt templum Dei in Cælo: & viſa eſt Arca teſtamenti eius in templo eius. Et facta ſunt fulgura, & voces terręmotus, & grando magna.* Nam vbi primùm in Eccleſia Dei Arca teſtamenti, hoc eſt diuina ſcriptura videtur, aperitur, ſtatim tamquam ex cæleſti quadam Arce, non iam leuiores haſtę, & ſagittę euibrantur; ſed fulgura, & tonitrua, quibus Hæreticorum mentes exterrentur, ne deinceps ad illam oppugnandam temerè aggrediantur. Vti bene diſcutit Franciſcus Mendoza, vbi ſupra annotatione 2. ſectione 3.

Ibidem. Ioſeph.

C

Apud Franc. Mendo. in 4. lib. Reg. tom. 1. Apocal. c. 11. d.

Quo ſimiliter pulchrè venit expoſitio Aponii in illam Prophetę Abacuc ſcripturam. *Væ, qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, vt inebrians, vt aſpiciat nuditatem eius, repletus eſt ignominia pro gloria.* Mire autem ſic ille Doctor occaſionaliter in Cantica id exponendo ait. *Dulcia verba ſanctę ſcripturę venenoſis ſenſibus ſuis inficientes, ſapore lætali inter ſe variantes, vnius mortis æternę conuiuium præparant.* Quibus intelligi datur, ſic delinquentibus æternum forè ſupplicium; eſſeque robur diuinę ſcripturę quà magnum, potens, tremendum, & nullatenus extorquendę in malum; ſecuſque facientibus væ. Huc pariter venit illud Amos ſeptimo. *Et ecce Dominus ſtans ſuper murum litum, & in manu eius trulla cementarij.* Per murum idem Doctor Aponius diuinam intelligit ſcripturam, quam ipſe Deus conſtruit, protegit, fouendo linitores, expoſitores bonos, feriendo malos. Murus eſt

Abac. c. 2. d.

Apon. lib 2. comm. in Cant.

Amoſ. cap. 7 b.

Apon.

diuina ſcriptura, numquam euertendus, conterendus; verbum enim Domini manet in æternum. Cui bellè facit lectura Symmachi, Aquilę, & Septuaginta hæc. *Super murum adamantinum.* Sane, vtciatur diuina ſcriptura cunctis timenda, inexpugnabilis, expetenda. D

Lect. Symm. Aquil. Septua.

Hæc arcet, ferit inimicos; tuetur, fouet, conſolatur fideles amicos, obſequentes, pios. Feuardentius in primo capite Ruth de Nabucodonoſore iniquo Rege ſermonem habens, cur videlicet tot per annos cum beluis demoratus, a Regno, & ab hominum conſortio profugatus, ait. *Quia eius ſatellites, & miniſtri libros legis conbuſſerant, ſeptem annos, quaſi immanis belua, regno, hominum conſortio, menteque priuatur.* Ac ſi inter homines eſſe non debeat, qui diuinas literas colere recuſat. Cum Sanctus Pater Auguſtinus ſuę conuerſionis initio zelu Domini amoris iam exardeſcere, ergaque proximũ charitatis igne incendi ſe ſentiret, cupiens quotidie magis proficere in his, & rectius in via Dei, in qua alius ſic alius ſic ibat, ambulare, ad Sanctum Simplicianum, conſilia expetendi cauſa ſe contulit. *Tunc Simplicianus eum ad ſacram ſcripturam, humilitatemque Chriſti amplectendam vehementiſſimis, & rationibus, & exemplis adhortatus eſt.* Quo luce clarius apparet, quantum proſit diuini eloquii lectio cum humilitate ad faciendam victoriam aduerſus dæmonem, mundum, carnem, & ad optime in via Dei ambulandum. Hinc illud Geneſis. *Iacob autem vir ſimplex habitabat in tabernaculis.* Hebræi apud Lyranum, mirè quidem noſtro in propoſito, ſic interpretantur, ſiue legunt. *In gymnaſiis literariis.* Vbi de diuinis myſteriis à duobus magiſtris Melchiſedech, & Heber inſtruebatur. Quantum itaque profecerit in bonis, præſertim ſpiritualibus, quantas victorias tulerit, nullus quippe ignorare creditur. E

Apud Franc. Mendoz. vl i ſupra nu. 27. annot. 1. ſect. 2. In vita Sanc. Simpl in offic ſac. Aug.

Gen. c. 25. d.

apud. Lyran.

Eximiam diuinę ſcripturę virtutem attendens Iuſtinus Martyr, poſt quandam lecturam nonnullarum inſcriptionum ad monumenta Gentilium, eas tandem deridens, inanes, & mendaces dicens, ad Chriſtianam Religionem iam conuerſus, fidelium oracula expendens, & ſolum deuotionem, ac ſanctitatem ſpirantia bene percipiens, admiratur, de diuina ſcriptura ſic ait. *O grauium affectuum fugatorium inſtrumentum! O ignis animę inſiti extinctorium magiſterium! Hæc nos non efficit Poetas, non Philoſophos reddit, neque Oratores excellentes; ſed ex morte obnoxiis immortales, & Deos ex immortalibus facit.* Ex ea enim nobis dulcor, robur, ſuauitas, cibus, nectar ad refocilandas mentes, & animas: lux, lumen, directorium ad facile carpendam cælorum viam. Hinc ſponſus ipſe cæleſtis ad Eccleſiam ſuam fidelem dilectam. *Fauus,* ait, *diſtillans labia tua ſponſa.* Quam circa ſententiam Philo Carpatius ſic mirè ratiocinatur. *Fauus eſt diuina ſcriptura; vt enim in fauo mel, & cera latent, quorum altero paſcimur, altero lumen accendimus, ſic in literis ſacris ſuauiſſimus cibus animi, & lumen mentis inſunt.* O verè iucundi, foreque beati, qui audiunt, legunt, cuſtodiuntque verbum Dei, mentis pabulum, animę ſolatium, tribulati cordis refugium, verę fidelium diuitię, ac opes admirandę.

Iuſtin. mart. Orat. 1. ad Græcos.

Cant. c. 4. b.

Philo Carpat.

O quam lætus, quam libenter, expoliatus indumentis, per illam pergeret viam, qua birettum, pileum, calceos, baltheum, ſubuculam, pallium, & quæquę ſibi neceſſaria indumenta ſe reperturum certò ſecum excogitaret! talia eos contingunt, qui eloquia ſacra percurrunt, obſeruateque legunt, quibus enim ornamentis ſpiritualibus carent, ibi copioſè repertis induuntur. Audi Dauidem id expertum, ac mirè dicentem. *Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa.* Quod præſertim intelligendum de ſpoliis iis, quibus expoliati Hebræi, Gentiles inde fideles facti fuere veſtiti. Quo in loco Diuus Gregorius ait. *Eloquia Dei ſpolia idcirco vocata ſunt, quia ad fidem Domini Gentilitate tranſeunte, Iudæi ſacris eloquiis, quibus induti fuerant, exuuntur.* Quod ſi Dauid exultabat, qui tamen pauciora ſcripta inuenerat, quanto magis nos lætari debemus, qui valde plura inuenimus? non itineris labore, ac faſtidio; ſed mentis, oris ſtudio? Qua de re ibi Sanctus Ambroſius. *Meritò ergo,* ait, *exulto, ſicut qui inuenit ſpolia multa, ſine labore meo inueni ſpolia, quę non habebam. Inueni Heptateuchum, Regnorum libros, Prophetarum ſcripta, &c.* Vultis vos diuitioſè indui? diuinarum ſcripturarum diu incumbatis lectioni. Sæculi diuitię perduntur, Domini autem verbum manet in æternum. F

Pſal. 118.

D. Greg lib. 18. Moral. c. 11.

D Ambr. ſer. 25.

Neque tam diuitioſi euaſere Iudæi expoliato Aegypto, vaſa illinc aurea & argentea deferentes, quam nos ex eis, Dominum deferentibus, locupletati

diuinarum

A diuinarum ſcripturarum auro, & argento ſumus. Conſideratio eſt eiuſdem Diui Ambroſii, vbi ſupra dicentis. *Hebræi ſpoliauerunt Aegyptios, & vaſa eorum abſtulerunt. Iudæorum ſpolia habet populus Chriſtianus, & totum habemus; quod illi habere ſe neſciebant: illi aurum, & argentum materiale abſtulerunt; nos aurum mentis accepimus, nos acquiſiuimus cæleſtis ſermonis argentum.* Quibus plane verbis oſtendit, quanto animus præſtantior eſt corpore, tanto præſtantiores eſſe diuitias ſcripturę, quę ad animum ſpectant, fortunę diuitiis, quę ad corpus pertinent. Concludamus denique, omni conatu virium maiori, operam ſacrę lectioni dandam; ex qua ſalus, & vita. Qua de re Diuus Chriſoſtomus quadam in concione inquit. *Nunquam enim fieri poteſt, non poteſt, inquam fieri, vt quiſquam ſalutem aſſequatur, niſi perpetuò verſetur in lectione ſpirituali.* Vis tu aptus fieri Thalamus, puritate ornatus pro Domino in terris ſuſcipiendo, vt glorioſè ſuſcipiaris in cæleſtibus? ſacram frequenter perlege, diſce ſcripturam. Hinc Diuus Hieronymus ad Ruſticum Monacum ait. *Nunquam de manu, & de oculis tuis recedat liber iſte. Diſcatur Pſalterium ad verbum, ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis.* Verùm de his hactenus hic; prolixior namque ſermo diuiſionem expetit.

D. Ambr. vbi ſupra.

D. Chryſoſt. conc. 3. de Lazaro.

Diu Hieron. ad Ruſticum Monac. apud Mend. vbi ſupra.

Adhuc quædam non minus propoſito facientia conſiderantur de mira Diuinę ſcripturę lectionis vtilitate congruentique neceſsitate.

B

QVID vlterius ego hac de re dicam? quod nam maius teſtimonium adhibeam? audiamus quid de ſe ipſo diuini eloquii lectore Pater Auguſtinus dicat. Hic cum adhuc in Manichæorum ſecta moraretur, durus extabat ad aſſentiendum iis, quę ſanctę fidei catholicę ſunt; verùm arrepta, attentèque lecta Diui Pauli Apoſtoli ſcriptura, omnes dubietatis tenebrę ab eo mox euanuerunt. *Itaque*, ait ille, *concitus redij ad locum, vbi ſedebat Alipius; ibi enim poſueram codicem Apoſtoli, cum inde ſurrexi: aperui, & legi in ſilentio capitulum, quo primùm coniecti ſunt oculi mei. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, &c. nec vlterius volui legere nec opus erat. Statimque cum fine huius ſententię, quaſi luce ſecuritatis infuſa cordi meo, omnis dubitationis tenebrę diffugerunt.* Audierat enim ſibi cælitus dici, quaſi voce puerili, tolle, lege, qui confeſtim ſurgens, tulit, aperuit, legit, & mira ſecuritate, catholica viuacitate confirmatus euaſit. Durus ad credendum, non contemnat eloquium ſacrum: Difficilis ad conuerſionem, frequentet ſacrę ſcripturę lectionem: rudis ad cognitionem, audiat ex ore concionantium ſermonem, & experiens in ſe miranda videbit.

D. Auguſt. lib. 8. confeſ. c. 12.

C

Mirabilis quippeque ſcriptura, & conſideratione quidem digna eſt illa Domini apud Ioannem dicentis. *Amen dico vobis, quia venit hora, & nunc eſt quando mortui audient vocem filij Dei; & qui audierint, viuent.* Quod fortè poteſt intelligi de ſuſcitatione Lazari, atque filii viduę, nec non & puellę Archiſinagogi, & aliorum, quos ſuſcitauit ipſe Chriſtus Dominus, dum hìc viueret paſſurus, & moriturus, ideoque de præſenti loquebatur, dicendo veniſſe horam vocis ſuę à mortuis audiendę. Nihilominus alii credidere intelligi de Iudicio Vniuerſali; quę Gloſſa communi expoſitorum opinioni nequaquam arridet; ait enim Dominus horam veniſſe, & nunc eſſe, futurum autem, non præſens eſſe Iudicium vniuerſale conſpicuum, & certiſſimum eſt. Quamobrem placet Diuo Patri Auguſtino, & aliis, potius id intelligendum de conuerſione, & reſurrectione à pecatis, à morte peccatorum, à vinculis eorum per auditionem vocis filii Dei fidelem, & per exhibitam fidem ſacris ſcripturis, & ex conſequenti concionantium catholicorum dictis ex diuino eloquio deſumptis. De huiuſmodi autem diuinarum ſcripturarum lectione Sanctus Chryſoſtomus inquiebat. *Hac ſiquidem ſtringit animos, nec quoquam diffluere permittit, facitque attentius ad lucem virtutis aſpicere, ad quam velut apprehenſa manu pertrahit audientes.* Et hi, atque conſi-

Ioan. c. 5. e.

D. Aug. Lyran. Ordin.

D. Chryſoſt. in Matt. c. 5. hom. 15.

Digitized by Google

conſimiles multi ſacrarum ſcripturarum, eloquiique diuini effectus mirabiles, & ſalutares. D

Natal Com Mythol. lib. 8. c. 5. Orat. in Poetic.

Mythologi, ac Poetę ferunt Amphionem ſuo ſuaui cantu, & lyrę ſono ad ſe arbores, ſaxa, & lapides audiendum traxiſſe. at ſub inuentione formoſa veritas hæc latet, quod videlicet magna in dicendo eloquentia, & operibus in faciendis moralibus alliciebat homines de medio arborum, & agrorum ad condendam vrbem Thebam. Quod quidem opus non contradicit fidelium cætui, eorum moribus, & rectis operibus. Sed ecce, ecce, ò fideles myſticus, & ſpiritualis Amphion, catholicus ſcilicet concionator, cuius ore, & ſacro ſermone ex diuinis literis deſumpto Dominus Deus bruta, vt ſic dicam, allicit, ſaxa, & plantas trahit, nimirum peccatores inde corde contritos, bene ratiocinantes, velut probos rationales, factos ipſius Dei amicos, & lapides pretioſos, ad conſtructionem cæleſtis Vrbis, beatorum ciuitatis, de qua ſancta canit ſic Eccleſia;

Hymn. in Dedic Eccl.

Vrbs Hieruſalem beata,
Dicta Pacis viſio,
Quę conſtruitur in cælis
Viuis ex lapidibus. & c.

O bellue, ò ſaxa, ò plantę, ò peccatores, audite Verbum Domini, ſacras legite ſcripturas, vt aptemini cæleſtis Patrię conſtructioni. Vos quæritat congregare Dominus, vt ſuum cæleſte beatorum faciat opus. Ita ſcriptum reliquit Diuinus ille Vates Pſalmigerus. *Aedificans*, ait, *Hieruſalem Dominus, reliquias Iſraelis congregabit*. Quod vobis fideliter iubetur facite, & cæleſtem vrbem, quam glorioſe vtinam inhabitetis, prout eſt in vobis, conſtruite. E

Pſal. 149.

Demum quis iure perquiret, & quomodo hæc doctrina, hæc ſacra ſcriptura facilè percipitur? à legentibus, ab audientibus ad ſalutem intelligitur? dubio procul prius, ſeu magis voluntate, quam intellectu. Expertus audiatur Rex Pſalmigerus de viro tali, ſic ſcire cupiente dicens. *In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte*. Conſideretur, quomodo prius ordinauit, & poſuit opus voluntatis, inde verò intellectus. Prius dilige, benèque operare, & poſt hæc de diuino eloquio meditare; fideli, & ſanctę ſpeculationi ſtudeas incumbere, vt melius ſcripturas ad faciendum eas poſſis intelligere. Qua de re idem Vates alibi. *Beati*, ait, *immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: beati qui ſcrutantur teſtimonia eius in toto corde exquirunt eum*. Notate dicendi modum, ſignate myſterium morale. In diuinę legis ſcrutatore ſacrarumque ſcripturarum lectore prius ſupponit bonitatem moralem, & rectam voluntatem, paratam in Domini mandatorum obſeruationem. Bene autem ait. *Qui ambulant in lege Domini*. Sed numquid lex eius via? maxime, ad Beatorum Patriam deducens. & qui ambulat, in viam pedes admouet, per quos paſſim à Patribus, & in ipſo diuino eloquio, intelliguntur affectus, quos in Domini lege. atque ſacra lectione debes ponere, & poſtea ſcrutari, vt ſic optime intelligas, & vlterius fidele opus perficias. F

Pſal. 1.

Pſal. 118.

Iſai. c. 61. b.

Idem c. 58. a.

Cum Sanctus Iſaias à Domino mitteretur ad concionandum populo, ait. *Ad annuntiandum manſuetis miſit me Dominus*. Cui nihilominus in mandatis dederat, vt acre argueret vniuerſum Iſraelis populũ, vlla ſine ſermonis limitatione erga hunc, vel illum. *Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & c.* Nec abſq; ratione credatur dixiſſe, quaſi tuba, quoniam ea præco æquè ad milites, & duces, ad totius exercitus aures, etiam equorum excitando intonat. Quare igitur ò Propheta, dicis dumtaxat te miſſum ad manſuetis annuntiandum? Reſpondetur ibi pro manſuetis poſſe intelligi volentes piè, ac deuotè ſermonem Domini, ſacram ſcripturam audire; non ſuperbè, atque curioſè præſumentes intelligere. Magna igitur voluntate lectioni ſacrę ſcripturę incumbamus, vt fructum ſalutiferum ex ea capiamus in ornamentum noſtrę domus myſticè. Hac autem de re plurima, & fortè formoſa dicemus alibi, nimirum feria tertia poſt Dominicam quartam Quadrageſimę.

Hortus Predic. p. 2.

Interim omni conatu virium maiori Diuinę ſcripturę lectioni operam demus, vt fideles eius adiutorio ſurſum ad cacumina Cælorum eleuemur. Ipſa namque inſtar illius magnę Ezechielis Aquilę, alas habet, inter quas, & quibus velut auiculę nos adhærentes ſurſum vehimur tuti ad eſſe in cæleſtibus

Ezech. c. 17. a.

beati

Digitized by Google

A beati. Mementote, quæſo, illius Sancti Iſaię viſionis. Super Domini ſoliũ
in quo ipſe Deus, duo Seraphim ſtantes duabus alis volitabant, de quibus ibi
ſciptura inquit. *Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alę vni, & ſex alę alteri. Duabus vela-* Iſai. c. 6. a.
bant faciem eius, & duabus pedes eius, & duabus volabant. Iam ſupradiximus ex Patrũ
Gloſſis, per eorum alas, faciem Domini velantes, intelligi ea, quę ante mun
di conſtitutionem, erant, eſſe ignota: per pedes autem eius ſimiliter deno-
tari eã, quę poſt eius ſæculi fine.n, non penitus ſciri ab ho nimibus. Verum de
duabus alis volitantibus modo quæritur, nam fruſtra videtur volare, qui dici
tur ſtare: vt quid alas mouebant, qui ante Dominum ſuper eius ſolium ſtabant?
Ordinaria ibi Gloſſa reſpondet ſic, per Cherubim ſignificari duo teſtamenta,
vetus, & nouum, diuinam videlicet ſcripturam, quę ſuis alis nos eleuat ad cæ-
leſtia de terris. *Seraphim*, ait, *ideſt duo teſtamenta. duabus alis, ideſt doctrina ſua, quę ha-* Ordin. ibi.
bet alas, quia leuat nos ad Cælum. O Ieſu Chriſti fideles, ò deuoti vos omnes, nos
inter huiuſmodi alas variis pennulis, lectionibus multis confectas abſcondere
ſatagamus, vt iis ad locum tutiorem, ab omni periculo inquinamenti remo-
E tum conſcendere valeamus.

Verè magna virtus, & efficacia Verbi Dei, ſacræque ſcripturę. Attendatur,
quæſo, magnum quoddam negotium de Abraham, & ſucceſſus in propoſitũ.
Thare tunc inter Hebræos magnę vir virtutis, & optimę famę vni ex natis ſuis
nomen hoc impoſuit Abram. Cui multis annis Domino Deo coram rectè,
B ac piè ambulanti dixit ipſe Dominus. *Ego ſum, & ponam pactum meum tecum, eriſ-* Gen. c. 11. d.
que pater multarum gentium. Nec vltra vocabitur nomem tuũ Abram; ſed appellaberis Abra- Et cap. 17. a.
ham, quia patrem multarum Gentium conſtitui te. Addidit literam, quid minimum
eius nomini, & eum auxit in magnum Dominum. Quod attendens, & admi
rans Sanctus Ioannes Chryſoſtomus bellè ait. *Vnum elementum tantum Imperium* Diu. Chryſ.
vindicauit Iuſto. Quid inde, vt ſic dicam, ſequutum fuiſſet, ſi plura elementa hom. 2. de
Abrahę nomini Deus addidiſſet? audi verbum Dei, loquere frequenter illud. Iſai.
cuius virtute multiplicatur imperium, & ſequetur magnum bonum.

Internum, & externum hominem magna Dei Verbum conſolatione re-
plet. ſic inuicem omnes corporis noſtri ſenſus diſpoſiti ſunt, vt eorũ quiſq;
ſuũ habeat obiectũ, prout ratiocinanti clarè patet. Attamen dante Deo legẽ
Moyſi ſuper monte Synai, textus ait ibi. *Cunctus autem populus videbat voces & lam-*
pades, & ſonitum buccinę, &c. Sed ſi vox, ſi ſonitus aurium non oculorum propri Exod. c. 20. e
um eſt obiectum, quomodo, quare dicitur, populum vidiſſe voces, ſonitus,
tonitrua? Reſpondet Philo Hebræus ex Dauidis Pſalmo. *Quoniam verbum Dei*
illuminans oculos. Eſt obiectum, eſt paſtus, & ſuauis omnium ſenſuum hominis. Phil. Hebr.
Attende, audi verbum Dei, & repleris totus iucunditate ſuaui. Sed perci- ex Pſal. 18.
pe, conſeruaque illud adeo, vt non amittas diluculo.

Multę magnę multitudines ieiunę ſequebantur quadã die Chriſtum Do-
minum, quibus ille pius per viam loquebatur. cum autem eſſet propè veſpe-
C ras diſcipuli Domini dixerunt ei. *Deſertus eſt locus, & hora iam præterit, dimite tur-*
bas vt euntes in caſtella, emant ſibi eſcas. Dominus verò Ieſus optimè ſciebat quid Matt. c. 14. c.
erat ipſe facturus. Sed quæritur de turbis, quę cum eſſet ferè ſero nihil curan
tes, non quæritantes de cibo, & neceſſario alimento, Dominum illis ſermo-
cinantem hylares continuò ſequebantur. quomodo, quare ſic? Reſpondet
Abulenſis ibi, quæſt. 68. bellè ita. *Quia erat poteſtas in verbis Chriſti, poterat enim lo-*
quendo conſolari hominem, & conſeruare ſine cibo. Verba illius erant ſuauitate plena, Tuſtat. in c.
turbas confortantia, iccirco nil de cibariis cogitantes, hylares ſequebantur 14. b. quæſt.
Dominum venerantes. 68.

Quodnam nobis neceſſum, quod non contineat quod non afferat Dei ver
bum? De quodam paupere cæco apud Lucam legitur. Qui à prætereunte
Domino Ieſu Chriſto clamans, petiit, vt ſanaretur, & oculorum lumini reſti
tueretur. Quem & Dominus generoſè, cumulatè mox exaudiuit. *Ipſe verò*
multo magis clamabat. Fili Dauid, miſerere mei. Stans autem Ieſus iuſſit illum adduci ad ſe,
& cum appropinquaſſet, interrogauit illum dicens. Quid tibi vis faciam? at ille dixit. Domine Luc. c. 18. g.
vt videam. Et Ieſus dixit ei. Reſpice, &c. Et confeſtim vidit, & ſequebatur illum, magni-
ficans Dominum. Quodnam inſtrumentum adhibuit Dominus ad illum, ſe fide-
liter commendantem, ſanandum illuminandum? numquid Cælum, terram,
ignem, aquam, aerem, aut aliud ſimile quid? non quidem. Sed reſpondet
Theoph-

Theoph: ibidem. Theophilactus. *Tantum adhibuit verbum, dicens, reſpice, & illico reſpiciens vidit*. Verbum eius diuinum id effecit, & vniuerſa operatur bona, quod & in ſacris ſcripturis exaratum legitur, quod à fidelibus auditur, quod in Eccleſiis prædicatur, quod ſuſcipitur, conſeruatur, & in ſuis miranda operatur. D

Et quid boni eſt, præſertim ſpiritualis, quod verbum Dei bene perceptum non operetur in nobis? Audiatur ſponſa fidelis ſimili de re dicens. Cant. c. 5. b. *Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intumuit ad contactum eius.* Dubio procul intellexit ſponſum ſuum, Chriſtum Dominum, hominem Deum. Sed quomodo ſic ſuam miſit ille manum? Ad huius facti intelligentiam conſiderandum quod Philoſophus ait, nimirum quòd manus eſt omnium inſtrumentorum inſtrumentum. Philoſoph. Modò autem ſic dicamus exponendo, quo, qua hac inſtrumento vſus fuit ipſe omnipotens Deus in rerum creatione, ad condenda hæc omnia? ſane verbo tantum. Pſal. 32. *Ipſe dixit, & facta ſunt.* Hoc inſtrumentum, hanc manum, hoc verbum ſuum mittit Deus, Chriſtus Dominus per aurium foramina hominum, interdum ſuos per concionatores in cordibus noſtris, & nos rectè percipientes, obtemperantes, omnibus bonis præſertim ſpiritualibus replet, auget, & lætari facit. E Qua de re Origenes in Exodum bellè ait. Orig. in Exod. ho. 13. *Si verbum Dei, quod in Eccleſia prædicatur, tota deuotione, tota fide ſuſcipias, fiet tibi quodcumque deſideras.* Notandum autem dixiſſe quodcumque complectentem ſic genericè omne deſideratum, tam ſpirituale, quàm temporale bonum. Ne contemnatis, ſed ſolliciti eſtote audire, legere, beneque percipere verbum Dei, ſi cupitis ſalutarium bonorum participes fieri, immo, & eis repleri.

PARAPH-

PARAPHRASES, ET MORALES CONSIDERATIONES

In huius Dominicæ Euangelium.

Anno quinto decimo Imperij Tiberij Cæſaris, &c.
Luc. c. 3. 2.

A HOC verbum ſuper Ioannem factum, quædam cælitus ei reuelatio; ſeu inſpiratio fuit, vt pænitentiam Iudæis prædicaturus iret, qui credentes inde baptizarentur, & ſalui fierent. prout exponit Diuus Ambroſius dicens. *Factum eſt verbum vox ſecreta eſt; verbum enim prius operatur intus, &c.* Vel vt ait Dionyſius Carthuſianus in eumdem locum eodem capite. *Facta eſt ſibi præceptio exeundi de deſerto, & veniendi in publicum.* Nempe ad eumdem effectum prædicandi verbum Domini, & ſalutarem Iudæis pænitentiam. Id autem dubio procul à Deo fieri potuit aliquibus annis ante, vel etiam poſt in eiuſdem Tiberii Cæſaris Imperio: attamen qui iuſſit hoc fieri voluit anno eius regiminis quinto decimo. Quod propemodum non abſque optima ratione miſterioſa, moralique factum fuiſſe creditur. Petrus Bongus de myſtica numerorum ſignificatione aſſerit quàm plurima recondi myſteria hoc in quintodecimo numero; ſed & inter alia multa, quę hac de re mirum in modum diſſerit, hæc præcipuè recenſenda mihi viſa ſunt. *Numerus, ait, quindecimus propter ſeptem, & octo, quibus conſtat, diuinarum ſcripturarum myſterijs accommodatus, vitam, quę nunc eſt, & futuram: vetus, & nouum teſtamentum. Sabbatum animarum in futuro, & carnis reſurrectionem, plenam ſcientiam, conſummatamque doctrinam ſignificat. Aut certe aliquid aliud cæleſtis ſemper, & ſpiritualis continet arcani.* Hæc ille, atque ſequitur peregregiè declarando quę omnia de huiuſmodi numero dixit. Iccirco nulli mirum, & ſi anno præcipuè decimo quinto Tiberii Cæſaris Imperatoris verbum Domini cælitus ſuper Ioannem factũ fuit, ad præfatum effectum ſalutarem hominum.

D. Ambr. in Luc. c. 3.
Dioniſ. Carthuſ. ibidem

Petrus Bong. de miſtic. numer. ſignif. num. 15.

B

Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem. Quis iurè vlterius inquirere poſſet, qua de cauſa, dicitur factum ſic Domini verbum ſuper, & non ad Ioannem, & nõ in ore, in aure, ſiuè in manu Ioannis? cum nihilominus in eloquio veteri diuino cælitus Domini verbum, inſpiratio, ſiue mandatum dicatur factum in manibus Prophetarum, quando videlicet mittebantur ad annunciandum populis quid agendum, cum ſimili annorum, ac dierum annotatione. *In anno ſecundo Darij Regis, in menſe ſexto, in die vna menſis, factum eſt verbum Domini in manu Aggei Prophetę.* Similia quoque ſibi facta narrauit in ſequenti ſuo capite ſecundo. Nunc autem verbum idem non in manu, ſed ſuper Ioannem Zacharię filium legimus eſſe factum. Quorſum hæc diuerſitas in modo reuelandi verbum Domini? Sanctis nimirum viris populo pænitentiam prædicaturis? Audi. Profecturum Regem ad aliquam Ciuitatem ſuarum miſſi præcedunt famuli, ſeu tabellarii, eius epiſtolas manu deferentes ad loci Rectorem, vt per eum vniuerſa pro Rege venturo neceſſaria præparentur; at venientem actu ipſum Regem præcedens nuncius non litteras teſtimoniales, ſeu narratorias, ac adhortantes

Agge. c. 1. & 2.

Simile.

ſtantes manu geſtat, ſed ore ait, en, en, Rex ſuper me ſtat, poſt me nunc immediatè, ecce adeſt, aperite portas, adferte ſellas, iam ingreditur, vt iudicet, & gratias elargiatur iuſtas. D

Venturus olim Regum ſummus Dei filius in mundum reparaturus ipſum mittebat ſeruulos Prophetas ſuos annis ante plurimis, venturum nuntiaturos velut in manu epiſtolas geſtantes. Ideo dicitur verbum Domini in manibus Prophetarum; at eodem tempore poſt Ioannis præcurſoris natiuitatem venit

Ioan. c. 1. d. ipſe Rex Meſſias, & ideo Ioannes ait. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Qui poſt me venit ante me factus eſt?* En ipſum recipite in domibus veſtris, in cordium habitaculis, & hæc ratio, quare illis in manibus, ſuper Ioannem verò

D. Max. hó. 3. in Natiui. S. Ioann. Domini Dei verbum dicitur eſſe factum. *Nec merito illum præcipuo honore nunc veneramur, qui ſpeciali quadam gratia ob Redemptorem mundi nouiſſimus prophetauit, vt oſtenderet eum. Hic enim ſolus eſt Prophetarum, qui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quem alij in longa tempora futurum præſcierunt, proprijs oculis videre meruit, & annuntiare præſentem.* Hæc in propoſito clarius de laudibus Sancti Ioannis Diuus Maximus teſtata reliquit.

Anno quintò decimo, &c. Factum eſt verbum. Notetur quæſo, qualiter, atque quomodo, Ioãne Chriſtum Dominum mundi Reparatorem prædicaturo, Reges gentium, & Princeps Iudæorum commemorantur, forte ad indicandum quoniam Dominus ex vtriſque nimirum gentibus, & Iudæis reparaturus, ſal-

D. Greg. in homil. uaturus venerat. Sententia eſt Diui Gregorii dicentis. *Quia enim illum prædicare veniebat, qui ex Iudæis quoſdam, & ex gentibus multos redempturus erat, per Reges gentiũ, & Principes Iudæorum prædicaturus eius tempora deſignantur.* In magni feſtiuitate Sancti, vel in alicuius Regis, ſiue Ducis natali, Ciuitates, Terrę, Oppidaque illius E

Simile. ditioni ſubdita ſolent mittere famulos, vexilla deferentes, cum eorum locorum nominibus, quę coram eo Principe, Domino, Protectore venerantes explicata ponunt. Sicut quotannis fit in Vrbe Florentia coram ipſo Etrurię Duce magno cum apparatu, & populorum concurſu multo in ſolemnitate

Exempl. Sancti Ioannis Baptiſtę, in ſignum vtique obedientię, & ſubiectionis tanto Principi Domino ſuo, defenſorique valido.

Num. c. 1. a. Similia iuſſu Domini per Moyſen facta in eloquio diuino leguntur. *Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Synai, in tabernaculo fœderis, prima die menſis ſecundi, anno altero egreſſionis eorum de Aegypto, dicens. Tolle ſummam vniuerſę congregationis Iſrael per cognationes, & domos ſuas, & nomina ſingulorum, &c.* Ac ſi dixiſſet, expande, o ſende omnia ea me coram, vt ſciant, quia ego Dominus, protegens eos ab inimicis, & redimens de Aegyptiorum manibus. Quod æquè bene con-

Exodi. cap. 28. b. firmari videtur eo Exodi vigeſimo octauo. *Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino ſuper vtrumque humerum ob recordationem.* Quando de Aegypti medio erepti fuere; vel quando Meſſias promiſſus orbem redimet vtroque humero ſuper Crucem, vtraque ſcilicet natura, diuina, & humana. Sic & nunc ſuo modo Euangeliſta deſcripſit nomina Gentilium, & Iudæorum coram Chriſto, ex illis, & ex iſtis veniente multos ſaluare. Quod teſte, prædicanteque Ioanne factum eſt. F.

Alium ſenſum literalem, licet parùm à præfato diſtantem, affert magnus Origenes, conſiderat ſcilicet differentiam in prædicatione Diuini Sermonis ante Aduentum Domini, & poſt. Tunc enim ſolùm Iudæis prædicabatur, at Euangelium etiam Gentilibus, & cunctis hominibus. Propterea dum Dei Verbũ tunc prædicabatur. Regnum tantum Iudæorũ deſignabatur; at Euangelicę legis tempore deſcribitur mundus vniuerſus, quoniã ad omnes erat ſermo

Orig. homil. 21. Euangelicus, verba eius ſunt hæc. *In Prophetico ſermone ſolis Iudæis prædicato.* Solum Iudæorum Regnum. *Deſcribitur. Viſio,* inquit *Iſaię in diebus Ozię, Ioathan, & Achaz Regnum Iuda, & in Euangelio, quod erat prædicandum vniuerſo mundo, Dominium de-*

Rabbi. Achad. *ſcribitur Tiberij Cæſaris, qui totius orbis Dominus videbatur.* Hebræorum Rabbini ferunt, quamplurimos ex Aegyptiis cætum Iſraelis pedeſtres, & ipſos ratione amicitię ſequutos, mare Rubrum per ſiccum tranſiſſe, & in tutum cum Iudæis exiſſe. Verùm id magis in ſui excuſationem aſſeruere, fatentes eos fuiſſe

Exodi. cap. 32. a. qui viſo vitulo aureo, Diaboli illuſione callida, ſe mouente, clamauerunt.

Doctor. Incogn. *En Dii tui Iſrael.* Conſueti videre Apis, Deum Aegyptiorum, in ſimilitudinem vituli paſcentem, ac tripudiantem per prata Aegypti; at id non comprobatur,

cum

Digitized by Google

A cum illud Idolatrię facinus Synagogę imputetur, quę pœnas propterea iure dedit ipſa.

Sed quid quid de hoc ſit, conſideremus nos id in præſentiarum ita. Omnes viderunt legis Tabulas per Moyſis manus à Deo datas, audierunt legem, & eius expoſitionem, tamen ab ipſo Deo paſſim dicebatur Moyſi. *Loquere filijs Iſrael, dic ad eos.* Et ad gentes? etiam ad eas inde, ſed pro nunc ſermo huiuſmodi nullus eis, ſolus Iudæorum cætus verbum Dei per Prophetas ſibi factum audiebat. At Euangelium per orbem vniuerſum ad omnes prædicandum homines iuſſum. Dominus enim ſuis diſcipulis dixit. *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.* Bone Deus, non ipſe Dominus ſermocinari ſolitus in tenebris, nec vnquam ſuper tecta prædicauere Diſcipuli eius. Quorſum igitur huiuſmodi modus dicendi? ex Patribus Gloſſę ſic intelligendum reſpondent. *Id quod vobis in ſecreto, in myſterio, & in locis priuatis dico, vos dicite, prædicate, accepto Spiritu Sancto, publicè, apertè, cunctis coram populis.* Quod nihil minus peregerunt, euntes liberè, & publicè ſanctum prædicantes Euangelium. Sicut & de illiſmet Diuinus Vates Pſalmigerus ante prædixerat. *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum.* Iccirco & in aduentu Domini, prædicante Ioanne baptiſmum pænitentię, tempus vtrorumque auditorum deſcribitur, Iudæorum videlicet, & Gentilium.

Matt c. 10. b.

Interl. Ordin. Lyran. ex P...r. b.

Pſal. 18.

Nec diſſimilem affert quoque his verbis intellectum Gloſſa Moralis, nimi-

B rum tam vniuerſalem deſcriptionem tempore eorum Rectorum, & Regum factam fuiſſe ad ſignificandam venientis Regis Meſſię Reparatoris magnitudinem, excellentiam, & dominationem. Verba eius ſunt hæc. *Quod autem prædicatio Ioannis tam ſolemniter deſcribitur, ſcilicet per tempora Imperatoris, & Pontificum, & Principum, eſt ad deſignandum illius excellentiam, quam nunciare veniebat, vt pote qui ſummus Imperator, & Pontifex, & Gubernator omnium exiſtebat.* Audiui dicentem ſe legiſſe (noſtro formoſum in propoſito) nempe in magni Macedonis Alexandri natiuitate, eius in palatio, Macedonum, & Perſarum populorum Inſignia apparuiſſe, magnum quippe futuri præſagium, nempe natum Principem Regium vtriſque populis Macedonienſibus, & Perſis Imperaturum Dominum, quod rei euentus totum perbellè comprobauit. Sic, ſic maiori modo dicatur ſummo Principum, & Regum Chriſto Domino naſcente, natoque deſcribitur, Regnum Iudæorum, & Gentium; commemorantur Reges, & Doctores eorum, ſanè in ſignum, quoniam Ioannes veniſſe vtriſque Dominaturum Meſſiam Chriſtum prædicabat. De quo alter Ioannes, nimirum Euangeliſta dixit. *Et habet in veſtimento, & in fæmore ſuo ſcriptum, Rex Regum, & Dominus dominantium.* Nedum enim inter gentes, ſiue inter Iudæos, ſed inter omnes regnaturus, cunctiſque imperaturus iure Dominus venit, ad eorum videlicet ſalutem animarum.

Gloſ. Moral.

Apoc. c. 9. c.

Procurante Pontio Pilato Iudæam, &c. Non abſque optima ratione hoc in Euan-

C gelio nunc de multis Iudæorum Rectoribus fit mentio. Cuius quippe rei cauſam aſſignans Diuus Gregorius ait. *Quia etiam Iudæa erat pro culpa perfidię diſpergenda, in Iudea Regno per partem, & partem plurimi principabantur. Secundum illud omne Regnum in ſe ipſum diuiſum deſolabitur.* Laudabilis eſt quippe vnio, & ex probrabilis eſt diuiſio præſertimque in iuribus, & Regno, quod aliqui arbitrati ſunt indicatum per illud Geneſis primo, vbi de rerum creatione ſex in diebus à Deo facta narratur, & in omnibus expletis diebus dicitur. *Et vidit Deus, quod eſſet bonũ.* In ſecundo verò die hoc dictum non ponitur. Quare? numerorum computatores, & myſticę ſignificationis eorum obſeruatores dixere, quoniam binarius numerus eſt primus recedens ab vnitate, diuiſionem efficiens. Quo de negotio Petrus Bongus ait. *Iure igitur dualitas, quia principium eſt diuiſionis, cadit in ordine mali, ſicut, & ſiniſtrum. Priuatio in eamdem ſortem cadit, vt cum dicet iuſtus Iudex. ite maledicti in ignem æternum, ad eos dicet, qui in ſiniſtris erunt, ſeparando Hædos ab Agnis.* Nec duas propterea res, ſed vnam tantum petiit Rex Pſalmigerus Vates à Domino, vt ſcilicet in eius templo habitaret. Filius eius quoque Salomon non plura, ſed vnum tantum, ſuo ſcilicet victui neceſſaria ab ipſomet Deo efflagitauit, prout in eius trigeſimo Prouerbiorum habetur. Ac ideo multitudinẽ dominantiũ in Iudæa ſignificaſſe illius Regni ruinam, bene aſſeruerunt Patres.

D. Greg in hom.

Gen. c. 1. a. b.

Anton Pic- ciar comm. Symbol. de num binario Petr Bong. de m'ſt. nu. ſignif. de binar.

Tetrarcha autem Galileę Herodes, &c. Omnes tumultuationem, diuiſionem fa-

cientes, & Reipublicę lapſum efficiunt, & ſe ipſos vt plurimum interimunt. D
prout tot de Iudæam impiè gubernantibus claret, qui demum in diſperſionē, & perditionem iuerunt. Princeps, & Regis Dauidis filius erat Abſalon, cui Ioab militię Regię Dux omninò dicatus, & obediens erat, attamen in illius cor tres lanceas infixit. Quare? Reſpondet Lyranus. *Quoniam Regnum perturbabat, & diuiſionem efficiebat.* Sic qui in Regno populorum diuiſionem, in Ciuitate ſeditionem affectabat, eam ſuo in pectore, in corde ſenſerat. Erodoto referente Antiquitas Gentilium ad conſtruendam pacem, & Ciuium vnionem, diuidebat vitulum, per cuius partes data diuiſione tranſibant omnes, inter quos pax, & vnio componenda prętendebatur, ad inſinuandum, quod qui eorum compoſitam pacem, factamque vnionem fregiſſet, idem ei contingendum foret, nimirum eſſe ſic in partes diuidendum. Quod ſanè ad verbum videtur deſumptum ex Hieremię vaticiniis in Domini Dei perſona dicentis. *Et dabo viros qui præuaricantur fœdus meum, & non obſeruauerunt verba fœderis, quibus aſſenſi ſunt in conſpectu meo, vitulum, quem conciderunt in duas partes, & tranſierunt in diuiſiones vituli.* Ab vnione receſſerunt, diuiſiones quæſierunt, & in ſe ipſis quoque ſectiones paſſi ſunt; quoniam per quę quis peccat, per eadem iure torqueri ſolet.

2. Reg. cap. 18. c.
Erodot. Plutar.
Hierem cap. 34. d.

Factum eſt verbum Domini, &c. O quanta dulcedo, ò quam magna ſuauitas eſt audire verbum Domini factum? Reuocetur, quæſo, in memoriam illud, quod apud Ioannem ſeptimo legitur. Impia Phariſæorum turba vlterius Christum Dominum, & eius Sanctiſſimam bonitatem ferre non valens. *Miſerunt miniſtros vt apprehenderent eum.* Quibus eo coram ad hunc effectum factis ipſe Dominus nonnulla verba fecit, præſertim autem hæc. *Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum, &c.* Ac ſi dixiſſet, nolo apprehendi, nolo mori modo, ſed parùm adhuc temporis vobiſcum manere volo. Illi vniuerſa bene attendentes miniſtri apprehenderunt eum, Phariſæorum iuſſa exequentes? minime, ſed mites, pii reuertentes dixere mittentibus. *Numquam ſic loquutus eſt homo, ſicut hic loquitur.* Sed numquid fieri potuit, vt numquam omninò à mundi origine vſque tunc hominum quis ſimilia verba protulerit? Affirmatiuè potuit contingere; ſed verbum Dei, ore Domini illud non erat, iſtud namque vniuerſa reſtaurat, & magna ſuauitate replet. Conſideratio Diui Patris Auguſtini eſt, dicentis. *Non ex natura verborum; ſed ex dulcedine, quam ex vi verborum ſenſim attraxerunt; feritatem miniſtri in clementiam commutarunt.* O quàm ſuaue, quam iucundum audire Dei verbum. Experire experire continuo & totiſſime tu quoque fateberis ore tuo. E

Ioan. c. 7. e.
Ibidem g.
D. Auguſt. ibidem.

Diuus Ioannes Euangeliſta ſuum Ieſu Chriſti Euangelium ſcribens, cælitus, ac de ſurſum omninò exordium ſumpſit, dicendo. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Certe apud aliquos videbitur quodammodo incongruus hic ſermo. Cum enim Deus Pater ſit prima diuinarum perſonarum perſona, ab illarum nulla, ſed a ſe totius Deitatis fontana, à Ioanne potius dicendum ſuo ordine debito videbatur. In principio erat Deus Pater, & apud eum erat verbum. Attamen alio exorſus fuit modo, prout ſupra. F
Quare ita? Reſpondet Diuus Pater Auguſtinus ibi, moraliter, & egregiè more ſuo ſatisfaciens dubitationi, attendendo præcipuè ſuauitatem verbi Dei, & conſiderando eam quidem eximiam in ipſo Dei verbo. *Nulli, ait, dubium eſt, quod ſecundum ordinem naturę, Sanctiſſimum illud Triclinium à Patre inchoandum erat; nihilominus cum eſſet myſterium ita reconditum, vt ſolum verbum Dei, propter eius ſuauitatem, ad promulgandum aptum cognouit Ioannes, propterea a verbo ipſo exordium ſumpſit.* Quid vltra? triſtaris, amaritudine repleris? audi, lege, nomina, repete Dei verbum tum perſonale, tum vocale, eloquium etiam in ſacris ſcripturis diuinum, & ſenties alleuiari, reſtaurari, ſancta dulcedine, ac ſpei viuacitate repleri.

Ioann. c. 1. a.
D. Aug. ibi.

Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem. Notanter aduertunt Sancti Patres, iuſſu videlicet fuiſſe Ioanni, vt egrederetur ad prædicandum, & id munus non à ſe ipſo ſumpſiſſe, ſed miſſum a Deo ſic Ioannem fuiſſe, ſanè vt vniuerſi Concionatores Catholici diſcerent, non quærere mitti, ſed libenter ire miſſi ad prædicandum verbum Domini. Qua de re Sanctus Apoſtolus. *Quomodo verò, ait, prædicabunt, niſi mittantur?* O Sanctiſſime Apoſtole, quid ais? vtique quicumque conciones habent, mittuntur, ſed quamplurimi ſuam fieri miſſionem nituntur cunctis viribus ſuis. At fortè ſic ille dixit, quaſi non potuerit imaginari, munus huiuſmodi a particularibus turpis lucri gratia quæritari, ſed ſolum

Rom. c. 10. d.

virtute

Digitized by Google

virtute ſanctę obedientię prædicatores migrare. Cui plurimum facit illud Regii Prophetę Pſalmigeri. *Sicut ſagittę, ait, in manu potentis, ita filij excuſſorum.* [Pſal. 126.] Sed quę conuentio, quę ſimilitudo ſagittarum ad filios hominum, & è conuerſo eorum? excuſſi magna etiam tyrannorum ſeritate fuerunt Apoſtoli Domini, quos & ipſe Dominus miſit velut per orbem vniuerſum euolantes. De quibus ibi Diuus Pater Auguſtinus. *Excuſſi ſunt, ait, quidem de manu Domini, tamquam ſagittę, & ierunt longè, & totam terram repleuerunt.* [D. Auguſt.] Horum verò filii, ſeu ſucceſſores, ſunt verbi Dei Concionatores, qui ad modum ſagittarum debent pergere ad concionandum. De quibus ibi quoque Sanctus Hieronymus ita. *Excuſſi appellantur expediti vegeti, & robuſti propter virtutem Spiritus Sancti.* [D. Hyeron. ibi & a ! Marcellam.] Sagitta itaque non ſe ſuper arcum ponit, non ſe ad ſignum emittit, ſed mittitur de fortis manu iaculatoris. Sic, ſic ſuo modo non à ſe ipſo, ſed à Prelato, ab Epiſcopo debet mitti ad prædicandum populo Concionator. Prout, & factum de Ioanne ludæis prædicaturo narratur in Euangelio. Qua de re Sanctus Titus ait. *Hæc clarè oſtendunt Ioannem ad baptiſmi, & verbi Dei miniſterium non ingeſſiſſe, ſed à Deo vocatum, & miſſum fuiſſe.* Item affirmant Interlinearis, atque Theophilactus in Euangelia. [S. Tituſ. Boſtren. bibli- ot p p.tom. 1. in Luc. c. 3.]

Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem. Et cur non ait, dictum eſt verbum Domini ſuper eum? Reſpondet Dionyſius Cartuſianus, quia Domini Dei verba in facta conuertuntur, quod homines imitari tenentur. [Dioniſ. Carte] *Vt indicetur, ait, quoniam verba Dei in facta ſunt vertenda.* Quod ſane dictum duplicem poteſt habere ſenſum, nempe quòd diuinis verbis debemus obtemperare, & quòd homines iuxta ſanum verbum debent exire in opus perfectum. Quid enim prodeſt dicere, & non facere? facta verbis copulanda, & plura verbis facta exquiruntur. Vocatus Moyſes à Deo eum miſſuro ad Pharaonem, vt magna eo corã faceret portenta, inquit. *Domine, ex quo locutus es mihi, ego impeditionis linguę factus ſum.* [Exod. c 4. e.] Cum tamen ex Domini conſortio, & ſermone eloquentior euadere debuiſſet. Quare ergo ſic? Reſpondet Origenes ibi, quoniam ſerui Domini expeditiores ſunt magis ad faciendum, quàm ad loquendum. Ideoque ibi Dominus Moyſi ait. *Quid habes in manu tua?* [Origen.] Virgam? non ait Dominus, quod habes in ore verbum, nec ait, te eloquentiorem efficiam, quamuis eſſe fore in eius ore promiſerit, ſed interim de manu curam geſſit, ac tractauit, vt intelligi detur, neceſſum verbum bonum, ſed non minus de factis curandum, atque ſimul iuxta bonorum verborum ſeriem habere debemus rectam operationem, immo valde meliorem. *Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino.* [Cant. c. 1. a.] Ait fideli ſponſo dilecta. Ex ore verborum, & ex vberibus lac, dulce opus, ſuaue; bene loquatur fidelis ſponſus, & impertiat melius, vel conſimile opus.

Et venit in omnem regionem Iordanis. Bene quidem in Iordanis regionem, qui apud Hebræos interpretatur riuus Iudicii vniuerſalis, ſeu etiã particularis ac ſi dicatur in plurimũ facere ad pænitentiã, & conuerſionẽ, quã Ioannes prædicaturus iuit. Experto Dauidi, credatur dicenti. *Inueteraui inter omnes inimicos meos.* [Pſal. 17.] Quales? quos? numquid de Saule diro perſecutore, atque de illius exercitu intelligebat? antea quam Dauid ſeneſceret, illi omnes è vita deceſſerunt. Numquid de nato ſuo Abſalone incompto? ille non proprie patris inimicus, ſed Regni valde cupidus; quamobrem contingit intellexiſſe, inter culpas inueteraſſe, quod inde cogitando, atque exitum ſibi ex his debitum metuendo, maximopere doluit. Genebrardus legit. *Prę nimio dolore canos deduxi.* [Geneb.] Quemadmodum nonnullis accidit, qui carceribus, atque compedibus adſtricti, audientes ſibi mortis ſententiam annunciari, nocte prænimio cogitatu tormentoſo, canos emiſiſſe ipſa nocte, & mox mane facto tales reperti ſunt. Sic, ſic [Simile.] Dauid, ſuo modo de culpis patratis, de imminente morte, de Iudicio tum vniuerſali, tum particulari intenſiuè cogitando canos emittebat, adeo verè pænitens ſanctus Domini Vates euaſit.

Efficaciſſimum dicatis modum, & remedium reuocandi hominem à patratione delictorum, mortis recordationem, venire ſcilicet in ſui exitus extremi cogitationem. quod ſi in aliquo id non operatur, certiſſimum eius perditionis ſignum eſſe dicatur. Videns Iudas Iſcariotes illud à Magdalena vnguentum Nardi piſtici generoſè effundi ſuper caput Domini, in auaritiam, & indignationem datus inquit. *Vt quid perditio hæc? potuit enim vnguentum iſtud venundari*

M 2 multò,

Matt.c.26.a. *multò, & dari pauperibus*. Notanter verò conſiderandum hæc Iudam dixiſſe, breui atque de proximo proditionem Domini ſui facturum, atque mox Dominus ipſe ſubiunxit: *Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit*. Alius verò Euangeliſta dixit: *In ſepulturam meam*. Quibus auditis, impius ad proditionem ſe confeſtim contulit. vnde ſequitur ibi. *Tunc abijt vnus de duodecim*. Signatè verba mortis, ac ſepulturę memoriam Dominus adhibuit, tamen Iſcariotes pedem à proditione non remouit certiſſimum idcirco indiciū eius æternę perditionis. Qua de re Sanctus Chryſoſtomus ait. *Tunc illud, ad quod tempus relatum eſt? quando iſta locutus eſſet. quando ad ſepulturam dixit, atque neque hinc compunctus eſt*. Verè miſer, verò perditus audita mortis memoria ad veram pænitentiam non conuerſus, & ideo inexcuſabilis factus. De extremo exitu hominis, ſi bene cogitaueris, facile ad Dominum Deum tuum pænitens factus conuerteris, quod ſi ſecus in te ſequi videris, tuę ſignum dic eſſe perditionis.

(Margin: Ibidem b. Marc. cap. 14. a. — Diu. Chryſ. hom. 2.) D

Experientia verè comperimus, nil tam efficaciter reuocare homines de delictis, quam frequentem recordationem mortis: quę veritas nec Dæmonem latet. ſed ita eſſe optimè tenet. In illud beati Iudę Apoſtoli: *Cum Michael Archangelus cum Diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore*. Aſſerunt huiuſmodi altercationem fuiſſe de ſepeliendo ipſo Moyſis corpore. Aegre ferebat enim, & nolebat Diabolus, vt apud quoddam templum, libidinis, ſeu Veneris dictum, ſepeliretur. & quæritanti quid iniquiſſimi Dæmonis intererat, vt ibi illud ſepeliri nollet, ſed impedimento eſſe quæritaret? Reſpondent quoniam illuc pergentes turpitudinis cauſa, ſepulcrum intuentes, de morteque cogitantes, ea deſpurtitia, ac eius deſiderio conſurgerent, & ad Dominum conuerterentur, formidabat. Notanter quoque conſiderandum quòd Chriſtus Dominus, apud Ioannem allata illi languenti ad Natatoriam Siloe, ſanitate ait. *Iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat*. Et iterum idem apud eumdem alio infra capite, dimiſſo Adulterę mulieri peccato, inquit ei. *Vade, & noli amplius peccare*. Cum autem Lazarum, & viduę filium, atque Archiſinagogi natam à mortuis reſſuſſitaſſet, nequaquam ità eis dixit. Quorſum igitur ſic? fortè, quoniam iſti mortem experti erant, in qua fuerant, & ideo memoriam eius ſecum continuo deferebant, qua facilius cauerent ab iniquitatibus. Tuę mortis memorare, ſi non vis errare.

(Margin: Iud. Apoſt. 6. — Ioan. c. 5. b. — E)

Hic non minus bellè conſiderandum venit illud Diui Pauli ſic ad Romanos ſcribentis. *Non regnet ergo peccatum in veſtro mortali corpore*. O beatiſſime Apoſtole, quid ſibi vult iſte tuus dicendi modus? peccatum proprie non in corpore, ſed in anima potius regnare, commorari eam commaculando, dicitur: quare igitur ſic ais? Reſpondent, ad præfatorum etiam confirmationem, ita, ibi per corpus intelligi totum hominis compoſitū. vel ſic moraliter, quoties de peccato agitur, toties mors in memoriam reuocari debet, quoniam facilius ita de ipſo conſurgitur, & ad Dominum, pænitentiam agendo, conuerti poteſt homo; proptereaque Apoſtolus ita locutus; anima verò non propriè moritur, ſed benè corpus, quod per mortem in puluerem redigitur. Multi nihilominus etiā breui miſerrimè morituri de inanitate potius, quàm de ipſa morte comperiuntur cogitare. *Et in puncto deſcendunt ad Inferos*. De quodam Capitaneo Neronis Imperatoris Exercitus Duce fertur, qui dum aleis luderet cum nonnullis eodem carcere detentis, audiens ſibi mortis ſententiam nuntiare, ait, ſinite, vt ad me traham hanc pecuniam, maiorem punctum feci, & vici. voſque teſtes eſtote, ò milites, me victorem fuiſſe; & mox capite truncatus deſcendit, ad Inferos. Deh cogitemus, mortem omnia ſolò æquare ſua falce. Reges, ſubditos, diuites, & pauperes æquè ſubuertit. Cuius in ſigna ſunt Aſcia, ſiue dolabra cum dicterio. *Paulatim abradendo æquat*. Dauid dum in Regio ſolio ſederet, cunctos per dies illos, Rex nuncupabatur, moriens verò, nulla fit de corona, de Rege mentio, ac ſi fuiſſet ſimplex homo. *Dormiuit Dauid cum Patribus ſuis*. Quid proderunt diuitię, triumphi, delitię? peccatoris corpus licet ſuſcitandum in puluerem modo conuertitur, & anima illius perpetuo crucianda damnatur.

(Margin: Rom. c. 6. b. — F — Iob. c. 21. b. — Hiſtor. Roman. — 3. Reg. c. 2. c.)

Prædicans Baptiſmū pænitentię. Non enim ignorabat Ioānes hominis peccatoris pænitentiam eſſe Chriſto Domino periucundam, & magnum ex ea illi gaudium.

A dium. Conſideratu dignum hoc attendatur. In horto Geteſmani dum Chriſtus Dominus ad ſuum Patrem omnipotentem haberet orationem, de mortis proximatione cogitando lamentabatur. *Pater*, dicens, *ſi fieri poteſt, transfer calicem iſtum a me, &c.* Et ex magna magni doloris futuri apprehenſione factus in agonia ſanguineum emiſit ſudorem. Vnde Angelus Domini è Cælo ad eius confortationẽ venit; cum vero ſuper crucis ligno affixus ſummè pateretur ac moreretur, nõ ſic adeo lamentatus legitur. Quare, id vnde, quomodo? Pro reſponſione conſiderandũ prius, quod ex Plinio legimus, nimirũ Luciniã auẽ feminã ſuo in nidulo parientẽ oua, magnos partus pati dolores. Interim verò alter, nẽpe maſculus Philomela ſuper arboris ramuſculũ è regione mãens dulce canit, ac ſi parturientis dolores alleuiare, diminuere ſic bellè prætẽdat. Luc. c. 22 e. Plin. in hiſt. natu.

Tunc ſic. Non diſſimiliter, ſuo egregiori, potiori modo noſtrum ad propoſitum dicatur. In Cruce Dominus patiens, moriens pariebat nos ad ſalutem, & ſuam conſtruebat, viuificabat Eccleſiam, vtique eximiis cum doloribus ſummis; ſed interim de alio quoque Crucis ligno è regione dextera pænitentiam agens, ſic dulce canebat Latronum alter contritus. Domino compatiens, verum Regem eum confitens, & Latronem dirum impenitentem increpans. *Reſpondens autem alter increpabat eum, dicens, neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es. Et nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus. Hic verò nihil mali geſſit. Et dicebat ad Ieſum. Domine, memento mei, cum veneris in Regnum tuum. Et dixit illi* Ibidem. f.

B *Ieſus. Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiſo.* Dulce melos Latronis pænitentis, ſeque comendantis Dominus audiebat, & ſuis de doloribus non dolebat, nõ lamentabatur. In horto autem illo à Iuda à miſſis militibus non talia; ſed contraria cum obſtinatione, & maledicentia eorum audiebantur. Ideo Dominus ibi lamentabatur. De qua re modernus doctor pius. *Non parum*, ait, *ſuo modo Chriſtus Dominus in cruce patiens refocillabatur è verbis dextri Latronis, ei compatientis, & conuerſi veniam exquirentis, ac vitę ſolamen ęternę.* Pænitentiam qui agit, dulciter in auribus Domini canit. Iccirco & Ioannes baptiſmum prædicabat pænitentię, ſciens pænitentes facere Domino gratum & periucundum. Moder. Doctor pius.

Prædicans baptiſmum pænitentię. Qui & cunctis Sacro baptiſmatis lauacro ablutis poſt actualis culpę lapſum neceſſarius eſt ad ſalutem. Aquę pænitentiales, lacrymę tales noſtra patrata valent diluere peccata. *Et potum dabis nobis in lacrymis in menſura.* Ait Domino Deo Dauid. ſed quomodo id? numquid in calice? in poculo? maximè ſic. Medicus ad tollendam infirmitatem ab ægroto, dat ei ſanatiuam potionem in calice, in vaſculo, & quidem debitam iuxta menſuram. Sic, ſic ſuo efficaciori modo Dominus Deus nobiſcum operari, & miſericorditer diſpenſare dicitur. oculis, & cordibus ſufficientes dat lacrymas pænitentiales ad culpas delendas, ad efficiendam animarum ſalutem. Mirabile dictu, & quàm dignum ſcitu in Patrum vitis legitur de quodam magno peccatore, qui tandem pænitentia ductus iuit, & confeſſus eſt vniuerſa quàm enormia delicta ſua confeſſario, qui auditis narratis pænitenti valdè ploranti prædolore ait. In folio iſthæc, quæſo, exactè omnia ſcribe, & mihi facultatem concede, vt de his, ſupreſſo nomine tuo, paſſim meo cum ſuperiore Magiſtro diligenter conferre. Quod factum eſt, acceptoque confeſſarius folio implicato, iuit ad ſuperiorem ſuum Doctorem Theologum, vniuerſa narrando peracta, & aperiens folium, vt magiſtro coram ſcriptas legeret iniquitates, nullas reperiit, ſed candidum eſſe folium aſpexit, tunc admirans ab admirante confeſſario, ſuperior exquiſiuit, quomodo ſe habuiſſet pænitens, quando hæc ſua confitebatur peccata? & reſpondente, dolebat, maximoperè, atque lachrymarum fluuios continere nequibat. tum magiſter ait. illę pænitentiales lacrymę vniuerſa eius delicta obluentes, è folio, & ab anima diluerunt, & ideò ſcripta vlterius non ſunt. *Beati, quorum remiſſę ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Talem pænitentię baptiſmum Ioannes prædicabat Iudæis, vt & credentes ſalui fierent. Pſal. 70. Simile. C Exempl. apud Sur. Pſal 31.

Baptiſmum pænitentię in remis. Verè magna pænitentię virtus, vt pænitentem vniuerſo notificet orbi, ad omnium peccantium norma & exemplum. Diuus Euangeliſta Lucas de Maria Magdalena loquens ait. *Quę erat in ciuitate peccatrix.* Chriſtus verò Dominus cum non multùm poſt de eadẽ loqueretur pænitente iam facta, inquit. *Vbicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur &* Luc. c. 7. e. Matt. c. 26 b.

quod

quod hac fecit in memoriam eius. Sanè dignum id conſideratione. dum agitur de D
Magdalena peccatrice, dicitur in ciuitate; dum verò de eadem pænitente, & ita operante, tunc prædicandam de ipſa in vniuerſo mundo. quorſum ita? optimè id ſoluitur, & bellè reſpondetur per hanc Diui Hilarii ſententiam, ſeu
D Hyl. Ibidem. expoſitionem ibi. *Quod Magdalena peccando fecit, Ciuitati; quod autem pænitendo fecit, toto orbi adſcribitur, vt pænitentię virtus quã magnifica ſit ex hoc cognoſcatur.* Nullus verò poſt lapſum præſumat ſine pænitentia ad æternam peruenire lætitiam. Euangeliſta Ioannes ſua in Apocalypſi narrat, ſibi oſtenſum Dominum Deum ſe-
Apoc. c. 4. b. dentem ſuper ſolium, ac in conſpectu eius mare velut vitreum. *Et in conſpectu, ait, ſedentis tanquam mare vitreum, ſimile chriſtallo.* Sed cur potius ante faciem eius ſimilitudo maris, quam aquę, terrę, ignis? Per mare, iuxta communem, intelligunt pænitentiam, amaram, veram, claram. Sanè ad indicandum nõ poſſe hominum vllum, dato peccato, peruenire ad thronum glorię abſque pænitentia. Expoſitio eſt Dionyſii Chartuſiani dicentis. *Impoſſibile eſt, vt anima poſt peccatum ad thronum glorię perueniat, niſi mare pænitentię nauigando ſ eruãſerit.* Iniquitates patrauimus, ergo pænitentiam agamus, ſi ad glorię patriam peruenire volumus.

In illud beatitudinis Regnum nullus aſcendit peccatorum, ſed opere pretiũ eſt, vt per pænitentiam dimiſſis culpis abluti coſcendamus puri, nos propterea reddere tales, effectus eſt pænitentię. Mirandum ſanè in propoſito, quod in Deuteronomii libro legitur hoc. *Si auxerit vir vxorem, & poſtea odio habuerit eã,* E
Deut. cap. 22. b. *quæſieritque occaſiones, quibus dimittat eam, obyciens ei nomen peſſimum, & dixerit, vxorem hanc accepi, & ingreſſurus ad eam, non inueni virginem. Tollet eam Pater, & Mater eius, & ferent ſecum ſigna virginitatis eius ad ſeniores vrbis, &c.* O bone Deus, & dulcis Dominus, quomodo hæc ſe habent, quomodo ſimul ſtare poſſunt? ſi femina cũ marito dormiuit, qui forte filios ex ea ſuſcepit, qui, & ei nomen peſſimum, nempe adulterii attribuit, quomodo eius parentes poterant illiuſmet virgi-
Lectur. Phil. Heb. nitatis ſigna deferre ad Iudices Ciuitatis? Lectura hæc Philonis Hebræi diuerſa bellè ſoluet, noſtroque propoſito facit. *Et ferent, ait, ſecum ſigna pænitentię eius ad Iudices.* Ac ſi probè dicatur. Pænitentia, quam egit, omnes eius turpitudines abſterſit, diluit, ac ferè in priſtinam puritatem reſtituit. Hanc peccatorum pænitentiam veniens in omnem Iordanis regionem Ioannes prædicabat

Hanc requirit Deus à nobis, hac noſtra pro ſalute delectatur Deus maximopere; noſtra pænitentia eſt Chriſto Ieſu conſolatio magna. Mirandum profectò, ad ipſum conſolatum in hortulo orantem, agoniamque patientẽ
Luc. c. 22. c. mittitur Angelus. *Aparuit autem illi Angelus de Cælo confortans eum.* Cum vero in Cruce pateretur verè maiores, quàm, in horto dolores, mortis videlicet amariſſimę, nullum pænitus ſuo pro ſolamine inuenit, in cuius perſona do-
Pſal. 68. Alia Lect. lentis ait Dauid. *Conſolantem me quæſiui, & non inueni, & dederunt in eſcam meam, fel, potauerunt me aceto.* Quomodo id benè ſe habuit, maioris tempore doloris carere auxilio conſolantis? audi tunc Chriſtus benedictus, nec aliqua conſola- F
tione magna caruit, nimirum pænitentia, & conuerſione dextri Latronis, quam pergratam, & iucundam habuit, dicente ad alterum conuerſo Latro-
Luc. c. 23. f. ne. *Nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali geſſit, & dicebat ad Ieſum. Domine memento mei, &c.* In ſignum verò ſuę conſolationis, & Latronis acceptę gratę conuerſionis, Dominus eum copioſiſſimè munerauit.

Ne dicas verò tu, pænitentiam me acturum ſpero, faciendam curabo; nam nunc de præſenti opere pretium eſt conuerti ad Dominum, & dicito; en de facto pænitentiam ago, ſiquidem hanc differre, eſt periculum tuę perditionis æternę. Recorderis illius impię perditionis, quam operatus fuit ille imma-
Apocal. cap. 12. b. nis Draco Apocalypſis; de quo ibi Ioannes. *Cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum Cæli.* Quod autem per caudam extremam corporis animalis partem intelligatur finis, & mundi, & particularis hominis microcoſmi; non eſt difficile arbitratu. Sit igitur talis ſenſus hic moralis. Draco diabolus expectat, & prætendit in extremo tum particulari, tum vniuerſali dierum trahere perfidus ſecum magnam partem hominum, etiam ex fidelibus, huius Cæli, Eccleſię militantis ſyderibus. Age tu mox pænitentiam, ne pertineas ad illam illius partem tertiam. Huiuſmodi autem neceſſariam ablutionem prædicabat, ſuadebat Ioannes, vt ſalui fierent tunc, atque modo homines.

In re-

Digitized by Google

A *In remiſſionem peccatorum*. Ad præfatorum confirmationem, quæſo, in memoriam reuocetur quę Regum tertio leguntur. Sanctus Vates Domini Elias eiuſdem iuſſu perrexit in Sareptam Sidoniorum, vt ibi à quadam muliere vetula paupere vidua magnę famis tempore paſceretur, cui portę Ciuitatis appropinquanti obuiam facta eſt mulier, ligna colligens de via, cui mox vir Sanctus. *Da mibi*, ait, *paululum aquę in vaſe, vt bibam. Cumque illa pergeret, vt afferret, clamauit poſt tergum eius dicens. Affer mihi obſecro, & buccellam panis in manu tua*. Quod profectò non ſine magna admiratione legitur, clarum iuxta experientiam communem, quod prius comeditur, poſtea potus ſumitur, ne ſtomacus ieiunus frigida lædatur; tamen Propheta prius petiit ſibi quàm panem frigidam afferri. Quomodo ſimul hæc ergo. Reſpondent Vgo Cardinalis, & Rupertus Abbas, talem ineſſe ſenſum moralem, nimirum quòd priores ſunt Lacrymarum potiones, ſeu aquę pænitentiales, poſtea ſequitur panis meriti, atq; præmii, vt intelligi detur per huiuſmodi aquas deleri noſtras iniquitates quod propterea pædicabat Ioannes, vt ſequerentur tales optimi effectus ſalutares, & meritorii. Huc quoque refertur illud Danielis quinto, vbi Regis Balthaſſar ſententia mortis in pariete ſcripta fuit per digitos manus ſcribentis. *In eadem hora apparuerunt digiti quaſi manus ſcribentis contra candelabrum in pariete, &c*. Sed quare ferreo ſcalpro parietem intus penetrando non ſculpebantur notę? Reſpondet Diuus Ambroſius, quoniam Deus, vt lacrimarum aquis huiuſmodi B caracteres Rex deleret pænitens, de delictis bene dolens, expectabat, vt ſciamus, valere quamplurimum ad tollenda peccata pænitentialium aquas lacrymarum.

3. Reg cap. 17. b.
Vgo. c. Ruper. Abb.
Dan. c. 5. a.
Diu. Amb.

Ea occaſione Ioannis prædicantis Baptiſmũ Pænitentię in remiſſionem peccatorum nos nonnulla breuiter de eodem re vtilia dicemus infra.

NOTANDVM itaque Ioannem prædicaſſe huiuſmodi baptiſmum, ſcilicet pænitentię, non quidem his, vel illis, ſed in communi cunctis, ſanè vt intelligi detur, tale optimum opus, ne dum aliquibus congruere neceſſarium pro ſe, ſed omnibus pro ſuis, & etiam pro aliorum delictis. In propoſito conſideranda illa Canticorum verba ſponſę de dilecto. *Oculi eius*, ait, *ſicut columbę ſuper riuulos aquarum, quę lacte ſunt lotę, & reC ſident ſuper fluenta pleniſſima*. Vbi Ordinaria, & Lyrani Gloſſa per huiuſmodi oculos ſponſi, vel ſponſę, prout etiam ſupra cap. quarto aſſerunt bellè intelligi viros ſapientes, & iuſtos in Eccleſia Sancta Dei. Qui intus per innocentiã, & foris per opus bonum, atque rectitudinis exemplum tali ſunt lacte loti, & madidi. Super fluenta pleniſſima lacrymarum ſunt hi per pænitentiam vel ſuorum, vel ſaltem proximi ſui delictorum, vt diſcant vniuerſi, quantumuis iuſti non debere ſine pænitentia viuere, atque mori.

Cant. c. 5. d. Ordin. Lyran. Et c. 4. a.

In memoriam ſingulariter reuocetur illud Apocalypſis ſecundo. Vbi Sanctus ipſe Ioannes Euangeliſta enumerat laudes multas ob merita multa bona cuiuſdam Angeli Epheſinę Eccleſię boni; ſiue etiam per talem Epiſcopus loci illius intelligatur. Prout placet Diuo Dionyſio de Cæleſti Hierarchia, & etiam iuxta communem, vt bellè enarrat Blaſius Viegas ibi. Et poſt hæc ſubiunxit Ioannes, vt illę pænitentiam ageret, ob quædam licet pauca. *Angelo*, ait, *Epheſi Eccleſię ſcribe. Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua, qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum. Scio opera tua, & laborem, & pænitentiam tuam, & quia non poteſt ſuſtinere malos, & tentaſti eos, qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt, & inueniſti eos mendaces. Et patientiam habes, & ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti. Sed habeo aduerſum te pauca, quia charitatem tuam primam dereliquiſti. Memor eſto itaque unde excideris, & age pænitentiam, & prima opera fac*. Sed ſi ille tam bonus, tam-

Diu Dion. de cæleſt. hier. c. 11 a. Blaſ. Vieg.
Apocal. cap. 2. a.

Digitized by Google

tam digna peregerat bona, ſuſtinueratque mala ob Dei nominis amorem, D cur ob pauca intimatur ei agenda pænitentia, & reuertendū ad prima opera? Reſpondent, illum non patraſſe iniquitatem, ſed deſeruiſſe aliquam exercere charitatem Baſilius Viegas ibi ex Venerabili Beda, Primaſio, & Ambroſio Ansberto ait. *Charitatem primam deſeruiſſe, non quidem in ſe in ſui ipſius perſona, ſed in ſubditis, uſque non omnibus, ſed plurimis.* Bene quidem ſic, interim nihilominus agere pænitentiam iubetur, quantumuis de bonis operibus celebretur laus eius. Ideo huc optimo iure adducendum illud Auguſtini, *Qui cum diſceſſum è vita ſibi inſtare intelligeret, Pſalmos Dauid, qui ad pænitentiam pertinent, in conſpectu poſitos profuſis lacrymis legebat. Solebat autem dicere, neminem, & ſi nullius ſceleris ſibi conſcius eſſet, committere debere, vt ſine pænitentia migraret è vita.* & ideo quam benè licet ob pauca, Epiſcopo illi Epheſino præceptum fuit, vt pænitentiam ageret, quam etiam iuſti non contemnunt, non deſerunt, ſed toto corde, toto animo fuſis lacrymis agunt. Quantò magis igitur nos iniuſti, & peccatores magni totis viribus pænitentiam agere debemus?

Blaſ. Vieg. V. Beda. Prim. Ambr. Ansber.

In eius vita.

Noſtra ſalutari pænitentia ſummopere delectatatur Deus, ſupra alia opera, quę niſi cum pænitentia in conſpectu eius non ſunt iucunda. Conſiderentur, quæſo, illa Canticorum verba Sponſi de dilecta. *Adiuro vos filię Ieruſalem per Capreas, Ceruoſque Camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.* Paulò poſt verò ibi ipſemet euigilare fecit eam, & ad ſe ſollicitè properare vocauit, dicens. *Surge propera, amica mea, ſpecioſa mea, & veni, &c.* Quomodo hæc duo ſimul ſe habent, ſtareque poſſunt? velle eam quieſcere, ab aliis non ſuſcitari, & ipſam remouere, à quiete reuocare? Per ſponſę, fidelis animę quietem, intelligunt nonnulli orationem, præcipuè mentalem. *In amore meo quieſcentem.* Ait Interlinearis. Ideo non remoueri iubebat, & nullum eſſe ei impedimentum ad huiuſmodi opus egregium. *Si forte aliqui, etiam præter horas conſtitutas, ſi eis vacat, orare voluerint, non eis ſint impedimento, qui ibi aliquid agendum putauerint.* Ita inquit Diuus Pater Auguſtinus in Regula ad fratres ſuos eremitas. E

Cant. cap. 2. b.

Ibidem. d.

Interl.

D. Aug. in Reg. ad frat.

Si verò cæleſtis ſponſus dilectam ſuam, fidelem animam excitauit, nulli ſit mirum id, ſiquidem prout ibi parum ſupra de vitium putatione, ſuperflui reſecatione, agitur. *Tempus putationis aduenit, vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Vbi per huiuſmodi reſecationē, & putationē vitiū, ideo gemetiū, pænitentiā, & lacrymarū effuſionē ad reſecandum, tollendumq; omne inutile, quodcumq; damnoſum, nempe peccatum intelligunt multi. *Tempus remiſſionis peccatorum.* Exponunt ibi Origenes, Theodoretus, & Caſſiodorus, referente ita Ghiſlerio. Quibus ſic bellè innititur, ſuper alia opera, quamuis recta, bona, pænitentiam eſſe Deo gratiſſimam, nempe in ſalutem noſtram. Pænitentiam hic agamus, quia frequenter hic delinquimus. Diuiti magno epuloni in tormentis iacenti dixit Pater Abraham. *Recordare filij, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala.* Apud grammaticos, illud recipere, ſtat pro ſibi iure debita ſuſcipere. Et quid mali culpę fecerat Lazarus mendicus in vita ſua, vt ſemper mala pœne reciperet? Reſpondet Rabanus non eſſe hominē adeo iuſtum, quin quandoque non comperiatur delinquere, recipiat ideo & à ſe, & ab alio mala pœnę, vt nulla ei mala alio remaneant in ſæculo. F

Ibidem. c.

Origin. Theodor. Caſſiodor. Ghiſl.

Luc. c. 16. g.

Raban.

Non diſſimile quoddam pulchrum, conſiderationeque dignum legimus in eorumdem Canticorum quinto. Cupiens ſponſus ad dilectam ingredi ſuam, petebat, rogabat ſibi ab ea aperiri, ſe ſuſcipi. *Aperi mihi*, ait, *ſoror mea, amica mea, columba mea, &c.* At illa quaſi dedignans, ideoque ſe vtcumque excuſans ne aperiret roganti, audiatur quodnam reſponſum dederit. *Expoliaui me*, ait, *tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos.* Sed quid magis optat ſponſa, quam audire dilectum ad ſe venientem, & intrantem? Paraphraſis Chaldaica, prout apud Ghiſlerium, intendit, & vertit de Synagoga à Domino Deo receſſa. *Reſpondit cætus*, ait, *Iſrael coram Prophetis, ecce iam abſtuli à me iugum præceptorum eius, & ſeruio Idolis, quomodo erit mihi facies, vt conuertar ad eum?* Et modo fidelium nonnulli poſt baptiſma, poſt lapſum, timent reaſſumere, induere pænitentiam, ſe excuſantes, quomodo poterimus? & ſimilia. Et quod dicitur de pedibus, Diuus Auguſtinus occaſionaliter ait. *Ambulabat ſuper terram.* Ac ſi dixiſſet, & affectibus, & ipſis actibus facillimè poterat ſe coinquinare. Quamobrem concluditur, dum viuimus hic frequenter coinquinaris

Cant. c. 5. a.

Ibidem. d.

Paraph. chald. apud Ghiſl.

D. Aug.

Digitized by Google

A nari, ideo pænitentiam non prætermittamus. *Septies in die cadet iuſtus, & reſurget, impij autem corruent in malum.* Aſſimalare tu iuſto, qui quamuis pluries in die ſaltim venialiter, cadat, delinquat, tamen per pænitentiam reſurgit, & diuina miſeratione ſaluus fit. Prou. c. 24.

Parate viam Domini. Præcipua via, qua Dominus Deus ad nos venire dignatur, eſt fides, quam ipſe Deus donando infundit obicem non ponentibus, de cuius via hac, & ſemitis aiunt ibi omnes ex Patribus Gloſſę, nimirum eſſe *Fidem, & bona opera.* Eſt itaque, ac ſi dixiſſet Ioannes, ſuſcipite fidem, quę prædicatur, & gratis impertitur volentibus vobis. Deus ad nos deſcendens non videtur, ſed fide cognoſcitur. Qua de re Sanctus Iob. *Si*, ait, *venerit ad me non videbo eum.* Oculis nempe corporis, ſed fide intuendo credebat. Sponſa quoque fidelis anima multis in locis nocte illum quæſiuit, & non inuenit niſi cum omnia illa pertranſiſſet loca. *In lectulo*, inquit, *meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea, quæſiui, & non inueni: Surgam, & circuibo Ciuitatem per vicos, & plateas quæram quem diligit anima mea, quæſiui illum, & non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt Ciuitatē, num quē diligit anima mea vidiſtis? paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea.* Quę Sanctus Maximus verba exponendo ait per lectulum ibi poſſe intelligi nidum ſcientiarum naturalium; per vicos, & plateas, experientiam, & cognitionem ſimiliter creaturarum: per eos vero cuſtodes. Angelos bonos, tamen adhuc non inuenit non bene cognouit, quem diligendo quærebat, & quærendo amabat: verum his cunctis poſt dimiſſis, poſitis ad diei clarioris Lucem, ad fidei ſplendorem, & claritatē cum peruenilſet, inuenit, cognouit clarius, quem diligebat anima eius. Gloſſę. Iob. c. 9 b. Cant. c. 3 a. S. Maxim.

B

Creaturarum proſpectus, & cognitio vtique in conditoris, & conſeruatoris cognitionem deuenire facit; verùm non dat illum cognoſci, ſicuti eſt, trinus, & vnus, atque alia myſteria, ſicuti docet, & cognoſcere facit Sancta fides noſtra. Quandoque vos inſpicitis formoſam imaginem peregregii pictoris manus depictam, vel famoſi ſtatuarii ſculptam in marmore, figuram certi alicuius imagati repreſentatiuam, benè quidem interea factorem laudibus extollitis admirandum; attamen per eam haud in cognitionem adducimini an ille repreſentatus, & indicatus, habeat natos, an diues, Doctor, atque ſimilibus ſit refertus. Sic, ſic noſtro modo dicamus fideli, & pio. Per creaturarum inſpectionem, & conſiderationem in aliqualem deuenitur cognitionem ſummi conditoris, & rectoris, at quod Deus ipſe ſit trinus, ſit vnus, ſit in miſericordia Diues, & ſimilia, talem cognitionem ſcientię naturales, ſeu creaturę nos docere nequeunt, Sancta verò fides noſtra hæc docet vniuerſa, inſpici per ſpeculum fidele, ac certum lucidum facit. *Quod non capis, quod non vides, animoſa firmat fides, præter rerum ordinem.* Quod in medium ſi adducis illud Sancti Apoſtoli, ad Romanos, dicentis. *Inuiſibilia Dei, à creatura mundi, per ea, quę facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.* Reſpondent, id intelligendum prout ſupra dicebatur, in libro ſiquidem mundi, & creaturarum cognoſcitur vtique Deus, at non ſecundum myſteria diuina, quę docet fides noſtra. Hanc ergo vniuerſi ſuſcipiant & bene obſeruantes diligant, quoniam ea venit Dominus ad cæleſtia credentes deducturus. Simile. Sequent. in feſto corp. Chriſ. Rom. c. 1. c.

C

Rectas facite ſemitas eius. Iam ſupra dicebatur ex Gloſſa, per huiuſmodi vias, ſeu ſemitas Domini opera bona intelligi, quę propemodum neceſſaria ſunt, vt per ea quippe fidelia Dominum ſuſcipere noſtram in ſalutem valeamus. Ipſe ad nos venit, non vt perturbetur, ſed vt quietam in nobis manſionem inueniat. Qui & apud Iſaiam ait. *Hæc eſt requies mea.* Quę? vt in nobis habitet noſtra per bona fidelia charitatis opera. Audiatur quę ibi Dominus immediatè ſubſequendo dicit. *Reficite laſſum, & hoc eſt meum refugium.* Hę vię, quibus ad nos, ſuum myſticum domicilium, Deus. Diuus Petrus Apoſtolus, prout in eo erat, vt ſic dicam, Loth canonizabat, virum iuſtum, & probum coram Deo, & hominibus appellando. *Et iuſtum*, ait, *Loth oppreſſum à nefandorum iniuria.* O ſanctiſſime mi Apoſtole, qua de cauſa talem appellas eum? quid ille namque peregit, vt ſic à te nuncupari mereretur? hoc idem perpendens magnus Origenes in Geneſim ita reſpondet. *Sola hoſpitalitas commendat Lot, domum ſuam hoſpitibus patefecit.* Quibus luce clarius apparet, opera bona præcipue pietatis eſſe in cauſa, vt homines nuncupentur iuſti, & apta tabernacula Domini, Iſai. c. 28. c. Ibidem. 2 Petr. cap. 2 b. Orig. in hō. in Geneſ.

ad quos ſemitis talibus ipſe venit. D

Ad nos venit Chriſtus benedictus, qui vt ſuos recipiat, ſuſcipi debet nedū verbis laudatoriis, ſed ipſis operibus bonis, quibus laudem ei exhibitam bene comprobamus. In Taboris montis vertice Petrus Domini glorioſa transfiguratione delectatus, cum perelegantì, atque conciſo modo extollens laudando inquit. *Domine, bonum eſt hic nos eſſe*. Verùm id ſat non fuiſſe, ita videlicet
Mat. c. 17. a. verbis aſſirmaſſe adiudicando, mox ſubiunxit, & factis velle totum comprobare monſtrauit. *Si vis*, ait, *faciamus hic tria tabernacula*. En confeſtim verbis o-
Marc. c. 9. a. Luc. 9. d. pera copulare bona ſtuduit. Vbi Diuus Paſchaſius in Matthæum occaſionaliter ait. *Quam ſanè gloriam bonam eſſe, nec laudare ſufficit, ſed etiam deuotione præſtantior*
D Paſch lib. 8. in Matt. *operarius occurrit, & pollicetur commune obſequium, ac miniſterium*. In cuius benefacti conformitatem peregregiè facit illud Diuini Vatis Pſalmigeri. *Immola Deo*, inquit, *ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua*. Ac ſi dixiſſet, vix proderit tibi
Pſal. 49. Dominum laudare, ni quæras. & laudem ipſam operibus comprobare: fruſtra ſanum verbum profertur, vbi bonum præſertim charitatis & pietatis opus denegatur. Ideo & Abulenſis in præfata Dauidis verba occaſionaliter ait. *Ad*
Abulen. q. ſ. in c. 6 Iouue. *iunctum fuit, redde altiſſimo vota tua, quod pertinet ad realem exhibitionem, & hæc quidem vera laus eſt*. Qua propter harum Domini viarum, nempe operum bonorum, præcipueque pietatis facere, perhibere iubemur, vt his Dominum ipſum ſuſcipere, ac demum videre glorioſum mereamur.

Parate viam Domini, rectas facite. Sed quid eſt viam Domini parare, rectas eius E ſemitas facere? ſanè quidem tollere de medio noſtri peccata, quę offendiculum, & foueam faciunt, in quam ipſorum delinquentium animę, & corpo-
Pſal. 20. Pſal. 85. ra miſerrimè demerguntur. Vnde ſuo liberatori Deo Dauid. *Eduxiſti*, ait, *me de lacu miſerię, & de luto fecis, eruiſti animam meam ex Inferno Inferiori*. Sed numquid tunc Dauid in Infernum ſic viuus vel anima eius deſcenderat? minime quidē ita ſed potius timore, & cogitatu. Illud autem quod ait, de luto fecis, Diu-
D. Aug. ibi us Pater Auguſtinus exponendo inquit. *De profundo iniquitatis, ex carnalibus concupiſcentijs*. Et illud, quod ſequitur, de Inferno inferiori, Hæbrei Legunt. *De*
Lect. Heb. *fouea peccati*. Vt ſciamus peccatum foueam nobis parare, vel eſſe, in quam, & in Inferni illam, ni verè pænitentes dilabimur Domini rebelles, viam eius deuaſtantes. Caueamus igitur ab huiuſmodi fouea peſtilentiali, ſuos effectores abſorbente pro igne æterno deuorante. Viam Domini præparamus, dum vniuerſa delicta euitamus, per quę non ambulat Dominus.

Nec ſolùm debemus cauere à quocumque malo culpę, ſed & ab eius occaſione, & qualibet ei proximitate, vt æternum fugiamus incendium. Delente Domino per ignem è Cælo miſſo omnes Sodomorum, & Gomorreorum
Gen c. 19. e. Ciuitates, textus eloquii diuinī habet. *Et ſubuertit ciuitates has, & omnem circa regionem*. Sed ſi verè perfidi ſuas, ciuitates ſic ſuccendi, deleri meruere, quid il-
Vgo Card. lę circum regione fecere? Reſpondet Vgo Cardinalis ibi. *Ex mala*, inquit, *vicinitate infectas*. Caueamus à mala ſocietate, vicinitate, doli occaſione ne in F inuoluamur perditione. Memorię quæſo, reuocemur, quod tertio Regum legitur. Homo erat qui vir Dei vocabatur, cui & Dominus ipſe in mandatis dedit, vt ad increpandum Hieroboam ſe conferret, ſed nequaquam illic cibum ſumeret, qui vel Domini mandatorum oblitus, vel verbis cuiuſdam al-
3. Reg. c. 13. lectatus comedit & egredientem, reuertentem Leo interfecit. *Qui cum abiiſſet, inuenit eum leo in via, & occidit*. O bone Deus, Daniel in lacu multorum Leonum tutus, & iſte ab vno Leone ſic male tractatus, cur ita? Reſpondet Diu-
D Chriſoſt. us Chryſoſtomus *Iſte vir peccauit & leo eum non agnouit*. In Daniele verò iniuſtitia inuenta non fuit. Peccata euitemus, rectas Domini ſemitas faciamus, ne Leo Infernalis ad nos deuorandos, ſed ad munerandos nos veniat Dominus.

Rectas facite ſemitas eius. Semitę Domini quoque poſſunt non ineptè vocari virtutes quæque morales quibus præſertim in viris fidelibus delectatur, eos tuendo Deus. Audiatur Dauid ſimilia Domino Deo dicens. *Et non exibis*,
Pſal. 107. ait, *Deus de virtutibus noſtris*. Qui dixit Dominum non exeuntem forè, ſupponi eum veniſſe, & adeſſe. Hebræi verò legunt. *Et non exibis Deus de exercitibus noſtris*.
Alia lect. Ergo virtutes hę ſunt, vel componunt exercitum? maximè quidem habentes tuentem & conſeruantem eos. Quid adeò tempore longo Romanorum Imperium conſeruauit, eoſque mundi fermè totius poſſeſſores, aliarumque

nationum

Digitized by Google

A nationum domatores, victores effecit? ſanè virtutes, quibus pollebant, morales. Quod ſi talia in veræ fidei luminis populo experte virtutes effecere morales, quid, quid in nobis Chriſti fidelibus Theologicarum virtutum profeſſoribus operari, efficereque valebunt? Has, has, nos quoque dirigamus ſemitas, quibus ad nos Dominus; & apti pro eo myſticè thalami demum effecti reperiamur; nunc ſæpe dicentes. Theolog.

Conſcientias noſtras, quæſumus, Domine viſitando purifica, vt veniens Ieſus Chriſtus filius tuus Dominus noſter cum omnibus Sanctis, paratam ſibi in nobis inueniat manſionem. Qui tecum viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

QVINTVM MYSTICI THALAMI ORNAMENTVM.

IN FESTO S. ANDREÆ APOSTOLI.

Cuius Euangelij occaſione de magna Domini miſericordia, de Domino Deo citra con lignum Puniente, vltra præmiante: de peccatore ſe aduerſus ponentē gladium, ſiue flagellum in manu Dei ſe vleiſcentis: de magna vi oculorum Domini: ſollicitè homines ad Salutem vocantis, adiuuantis: De hominibus iure ſollicitis ad reſpondendum voci vocantis: atque de quàmpluribus alijs admonitionibus egregijs, tam ante Paraphraſes, quàm in ipſis tradendis, & conſiderandis agitur.

HODIERNI Euangelii initia expendens Diuus Remigius, D
D. Remig. hanc ſubintulit ſententiam. *Debent correſpondere vltima primis.* Sed quænam ſunt illa prima, atque nouiſſima? nimirum hominis per Deum creatio, & eiuſdem per Chriſtum Dominum, hominem Deum reparatio. Audiamus modò horum duorum conuenientiam. Tunc ambulabat Deus, habita creatione, ad auram; nunc Chriſtus, Reparationem facturus ambulabat iuxta mare. Tunc vidit duos fratres, nempe coniuges, Adam, & Euam; nunc vidit duos fratres, Petrum, & Andream. Tunc vocauit eos, dicens, Adam vbi es? nunc vocauit eos dicens, venite poſt me: illos fecit ceterorum progenitores? hos ipſe Chriſtus fecit hominum piſcatores. Videte quomodo benè duo hæc conueniunt, quę & ab eodem facta fuerunt. quod fortè denotari poteſt per illud Apocalipſis pri-
Apocal. cap. 1. d. mo. *Et habebat in dextera ſua ſtellas Septem, & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat.* Quod autem per huiuſmodi gladium acutum ſermo, ſeu verbum Dei in- E
telligatur, clarum ex Diuo Paulo, id ad Hebræos ſcribente. Quo verbo res
Heb. c. 4. c factę fuerunt. *Verbo Domini cæli firmati ſunt.* Per eas verò ſeptem Stellas, ſeptem
Pſal. 32. Sacramenta de Ieſu Chriſti latere, & effuſo eius Sanguine virtutem ad ſaluandas gentes habentia, ſignificari bellè poſſunt, quę ſicut ſtellas ſub Cæli ſigna-
Iob. c. 9. a culo; ita ſuo modo ſub Eccleſię ſuę ſanctę gremio, & ambitu claudit.

Apocal. cap. 10. a. Item alio capite Ioannes idem ſic teſtatum reliquit. *Et vidi alium Angelum fortem deſcendentem de Cælo, amictum nube, & Iris in capite eius, & facies eius vt ſol, & pedes eius tanquam columna ignis, & habebat in manu ſua libellum apertum, & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram.* Quòd itaque per Angelum ſæpius in
Blaſ. Vieg. Ben. Per. Apocalypſi à Ioanne viſum poſſit intelligi Chriſtus benedictus, benè aſſentiunt ex

unt ex

Digitized by Google

A unt ex Patribus Baſilius Viegas, & Benedictus Pererius in primum Apocalipſis caput: ipſe Deus fortis è Cælo deſcendens, humanitatis nubecula opertus ex Virgine matre natus: Iride, vniuerſi videlicet diademate, atque ſpinarum corona redimitus: faciem prout in Tabore, ſolis inſtar, ſplendidam habens, ſiquidem nedum viator, ſed & comprehenſor beatiſſimus erat. Iure verò pedes eius velut ignea columna, quoniam eius opera affectu charitatis refecta, & firmitatis magnitudine ſtabilia. liber in eius manu apertus, in quo totum continetur, vnde mundus iudicetur: Pedum poſuit alterum ſuper terram, alterum ſuper mare, quoniam ipſe. *Firmauit orbem terræ, qui non commouebitur.* Idẽ metque ſua omnipotenti miſericordia mare ſui ſanguinis effuſi in ſalutem generis humani operatus eſt. Omnipotentia præſertim, & miſericordia orbem creans, & redimens. Quæ quidem Deus ex ſummis eius diuinis attributis nõ minus in rerum conditione, prout optime aſſeruit Diuus Thomas, adhibuit. *Et ſaluatur,* ait, *in rerum creatione ratio miſericordiæ, in quantum res de non eſſe in eſſe mutatur.* In Reparatione quoque non minus ratio omnipotentiæ conſideratur exquiſita fuiſſe. Pſal 92. D. Thom. p. 1. q. 21 a. 4. ad 4. argum.

Pede conculcans tartara;
Soluit à pœna miſeros. Hym Dom. in Alb.

Omnipotentia conculcando miſeratione liberando. Quod pariter intellexiſſe creditur Rex ille Vates dicens. *In brachio potenti, & excelſo. quoniam in æternum miſericordia eius.* Ea enim Iſraelis liberatione de Aegypti carcere, humani generis Reparatio figurabatur. Sic conueniunt creatio, & Reparatio, vt ab eodem, & concurrentibus eorumdem miris diuinorum attributorum effectibus. B Pſal. 135.

Inter ea duo conuenientiam audiuimus, modo inter eadem diferentiam aliqualem attendamus, atque præſertim inter illud ambulare Dei. & hoc Domini noſtri Ieſu Chriſti. Tunc ambulabat Deus in Paradiſo voluptatis, quamuis in ſimilitudine humana, iuxta illud Sancti Patris Auguſtini, *Puto, quod illa deambulatio non potuerit eſſe niſi in ſpecie humana.* At tamen Deus non adhuc homò paſſibilis mortalis factus; nunc verò ambulabat in terris humanatus paſſibilis moriturus: tunc ad auram in meridie, ſuppoſita mandati facta tranſgreſſione, nunc circa mare Galileæ breui facienda reparatione. Tunc ad auram, vel ventum, licet tenuem, nunc circa magnam aquæ copiam, amaritudine refertam. Tunc ad puniendum pergebat; nunc ad miſerandum, ſaluandum, præmiaque dandum venerat: ventus impellit, aqua verò abluit. Notandum denique, quod iracundia percitus tunc Deus ibat, nimirum ad mandati tranſgreſſores puniendum, ſed vt leuius cum eis ageret, ad auram ambulare; iudicium, & ſententiam differre ſelegit. Abulenſis verò legit. *Contra Auram.* Quaſi vt ſic pergere aliquantulum præpediretur. Sicut Pater familias natos, vel famulos delinquentes puniturus ſegerit, modò gradum ſiſtit, modò vlterius petit, donec rem maturius cogitet, iracundiam digerat, & minus puniat *Deus enim qui res humanas curat, iuſtè, & miſericorditer curat, vt nec miſericordia iuſtitiam, nec iuſtitia excludat miſericordiam.* Ita Diuus Pater Auguſtinus in libro de Angelorum cuſtodia dixit. D. Aug. in Gen. Simile. Abulen. C D. Aug.

Deus citra condignum punit, cum miſeratione que magna vltionem facit. Quod imitando Rex Pſalmigerus Vates ait. *Super inimicos meos deſpexit oculus meus* Sed quare ſic ò Vates, cum inimicis parcendum non ignores? eſt ac ſi dixiſſet. En, dedignor illos delere, de medioque tollere deſpexi vindictam ad vnguẽ facere, dumtaxat eos à me remoui, ad faciem meam videndam vlterius eos non admiſſi, ſed recedere iuſſi, vadant, meliuſque ſegerere diſcant. Et iterũ eodem in Pſalmo ait Domino. *Et miſericordia tua diſperdes inimicos, &c.* Sed quo modo ſimul hæc duo, miſereri, & diſperdere? Qui enim ſatagit miſericorditer agere, non dicitur velle diſperdere. & qui inimicos diſperdit, quomodo cum eis miſericordiam facit? Reſpondetur, vt ſupra, quoniam Deus miſericors, & iuſtus miſericordiam attendit, & iuſtitiam non amittit, ſed minora delictis dat ſupplicia. Cui idem Vates alibi ait. *Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua diſperde illos.* Quam ſententiam Caſſianus gloſſans, & dubia ſoluens inquit, hoc eſt. *Fac eos reuerti ad veritatem tuam.* Quod quippe Deus ab illis duobus primis coniugibus exquirebat. Notandum verò dixiſſe Pſalmiſtam Domino Pſal. 53. Ibidem. Pſal. 53. Caſſian.

Digitized by Google

mino. In miſericordia tua, & in veritate tua, non in illa hominum; quoniam D
illa duo homines pertractant in terris, ſed commiſcent pluribus dolis, illa vix
colorem miſericordię habet, iſta iuſtitię vix ſaporem retinet: illam tu agis, &
inulta turpia petis; iſtam exerces, & munerum auiditate reples. Sicut qui
dat obolum aureatum foris, intus nullius valoris; & qui offert potens vinum,
Iſa. c. 1. f. ſed aqua nimis eneruatum. *Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam, & vinum tuum mixtum eſt aqua.* Vinum validę potentiſque iuſtitię, ſed mixtum aqua turpis, & vilis auaritię.

Factus verò Deus homo Reparationē orbis facturus, ambulabat iuxta mare. Quò ſimbolicè abundantia denotatur, quoniam ipſe magnam miſericordiam facere, & copioſè gratiam impartire venerat. Qua de re Dauid. *Quia,* inquit, *apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio.* Non ne etiam iuſtitia, & iuditium cum vindicta? maxime, ſed non ita copioſè quantum ad ſuum erga nos effectum; præualet enim Domini magna ſuis in effectibus miſericordia. de qua idem Vates Pſalmigerus alibi ſic. *Miſericordia,* inquit, *Domini plena eſt terra.* Et iuſtitię, conſeruationis, prudentię, atque alijs diuinorum attributorum effectibus terrarum orbis priuatur? non ita, ſed à nobiliori, & maiori parte quandoque denominatio fieri comperitur. Sicut qui in vaſculo poma diuerſi generis, & flores offert alicui Dominorum, dicens, hæc quatuor poma perſica, quæſo non dedignetur ſuſcipere dominatio tua; ſed ſi præter perſica, adſunt etiam & alia, ſuperpoſitique flores, cur dumtaxat illa nominat? E quoniam illa ſunt cæteris plura, & formoſiora. hinc Dauid Domino Deo. *Poſuiſti Lacrymas meas in conſpectu tuo.* Et non orationes, ſuſpiria, petitiones, diſciplinas, ieiunia, & id genus multa? etiam ea, ſed plures, & fortè gratiores illis omnibus lacrymę in conſpectu Maieſtatis Diuinę, hic à maiori parte, vt ſupra, denominatio facta.

Eſt puer paruulus hæres, neſciens ſuas ferè dicere rationes, & cauſas, nec valens Rege coram apparere, qui, & eatenus conſequitur, quatenus tutor, & patrinus illum deducens, in medio ſtatuit, & pro eo facienda exorans conſequitur. Quemadmodū & pro Iudæorū populo Regina Heſter apud magnū Regem Aſſuerum obtinuit. & eadem pro plebe Moyſes apud Altiſſimum exorans conſecutus. ſic ſuo morali modo, & intelligendi noſtro, Iudicium, & iuſticia impetrant facienda, quatenus apud Deum optimum Maximum miſericordia, vt ſic dicam, dicit, ſuadet, & concludit concedendum eis, hoc enim datum ei. *Superexaltat autem miſericordia Iudicium.* velut tutor, & patrinus puerulum. Conſiderate vos, an illa ſe contra dicet, & an maiorē ſe ipſa iuſtitiam, & iud cium fieri permittet.

Cui propoſito bellè facit illud Canticorum. *Soror noſtra paruula eſt, vbera non habet, quid faciemus ei in die, quando alloquenda eſt? quando adducenda coram Rege? ſi murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea; ſi oſtium eſt, compingamus illud lignis cedrinis.* Sic fuit reſponſum quærenti quid faciendum ei: Modo dicamus nos, ſic F percunctantem eſſe Domini miſericordiam, grandem, & magnam, eius verò ſororem paruulam eſſe euiſdemmet Domini iuſtitiam, quia verè minus ſuper nos, quò ad effectus, quàm miſericordia, præualet. Hæc Rege corā Deo loquitur, conſequutura, precatur, quatenus à miſericordia adducitur, & permittitur. hæc murus, ne peccatores ſurſum aſcendant, impediens, ſuperquam tamen candidi miſericordię effectus componuntur: hæc oſtium, per quod deorſum ruere in Infernum deberent delinquentes; ſed Sanctę Crucis lignum, & virtus dominicę paſſionis interponitur, & pia miſeratione pænitentes ſaluātur. Sic tantum operatur iuſtitia, quantum (vt ſic dicam) permittit miſericordia, quę eam prout vult confortat, & iudicium ſuperexaltat.

Nec minus noſtro facere propoſito videtur illud eorundem Canticorū primo *Meliora ſunt vbera tua vino.* Sic dicente ſponſa fideli ſuo cæleſti Sponſo; ſed quorſum iſta ſimilitudo, & vini ad vbera Domini comparatio? Audi. Sicut vinum eſſe poteſt iracundię, ac furoris, ratione ebrietatis hieroglyphicum, ita & lac pietatis, miſericordię, ac manſuetudinis. Mulier enim, quę pro miſericordia, & charitate depingitur, non vinum, ſed lac puerulis porrigere ex vberibus ſugendum conſpicitur. Et vinum in dolio, in vaſculo tandem deficit hauſtum; at lac quouſque puerulus lactens eſt, non deficit in vberibus matris.

Marginalia: Pſal. 129. — Pſal. 32. — Simile. — Pſal. 55. — Simile. Heſter. cap. 7. d. Exodi c. 14. d — Epiſt. Iaco. c. 2. d. — Cant. c. 8. d. Lect. Habr. — Cant. c. 1. a. — Valer. lib. 53. de vire cap. ſan. & lib. 26 c. caſtit. Simile.

Digitized by Google

A tris. iterum atque iterum, & millies ſumitur, ac denuo ſugendum relinquitur. Sic, ſic ſuo modo de iuſtitia pro vino ſumpta, & de miſericordia pro lacte accepta conſideretur. Maior miſericordia Domini ad præmia continuò dandũ, quàm eius iuſtitia ad punitionem malorum. Citra condignum punit, & præmia ſupra omne meritum bonum impertit. Et iterum illud quoque Dauidis de Domino Deo conſiderandum. *Quoniam melior*, ait, *eſt miſericordia tua ſuper vitas*. ſed cur potius ſuper vitas, quàm ſuper vitam dixit? Audi quæſo & arridentem in propoſito accipe reſponſionem. hominum, non hominis vnius tantum eſt abuſus, vt expetiti eleemoſinam facere, facta ſemel, atque iterum, mox dicant, denuo petentibus facta eſt eleemoſina iam, ite in pace. at Deus non vni tantum, ſed cunctis non ſemel; ſed ſemper expoſcentibus miſeretur, & elargitur, quoniam in æternum miſericordia eius, quę non denegatur poſtulantibus. Pſal. 61.

Huc quoque venit illud quod animę ſuę de Domino Dauid. *Qui coronat*, inquit, *te miſericordia, & miſerationibus*. At non ne ſuffecerat dicere, eam à Domino miſericordia coronatam? quid enim addunt miſerationes ſuper miſericordiam? poteſt hic fortaſſe ſenſus moralis eſſe. qui olim roſis coronabantur, etiam earum ſpinulas, & folias inter contexta ferebant; at Deus & magna ſuę gratię miſericordia, & donariis temporalibus, & gratiis ſingularibus; remiſſione culpatum, & dimiſſione pœnarum ad eum recurrentes exornare ſolet, Pſal. 102. Arnob & Euſ chius apud Ioan. Lorin.

B eos demum plenaria iucunditate donando. O quam magna Domini miſericordia! quę ne nimis excedat, contemperari eget, etiam in vltimo dierum. qua de re Dauid. *Iuſtitia, & Iudicium correctio ſedis eius*. Indomitus quoque equus chamo & freno, ne præceps eat, detinetur. Sic ſic ſuo nobiliſſimo, pientiſſimo modo Dominus ne ſuper ſuum omnipotentię ſolium miſericordię, ac largitatis limites excedat, iuſtitia, & iudicio ſedes eius corripitur. Accedit, quod Iſaias ſuis in Vaticiniis de Sanctiſſimo Meſſia tunc futuro ait. *Et præparabitur in miſericordia ſolium, & ſedebit ſuper eum, &c.* Sed quare non potius in iuſtitia & iudicio præparandum? Solum n. vbi ſummus Pontifex ſeſſurus, modo albis, modo rubeis, vel alterius coloris exornatur operimentis iuxta ſolemnitatum diuerſitatem: ſuper quod titulus pendet ſcriptus *N. N. Pontifex M.* At Chriſti Domini ſedis tapeta, & ſtolę ſemper etiam albę, ſemper miſericordia, & miſeratione ſunt contextę, etiam iudicium, & iuſtitiam facturi. Cuius ſupra titulus eſt. *Miſericors, & miſerator Dominus*. Quoniam eius natura bonitas, & miſericordia. Pſal. 49. Iſai. c. 16. b. Pſal. 110.

C
Exactiùs iterum, atque diſtinctius de magna Domini Dei miſeratione, ac largitate nonnulla enarrantur.

VERE formoſum, & conſideratione dignum, quod exquirendo Vates Domini Abacuch inquit ei. *Num quid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?* Neque quis admiretur ab eo Dominum de furore in fluuiis expetitum, nam iuxta moralẽ ſenſum pulchrè intelligendum de flentibus, & lacrymarum flumina efficientibus, ſuper quos præ anguſtia gementes, & pro peccatorum, vel ſuorum, vel aliorũ pænitudine, Deiq; amore deplorantes Dominus copioſè gratiã miſerationis, & largitatis impertit iuxta illud de Diuę Matris Monicę. *Eleuauerunt flumina vocem lacrymarum; Domine, per Sanctam Matrem.* Quę magna largitate Domini iuxta petitionem exaudita, clamabat; noua lacrymarum effuſione pro gratiarum actione. *Cumulatius mihi præſtitit Deus, quàm petebam*. Per mare verò non nefas eſt intelligere magnam Dominicę paſſionis amaritudinem, eiuſq; meritum copioſiſſimum, quę omnia breui ſe operaturum indicando, ambulabat iuxta Mare Galileę, vocans pauperes, & efficiens eos ceterorum ad ſalutem piſcatores. Abac c. 3. b. In eius Offic. ad ſ. a des matutini. In eius vita.

Fateor

Fateor, & ego grauiſſimum pondus delictorum hominum; ſed ab ingenti & ſumma Dei miſericordia exceditur. Emiſſurus Spiritum Chriſtus Dominus inclinauit caput. *Et inclinato capite emiſit ſpiritum*. Inclinato videlicet ad dexteram, non ad ſiniſtram. Mercatores magnum pecuniæ numerum ſoluturi, ne tempus in prolixa enumeratione protrahatur, ſtatera, vel bilance ſolent pecunias ponderare, hic monetas, illic vero pondus aliud ponentes, & iuxta maiorē vel minorē huius, vel illius grauitatē flectit ſtatera, vel bilancis radiuſculus. Magnam magni pretij ſolutionē Deo Patri pro nobis ſuper telonio Diuinę iuſtitię decernens Chriſtus Dominus facere, crucem pro ſtatera ſelegit. Hinc Eccleſia Sancta canit. *Statera facta corporis*. Ad dexteram ſua merita & miſericordiam poſuit; in ſiniſtra verò vniuerſa hominum delicta collocauit, & librando, lingula, ſiue radius in Cruce ſtatera nimirum Chriſti Domini caput ad dexteram inclinauit, quia maius quippe pondus ſuę paſſionis, & miſericordię, quàm delictorum noſtrorum grauitas. Voci vocantis igitur obtemperantes, ad eius dexteram vocati, quàm cito curramus, vt ſecum, & cū electis eius cæleſtia feliciter conſcendamus. D

Ioan c.19.f.

Simile.

Hymn in Dō. Paſſion.

Illud vnum denique ſcias homo, Deum ſua natura longè remotum à punitione hominum; ſed data per te peccati occaſione, non ſine miſericordia ipſum iudicem læſum ad iudicium ad vltionem deſcendere æquum eſt. Cui facit, quod ipſemet olim ait. *Arcum meum ponam in nubibus Cæli*. Quorſum id? ad feriendum. Arcum abſque ſagittis? Arcus fruſtra adhibetur in quo ſagitta non reperitur. Eſt id, ac ſi dixiſſet Dominus, Arcum ponam, vt homines perterefaciam, verum non ceſſantibus a delicto, ſagittas adhibendo. Interim vltio differtur, & tempus flagella euadendi conceditur, ac ideo ſe dixit poſiturum in futuro. Hac eadem de re Pſalmigerus Rex inquit. *Calix in manu Domini, vini meri, plenus miſto, & inclinauit ex hoc in hoc, verumtamen fæx eius non eſt exinanita, bibent omnes peccatores terrę*. Ianſenius ait hanc ſcripturam intelligi, & debere accipi de vltione, ac punitione a Domino Deo facienda in impios. Pagninus ex Hebræo, atque Paraphraſtes vertunt. *Vinum erubuit*. Loco legendi vini meri, ſanè ad indicandam maiorem Dominicę indignationis vltionem. Iſidorus verò clarus ait; merum eſſe pro bonis præmium, fæcem pro impiis pœnam. *Merum vt tribuat bonis, fæcem verò malis*. Ex quibus elicitur ibi etiam agi de miſericordia, & iuſtitia Dei. Aſſerit autem plenum miſto, & inclinaſſe de hoc in illum, vt legit Sanctus Pater Auguſtinus, quoniam Deus cum iuſtitia ſuam miſcet miſericordiam, nec explet indignationis, & vltionis ſuę vaſa, nam citra condignum delinquentes punit, qui de furoris Domini fæce bibent & benè in futuro dicitur, quoniam tempus eis viuentibus prorogatur, ad agendam que pænitentiam miſericorditer expectantur. E

Gen. c. 9. b.

Ianſen.

Pagnin.

Iſid. Clar.

D. Aug lect.

Diuus Ioannes Euangeliſta ſua in Apocalypſi aſſerit ſe vidiſſe ſimilem filio hominis. *Et in ore*, ait, *eius gladius ex vtraque parte acutus*. Quorſum ita? numquid ad vlciſcendum, & feriendum? forſitan ob id; verum tunc gladius manu, non ore geſtatur. Et ſi quis ad certandum pergens gladium ore denudatum etiam ſe verſus acutum habet, ſanè quidem alios leuiſſimè feriet, guttur prius ſibi puncturus. Vt ſcias, Dominum Deum minus quippe delinquentes incutere pœnis, quam ipſi mereantur ex delictis. Mirandum ſanè quod ex ore Domini dictum hoc legimus apud Oſeam Vatem eius. *Vadens reuertar ad locum meum, donec deficiatis, & quæratis faciem meam*. O bonè Deus quid audio? nonne tu in omni loco? nonne tuus quiſque locus? maxime. Et ſi illi habebant deficere, quomodo faciem tuam quærere? vere quidem deficiunt, qui à te Domine recedunt. Præfatam Oſeę ſcripturam gloſſando Rabbi Salomon ita reſpondet. Dominus in ſuum reuertitur locum, quando ſecundum erga nos effectum de iuſtitia ad miſericordiam. Ergo eius quodammodo impropriè locus eſt iuſtitia, & punitio, de qua ſe ad miſerandum voluens, in ſuum dicitur reuerti locum, velut extra centrum ſuum lapis violentia, non natura detinetur. Ait vero, donec deficiatis, non corpore, non anima, ſed à delicto, & culpa, tunc tunc facies Domini quæritur, & miſericordia eius inuenitur. F

Apoc. c.1.d.

Oſe. c. 5.d.

Rabbi Salom

Et ſcito, peccator homo, ſumere Dominum Deum de manu tua flagellū, gladium, quo feriat te ipſum. Nulla eſſet calamitas, ſi nulla dominaretur iniquitas; non erit Domino, vnde ſumat in te flagella, ſi tu noueris non committere

Matt. c.17 c.

Digitized by Google

A mittere mala. Tempore magnę paſſionis Dominicę perfidi Iudæi arundinē poſuere in manu Ieſu Chriſti, vtique arbitrantes in contemptum, & deriſionem eius actum; ſed etiam ignorantes miſerrimi id peregere, vt paſſus, innocens agnus ille aduerſus rebelles, & impenitentes eos æternę perditionis ſententiam iure ſcriberet. Antiquitas groſſioribus literis conſueuerat ſcribere in membranis, iccirco, & calamum nuncupauere, quo ſcribebant ſtylo, ſiquidem confectum calamo, & Diuus Ioannes Chryſoſtomus perpendens illud Iudæorum, atque militum arundinem Chriſto tunc dantium, bellè ſubiunxit *Calamus in manu eius, vt ſcriberet flagitium, & ſacrilegium Iudæorum*. Dauidique Regi patrato delicto adulterii, & homicidii, Nathan ait iuſſu Domini. *Quamobrem non recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum*. Attamen gladius vnus in domo non eſt inutilis, non malus, ſed fermè neceſſarius ad ſecandum, ad defenſionem, & ad ſimilem effectum, ac finem. Verùm intellectus præfatorum Nathan verborum eſt hic. Tu gladio in proximi tui damnum es dirè vſus, & gladium vltionis in te, domumque tuam adhibebit Dominus. *Vbi plaga peccati, ibi gladius ſupplicij*. Tu gladio filiorum Amon Vriam perire feciſti, & gladium ad vindicandum poſuiſti in manu Domini. Iure poteſt peccator vſurpare illud carmen.

D. Chriſoſt.

2. Reg. cap. 12. c.

D. Chriſoſt. Ibidem.

Eheu patior telis vulnera facta meis.

Quoniam iuſtus, & miſericors Deus vtique vlciſcendo ferit, ſed priùs gladiū
B de manu peccatoris accipit.

Largitas, miſeratio, & magnanimitas Domini Dei noſtri bellè cæpit manifeſtari ab origine mundi. Conſideretur, quæſo, quod ſequitur. Patrato tranſgreſſionis Dominici mandati delicto, Adam, & Eua primi parentes noſtri ſuam turpitudinem, ignominiam, nuditatem agnoſcentes, ſe nudos miſeri intuentes, prout valuerunt, ſe ſe fici foliis operuerunt, inſtar ruſticorum, aut etiam belluarum; & pœnam eius, licet delicto minorem infligens ipſe Deus, anteaquam è Paradiſo rebelles eiiceret, pellibus veſtiuit. *Fecit quoque Deus Adę, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos*. O bone Deus, ò pientiſſime mi Domine, cur tuos rebelles improbos, qui ſe pœna valde maiori redidere dignos, non expuliſti è Paradiſo nudos, vt qui ſe equis, & mulis inſipientibus effecere ſimiles, cum illis quoque ruri vitam viuerent nudi? Audiamus Moyſem Berceſam lib. de Paradiſo, pulchrè reſpondentem, & hac de re dicentem. *Quoniam non erat conſentaneum, vt Deus ſic expoliatos, & pauperes dimitteret eos*. Honorificentia Conditoris, & magnanimitas no patiebatur, vt ceteris animantibus ſic viles apparerent. minus enim delicta mulctat, & ſua largitate non omninò priuat.

Gen. c. 3. d.

Moyſ. Berceſ. de Parad p. p. c. 28.

C
Proſequitur Auctor idem argumentum, nempe de magna Domini largitate, & miſericordia nos erga.

AMATOR largitatis, miſericordię, ac pietatis eſt ſummopere Deus. In memoriam, queſo, reuocetur illud Regis Pſalmigeri Vatis de Domino Deo dicentis. *Quoniam Iacob elegit ſibi Dominus, Iſrael in poſſeſſionem ſibi*. Et cur potius Iacob, qui & Iſrael nuncupatus, quàm Abraham, Iſaac, & Domum eorum? ſicut etiam & apud Lucam primo. *Et regnabit in domo Iacob in æternum* Non parùm ad propoſitum diuerſę verſiones huius Dauidici dicti faciunt. Diuus Hieronym. legit. *In peculium ſibi*. Felix verò Auguſtinianus vertit. *In theſaurum, vel proprietatem ſibi*. Et quænam eſt huiuſmodi proprietas, ac theſaurus Domini? ſanè præcipua pietas, miſericordia largitas, & clementia. Ac ſi dicatur, elegit ſibi Deus ſignanter Iacob. domum eius ſua pro ſpeciali poſſeſſione, vel habitatione, quia valde delectatur Deus ipſe huiuſmodi proprietate. Itaque magis viſus eſt Iacob vti, quàm Abrahā, Iſaac, & alii, quo in loco, optima occaſione ſuis in ſermonibus Petrus Da-

Pſal. 134.

Verſ. Hier. Felic. Augꝰ

Digitized by Google

Petr. Dam. Rauen. miani Rauennas ait. *Sic dictum ob magnam ipſius Iacob largitatem.* Iſaac enim mino D rem habuiſſe viſus, propterea ei Eſau eiulans, & præcans dixit. Gen. c. 27. f. *Numquid vnã tantum benedictionem habes, Pater mi.* Audiens primam Iacob fratri impertitam. Alludens Iſaac generoſum extitiſſe in germanum, durum autem, & auarum erga ſe quoad largitatem benedictionum.

Magna vtique largitas Abrahę, & obedientia, non parcentis, ſed tradentis natum ſuum Iſaac dilectum in ſacrificium ſuper altare Domino, licet inde iuſſus ab Angelo manum ab eo occidendo ſubtraxerit, & gladium. Verùm vlla abſque comparatione maior, immo & maxima largitas Domini, & miſericordia, in liberationem, & ſalutem tum ipſius Iſaac, tum totius generis humani, dando vnigenitum ſuum hominem factum ſacrificandum ſuper crucis altare, ſeu lignum. Qua de re Diuus Ciprianus in eumdem ſacrę Geneſis locum in Gen. c. 27 b. Domini Dei perſona inquit. *Abraham, quia filio tuo non pepercisti propter me; hoc vi*D. Ciprian. Ibidem. *ciſſim tibi tradam filium meum propter te. Et quia melior ego ſum, hoc melius ſignum amoris tibi præſtabo, quia Iſaac homo, Chriſtus autem homo Deus.* O quam magna Domini largitas nos erga!

Etiam natura fecit hominibus partim ſciſſas manus, partim verò continuas clauſas, vt videlicet facilius partem generoſe darent, partem quoque acciperent, & retinerent. Sed ipſius Dei omnipotentis filius homo factus voluit generoſius partem manuum ſuarum clauſam ſibi totam aperiri, ſcindi, ſanè vt indicaret, quoniam immenſa largitate ſua ſe ipſum, ac totum in ſe ipſo nobis E Vgo Card. in Pſal. 77. elargiri voluit. Quamobrem Vgo Cardinalis in Pſalmos bellè in propoſito de ipſo Chriſto Domino ait. *Largitate habuit manus perforatas, vt nihil ei remaneret, quod non daret, qui & ſe ipſum dedit.* Quibus quidem pulchrè notatur, quàm magnam, immo, & ſummam eſſe erga nos Domini largitatem, miſericordiam, & pietatem.

In propoſito non prætereatur, precor, ſilentio illud Prophetę Zacarię dictum notabile. Cum Chriſtus Dominus iam rediuiuus in cælos aſcenderet glorioſus ſeruatis in manibus, pedibus, atque in latere plagarum, circatricũ Zach. c. 13. c ſciſſuris, Pater omnipotens, vel tota cæleſtium ſpirituum cohors dixit ei. *Quid ſunt plagę iſtę, in medio manuum tuarum? & dicet, his plagatus ſum, &c.* O bone Deus, & de latere ſciſſo, & de toto corpore iam plagato nulla eſt admiratio, nulla eidem facta interrogatio? Profecto res non debet carere myſterio, præſertimque morali. Eſt itaque ac ſi diceretur corpus totum eius dilaceratum, hinc inde dilatatum, plagis perforatum, quaſi eſſet velut aperta, expanſa, extenſa manus ad ſe ſe dandum totum, & vniuerſa impertiendum nobis. Conſideratio, & conceptus eſt Philonis carpatii dicentis ita de Paſſione Domini Phil carp. de Paſſ Domin. ca occaſione optima in præfata Zacarię verba. *Manus apertas homini fecit natura vt ad danda beneficia ſe extenderent. Et ideo Chriſtus benedictus, vt beneficia ſua in peccatores extendere poſſet, totus apertus eſſe voluit; ex quo Pater, quia totum apertum vidit, totum manum dixit.* Quibus luce clarius apparet magna, & immenſa Domini largitas, B munificentia, pietas in homines, eius gratia ideo, & gloria donandos.

Hinc mirum ſit nulli, & ſi Dominus ipſe delinquentes punit citra condignũ, & ſi quando adhibet punitionem ſua ex iuſtitia, non obliuiſcitur ſimul facere miſericordiam; immo & pronior ad ſuccurrendum, ad miſerendum; ad puniendum verò, & ſe vlciſcendũ lentè ſe confert. Quod miro modo confir Cant. c. 5. d. mari videtur per illud Canticorum, vbi de Sponſo cæleſti dicitur. *Crura illius columnę marmoreę, quę fundatę ſunt ſuper baſes aureas.* Sed ſi ita ille ſe habebat, quomodo ſponſa de eodem alibi ſupra dicebat. Cant. c. 2. a. *En iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. Similis eſt dilectus meus capreę, hynnuloque ceruorum.* Quę dixit talem, profecto aſſeruit pedibus velocem, totum quàm agilem, & quę pariter affirmauit eum crura habere, vt columnas marmoreas, pedeſque vt baſes aureas; dubio procul aſſeruit ſimul eum lentè incedentem, gradumque valdè ſiſtentem; ergo contradictio in illis duabus diuini eloquii ſententiis minime quidẽ, ſed claro apud Aloiſyum Legionenſem literali ſenſu quoad moralem, & myſticum reſpondet Gloſſando Rupertus Abbas ibi. Rup. Abb. *Quoniam velocior ad ſuccurrendũ, ad condonandum; tardior verò ad puniendum.* Quod quippe totum ab eius largitate, & magna pietate peruenire nulli dubium.

Tandem in propoſito quoque haud qamquam prætereamus ſilentio illud Apocaly-

Digitized by Google

A Apocalypſis iure notandum, vbi Sanctus Ioannes Euangeliſta narrat à ſe viſũ
Dominum ſuper nubem candidam ſedentem, & habentem in capite coronã
aureã, in manu vero falcẽ acutã. *Et ecce, ait, vidi nubẽ candidã, & ſuper nubẽ ſedentẽ*
ſimilem filio hominis, habentem in capite ſuo coronam auream, & in manu falcem acutam. Apocal c. 14.
Quod habuerit ſuper caput coronam auream, ad indicandum eius vniuerſa-
le dominium, & poteſtatem ſummam, tranſeat hoc, ſed quòd in manu eius
eſſet falx acuta, hoc ſanè apud aliquos mirandum, nam & ſi per eam denota-
tur eius indignatio, & vindicta in peccatores, inimicos, & rebelles Maieſta-
tis eius, quare per falcem inſtrumentum ruſticorum ad ſecandum herbam, &
fœnum potius, quàm per gladium acutum, globum igneum, vel bombardã
atque conſimile iram, & indignationem ſuam indicare? Reſpondet Sanctus
Bernardinus de Senis in quodam ſuorum ſermonum ita. *Quoniam falx partem ab* D. Bern. Se-
radit, partem verò remanere ſinit. Tum prope ſolum, tum ſub terra, puta herba- nen. in ſerm.
rum, & plantarum radices. Ecce, ecce quomodo bellè denotatur, iuſtitiam
& vltionem à Deo non abſque miſericordia fieri. Quod ſanè competit eius
magnę largitati, miſericordię, & pietati; nã & ſi punit, non totaliter deſtruit,
ſed & concreſcere in bonum generoſè facit.

B Sollicitè nos Dominus inſpicit, vocat, adiuuat, miſeretur, & iuſtificat, dummodo non obſtacula ponamus; ſed & nos quoque ſollicitè eius voci, & mandatis obtemperare ſatagamus.

PRO dicendorum diſtinctione, & coordinatione non minimè facit illa
diuini Vatis Pſalmigeri ſententia. *Dedit vocem*, ait, *ſuam Altiſſimus, & mo* Pſal. 45.
ta eſt terra. Dedit vocẽ ſuã quando ambulans iuxta mare Galilęę, quos
vidit, atque elegerat, vocauit. Ipſi verò terra nempe homines, de li-
mo facti, ſe mox Petrus, & Andreas ſe mouentes ſunt ſecuti obſeruantes vocẽ
vocantis Domini. Ambulabat verò illac Dominus, non gradum ſiſtebat. qui
ſic incedit modo faciem, modo humeros illic ſtantibus vertit. Humeros ali-
cui vertere eſt quodammodo illi ſe dedignatum indicare; qui verò faciem,
C ad indulgentiam, & miſericordiam denotat pronitatem, & paratam voluntatem,
tem, ideo Dauid Domino. *Ne auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor. Oſten* Pſal. 68.
de faciem tuam, & Salui erimus. Auertente autem te faciem tuam, turbabuntur, &c. Quæ Pſal. 80. Pſal. 104.
dam picturę ſic arte mira confectę reperiuntur, quas vno verſu ſi aſpicias, for
moſam Virginem intueris; ſi vero reſpectu altero conſpicis, militem armatũ, Simile.
ira, furoreque refertum, ad vltionem gladio denudato paratum, pergentem;
ſiue Draconem inſpicere videris. Si Chriſtus Crucifixus tibi humeros vertit,
en crucis baculum oſtendit, vtique tuam in ſalutem, ſed renuenti, callum in
delictis obducenti, erit in ruinam, & perditionem tuam; ſi verò faciem oſten
dit, mentis, iucunditatem, ſalutis copioſitatem bene ſperando expecta. Igi
tur dum ambulat, precare, vt erga te faciem ſuam ſiſtat, ſicut cum Petro, &
Andrea, & aliis cum dilectis, electis ſuis facere dignatus eſt.

Mirandum profectò diſcrimen quoddam inter Regis Dauidis ſententiam,
& Sancti Apoſtoli Pauli Auctoritatem. ille Diuinus Vates ait. *Melius mihi eſt,* 1. Paralip. c.
vt incidam in manus Domini, quia multę ſunt miſerationes eius, quàm in manus hominum. Ac 21 b.
ſi ex conſequenti diceret, quorum paucę, ſeu nullę miſerationes. Deo autẽ
Ioannes, ait. *Tu ſolus pius es.* Sanctus verò Apoſtolus è contra ſic inquit. *Hor* Apocal cap.
rendum eſt incidere in manus Dei viuentis. Quę duo prima facie videntur inuicem 15. b.
penitus contradicere, ſicut melius, & horrendum eſſe. Verùm diſtinguen- Heb. c. 10. f.

dę occaſiones ſunt, atque tempora, & bene concordat ſcriptura. Rex ille D
Pſalmigerus forte intelligebat de punitione temporali, quando videlicet ſibi
1. Paralip. vbi ſupra. ab alio Propheta nimirum Gad audierat dici iuſſu Domini. *Trium tibi adoptio*
nem do, vnum quod volueris elige, & faciam tibi. Aut tribus annis peſtilentiam; aut tribus
menſibus te fugere hoſtes tuos, & gladium eorum non poſſe euadere; aut tribus diebus gladium
Domini, &c. Paulus verò Apoſtolus de æterna cæde, ac ſimili furore Domini
intellexiſſe creditur, habito vniuerſali Iudicio, reuertentis in Cælum, terga-
que vertentis cætui damnatorum. Illud verò Ioannis, nempe Deum eſſe ſo-
lum pium, intelligendum propriè per ſe, abſolutè.

Sed nec ſilentio prætereundum illud nouiſſimum præfatę ſententię Sancti
Apoſtoli verbum. *Dei viuentis.* non enim ait, mortui quatenus homo ſuper
Crucis lignum; at viuentis in æternum, tergaque vertentis, quo ad largitatē
& veniam, ob indignationem, & iram, in inferno ſepeliendis, in ſuoque tali
termino iam manentibus. Dauid autem à longe intellectu prophetico pro-
ſpiciebat Deum fore hominem factum, & morientem ſuper Crucis lignum
ſuos aſpicientem, & brachijs extenſis ad veniam petendam eos expectantem.
Qui modo ambulabat iuxta mare illos intuendo viros, proinde ſi dixiſſet, vt
cumque me volueritis, iratum, vel mitem: terga vobis vertentem, vel vos met
Plin lib. 2. c. 103. piè, ac miſericorditer aſpicientem, dum viatores, habebitis. Referente Pli-
nio, in agro Reatino fons Nenia appellatus reperitur, qui alio, atque alio
loco exoritur, & quò vertit, illic aquarum gurgites effundit, quod eſt ibi cau E
ſa magnę vbertatis, & anonę. Sed ecce, ecce fontes cæleſtes, atque totius
miſerationis ſuper nos, oculi videlicet miſericordes Chriſti Domini, toto cor
de precemur eum, nę à nobis diſcedat, ſed miſericorditer nos aſpiciat, & fiet
Pſal. 85. nobis copia ſuę largitatis magna. Cui & propterea Dauid. *Reſpice*, ait, *in me,*
& miſerere mei: da imperium puero tuo, & ſaluum fac filium ancillę tuę. Ita & nos confi-
dentes clamemus, non de Regno terreſtri, ſed cæleſti, vt inſpiciat, miſerea-
tur, vocet, reducat, & ſaluet.

Aſpiciente nos Domino, bono ſimus animo, ſignum namq; ſic datur, vt nos
tui miſereatur, & vniuerſos noſtros dimittat languores. Apud Naturales le-
gitur de quadam auicula, Calandrinus, nuncupata, quę ſi ad infirmum defera
tur, & eum ipſa fixè intueatur, optimum in egroti ſanitatem ſignum diiudica
ri aſſerunt quaſi ſuo illa proſpectu, & vt ſic dicatur, oculorum vi malos in eo
humores deſtruat & conſumet, ſic morbum ab ægroto auferat. Sit huius e-
Exempl. narrationis veritas apud auctores. bene autem verum eſt, quod ſi cæleſtis no
ſter Pellicanus Chriſtus Dominus nos ſuis miſericordibus oculis inſpiciat, op
timum eſt inditium noſtrorum remiſſionis delictorum, noſtręque ſalutis æter
nę. Prout habetur, & ex his quos ambulans iuxta mare vidit, & vocauit *Deus*
Pſal. 21. *Deus meus, reſpice in me.* Quare Dauid ab oculis Domini exoptabat, expetebat
aſpici? ipſe pluribus in locis libri Pſalmorum ſui rationem reddit. Sed audia-
mus Sanctam canentem Domino ſic Eccleſiam. F

Hymn. ad Laud mat. de Domin. *Si reſpicis lapſi ſtabunt,*
Fletuque culpa ſoluitur.

Ipſe aufert à nobis ægritudines mentis. Hæc magna virtus in oculis Domini
miſericordibus, vt à nobis quoſque tollat amaritudines, diſſoluat culparum
Iſai. c. 59. b. infirmitates. Quod non ignorans, ſed experiens Vates Iſaias inquit. *Verè lan*
guores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Roga igitur Dominum, vt in-
tueri dignetur dolorem tuum, vt ſaneris, & iuſtificeris per ipſum. Paratus eſt
ipſe Deus ad intuendum te pro te. Tuum eſt tuos extollere ad eum oculos,
iuxta illud formoſum Hiſpane dictum. *Mira que te mira Dios.*

O iucundiſſimus oculorum Ieſu Chriſti proſpectus ſuper homines ſanan-
dos, & ſaluandos! nonnullos ad mare vidit, & ſuos Apoſtolos effecit, ad ei
obtemperandum celeres, & miſeratione, gratiaque illius donandos. Refe-
rente Plinio, Margaritę, ſiue vniones ex Cæli rore, ſoliſque orientis calore
generari in conchilijs marinis, formoſę, ac magno prætio haberi ſolent. *Mar*
garita, inquit *Ex rore Cæli in marinis conchilibus generatur.* Et en circa mare Galileę,
Plin. lib. 9. c. 35. in eius videlicet litore morabantur Petrus, & Andreas, atque alii piſcatores
viri, velut tot oſtreę vel conchilia loci iacentes, quos myſticus ipſe ſol Chri
ſtus inſpiciens, rore cæleſtis omnipotentię, & miſerationis in eis effecit pre-

A tioſam margaritam, ſuę largitatis abundantiam ſanctę electionis, vocationis & iuſtificationis gratiam. Quare diſcipulorum impreſię poterant eſſe, tot Oſtreę in maris litore, oriente ſole, cadente rore, ipſis parum apertis, ſurſū verſis cum inſcriptione. *Formoſus abſconditur theſaurus*. Sicutque margaritę alio nomine appellantur vniones, ita & ſuo modo gratia Domini poteſt nuncupari in hominum videlicet cordibus, ſiquidem per eam homines charitate vniuntur, & Domino copulantur. Atque ſicut ſol ſuis radiis terrę concaui- Simile.
tates penetrando generari, aurum, & argentum facit; ita ſuo modo terra dicatur homo, cuius concauitas cor, ibi ſol myſticus iuſtitię Chriſtus mira quidem, ad ipſius hominis ſalutem, operatur Argentum diuinę vocationis, aurumque ſanctę iuſtificationis, & gemmam gratię cæleſtis. *Penetrabo omnes inferiores partes terrę, inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino*. Spe- Eccl. c. 24. d.
ra igitur in eo, vocantem attende, eius voci reſponde, adiuuantem ſequere, atque tuę ſaluti confeſtim cooperare.

Ferunt Naturales de Strutione, quòd oua ſua arenis inuoluta è regione ſtans oculis fixè intuetur, attendit, & in iis ſic pullum generari, concreſcere, ac exoriri nititur, quem nati audiunt voces emittentem, ſequuntur imitantes, Simile.
nutriuntur obtemperantes. Ales cæleſtis noſter Chriſtus Dominus, corda Valerian lib. 25.
noſtra velut oua arenis noſtrę carnis inuoluta conſpicit, & ſua efficaci virtute in iis exoriri facit auem, ſiue pretioſitatem ſuę Sanctę vocationis, iuſtifica-

B tionis, & gratię habitualis, Dum modo impedimenta non ponas, ſed hæc tu quoque in te fieri velis, permittas, & cooperetis. *Reſpiciam, ait, vos, & increſcere faciam multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum*. Sed quodnam eſt pa- Leuit. c. 26 b
ctum, quod pepigit, & firmare promiſit. Dare veniam, impertire gratiam, elargiri gloriam. Verùm oportet ſe non operire, non retrahere ab oculis Domini, quo ad huiuſmodi largitatis ſuſceptionem, ſed operæpretium præbere cor, offerre mentem, precari largitorem. *Indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes in* Cant. c. 1. b.
meridie, ne vagari incipiam, ne ſim cooperta. Prout alii vertentes legunt. Sed quid lect ex Heb.
ſibi vult operiri in conſpectu, & oculis Domini? Sane peccatis obſtinatè conuolui, & ſpontè niti in iis commorari: ſic enim in via meretrices operire ſe conſueuerant iuxta illud, quod imitata fuit Tamar. Operuerat enim vultum Gen. c. 38. d.
ſuum, ne agnoſceretur. Ne igitur delictis obduratè conuoluas te, nec oculis Domini tuo peccatoris modo abſcondas, vt inſpiciat te ſeligendum, vocet ſequuturum, & iuſtificet ſaluandum.

Qui peccare non deſinit, murum ex iniquitatibus ſuis conficit addiuidendum inter ſe, & Deum, ne quodammodo videatur vocandus, & ne vocetur iuſtificandus. *Iniquitates veſtrę diuiſerunt inter vos, & Deum*. Optime quidem te- Iſa. c. 59 a.
neo, peccatorem haud poſſe operiri oculis Domini, attamen prout in ſe eſt tale operimentum facit, peccatorum pallio ſe operit, atque talibus vinculis, ſe conſtringit, ne dimoueri poſſit. Verùm generoſe ſe reuelet, valde de u-

C per adiutus, vincula diſſoluat, quem Dominus poſt ſe vocet, & ſalutari corona donet. Apud Diodorum Siculum, & Natalem Comitem fabuloſe legitur Diod. Sicul. Mytholog. Natal. com. lib 7 c. 1.
de illo Heroe famoſo Hercule, qui cum accepta ab uxore ſua Dianira Subuculam, ſiue veſtem incantatam, arte videlicet Dæmonis fabricatam, induiſſet, mox in rabiem, ac ferè dementiam vertebatur, ignea cruciatus flamma; quare confeſtim ſuis manibus eam magna percitus iracundia apprehendens, minutim ſcidit, & ea ſe liberauit. O generoſi Heroes Ieſu Chriſti fideles, videte, ne incantatam veſtem induatis, nempe peccatorum Zonam, ſiquidem erit vobis æterni Infernalis incendii, & ſi quando induiſtis, mox cælitus vocati, adiuti, manibus veſtri arbitrii, & voluntatis confringere ſtudeatis, vt rabiem, tam magnam euadatis. Etiam de Sampſone Diuino in eloquio habemus, Iudic c. 16. b
quod à Dalila vxore nefaria, funibus ſeptem, vel pluribus circumligatus, ille conſurgens generoſè, vincula validè confregit, & illæſus tunc, ea deluſa, Philiſtiiſque fugatis, euaſit. Funibus peccatorum circumplexis quamplurimos Dæmon ad tartara miſeros, ſic ſua ſpontè vinctos deducit; ſed eia, eia generoſi, illud Dauidis vſurpetur, & valide peragatur à nobis. *Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipſorum*. Voci vocantis Domini obtemperantes, Pſal. 2.
& poſt eum in odore vnguentorum eius currentes.

Bonum quodcumque opus ſollicitè peragamus, ne nos tam malis circum

voluamur

uoluamur vinculis, & nequam indumentis, neue operimentum ſic oculis Do D
mini velle apponere videamur; ſed toto corde precemur, vt nos miſeros ipſe
pius aſpicere dignetur. Mirandum profectò, quod Eccleſia ſancta ſuppliciter
exorans, conſeruari, extolli, & Saluari ſuos, quos gremio ſuo Catholico cō
plectitur, illud vnum dumtaxat ab omnipotente Deo Patre concedendum ex
Oratio in Paraſce. petit. *Reſpice*, ait. *quæſumus Domine ſuper hanc familiam tuam, pro qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus non dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis ſubire tormentum*. Sed quid
vis, ò Ieſu Chriſti ſponſa? qui tibi petis fieri; num ſolum rogas à Deo Patre aſ
pici? ſolum oculos Domini ſuper familiam hanc tuam aperiri? ita id ſolum ſuf
ficit, non enim Deus ſuos aſpicit, & in afflictione iacentes deſpicit. Cum Pa-
triarcha ille fidelis Abraham iuſſis Domini obtemperando, nec iota defle-
ctendo, natum Iſaac ſacrificandum, denudato, & eleuato ſuper collum eius
Gen. c. 22. c. gladio, mox occidere vellet, & ab Angelo præpeditus, ait, *Dominus videt*. Ve
rùm quid ſibi vult hoc illius aſſertum? numquid vertebatur in dubiū, an Deus
aſpiceret, videret populum? non ita. Optimè namq; tenebatur, Deum vbi-
Pſal 93. que eſſe, & clariſſimè cuncta proſpicere, ei nuda, & aperta. *Aut qui finxit ocu-
lum non conſiderat?* Sed ſi intellectus eſt conſiderare, oculi verò proſpicere, cur
ait Dauid, Deum occaſione videndi conſiderare? Diuus Hieronymus ita cla-
D. Hierony. verſio. rius vertit. *Non videbit?* Illa autem lectura ſic de præſenti habet, forte ad indi
candum, Domini Dei oculos clariſſime vniuerſa proſpicere, quemadmodū
perſpicax mens, intellectuſque rem aliquam meditando penetrat. E

Quò vero ad Sancti Abrahę adagium, fortaſſis pro reſponſione moralis ſen
ſus eſſe poteſt. Non doluit voce, non lamentatus deprecatione apud Domi
num de nati per manus ſuas occaſione, & in holocauſtum oblatione, ſciens
optimè Deum videre hominum mentis, & corporis afflictiones, & eos non
deſpicere ſubleuandos; propterea ope data, auxilio ſuſcepto, clarum voce
ferebat, quod mente magna cū confidentia reuoluebat. Iudæi verò tanti viri
aſſertum accepere pro ſententia, & apophtegmate, nedum pro præſenti tunc
videre ſic Dominum ad auxilia dandum, ſed inde ita quoque viſurum. *Vnde
Gen. ibidem vſque hodie dicitur. In monte Dominus videbit*. O quot perfidi nolent à Deo vide-
ri, ſed eius oculis opetimenta poni, ne viderentur mala patrantes, & ſalutis
non fierent compotes! Huius veritatis certiſſima experientia docemur ex eo
quod diri Iudæorum miniſtri pergere in Ieſum Chriſtum Dominum tempore
Matt c. 26. g. paſſionis eius amariſſimę. *Et cœperunt quidam conſpuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cœdere, &c.* Ex eo autem quod Matthæus non ait, eos velis operuiſ-
Marc. c. 14. g. ſe faciem eius, ſed ſic tantum ſcripſit. *Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eū ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes prophetiza nobis, &c.* Eliciunt
pii contemplatores, eos percuſſores diros tot palmas, totque ſputa in eius
ſanctiſſimam faciem multiplicaſſe, vt præter pannulos, etiam ex palmis,
& ſputis aperimenta ſuper venerandā Saluatoris faciem compoſita appoſuiſ-
ſe, vt ipſemet percuſſores impii ab oculis miſericordibus Domini non viderē- F
tur, ſed aſperrimum, quod fieri patrabant, ab eo ſentiretur! O filii nequam
ò perdite agentes, ne Domini proſpectu iucundiſſimo dignarentur, ſed mi-
ſerrimi, ſalute ab eo tunc facienda priuarentur!

Et quid poſſet boni facere homo, ni proſpectus oculis adiutorii, & pietatis à
Deo? reſpiciat ſic nos Deus, vt noſtra ex eo conſurgat virtus: ſine tali pio Do
mini proſpectu, in perdito commoramur deſpectu: reſpice Domine in ſeruos
tuos, in opera manum tuarum, ne pereat ſubſtantia animarum noſtrarum.
Duce pia, potente virtute oculorum tuorum perueniemus ad regna cælorū;
ni à te proſpiciamur, in profundum dilabimur reſpice in nos Domine, & cū
Petro fac nos noſtra delicta flere: nos ita ni reſpexeris, nullus noſtrū ſaluus erit.
D. Amb. in Euang. Qua de re S Ambroſius ait. *Negauit Petrus primo, & ſecundo Dominum, & non fleuit, quia adhuc non reſpexerat Dominus; negauit tertio, reſpexit eum Ieſus, & amarè fleuit.* Igi-
tur reſpice Domine, vt poſſimus flere. Et Sanctus Hieronymus de ipſo flen-
D. Hierony. te Petro ait. *Non enim fieri poterat, vt in negationis tenebris permaneret, quem reſpexerat lux mundi*. Sollicitus eſt autem noſtrę ſalutis Dominus, torpet verò in delictis
homo: intuens quærit Dominus, cui miſereatur; terga vertit peccator quis,
ne iuſtificetur. Audi, audi, ò miſer delinquens vocem vocantis Domini:
curre obuiam ſuccurrenti, ne contemnas eius ſollecitudines, & pro te curas,

ne te

A ne te ipſum in æternum miſerrimè perdas.

Quis autem exurgens in medium afferre poſſet, oculos Domini Dei etiam apertos ſuper peccatores ad puniendum eos, iuxta illud Ieremię Vaticinium *Quid tu vides Ieremias? & dixi. Virgam vigilantem ego video, & dixit Dominus ad me. Bene vidiſti, quia vigilabo ego, &c.* De futura Iudæorum ruina pronunciando, alludente ſcriptura etiam illud Regnum Gentilium, qui iuxta profeſſionem, & propriam voluntatē ſuper ſceptri ſumitate aliquod hieroglyphice gerebant caput Ciconię, Baſiliſci, alii verò oculum, & quidem apertum, ſic virgam quodammodo vigilantem efficiebant, indicantes benè ſe vigilaturos ſuper populum, nedum parcendo, ſed frequentius errata corrigendo, & de male meritis ſupplicia ſumendo; quamobrem, & Dominus tale inuolucrum Prophetę ſuo bellè oſtendi voluit. Ierem. c. 1. c.

Verum reſpondetur, id potius noſtro congruere negotio, quam contra, nam cum ad puniendum Deus ipſe venit, ſiue aſpicit, vno tantum oculo intueri, velut monoculus dicitur iuxta illud Ezechielis. *Et non parcet oculus meus ſuper te, & non miſerebor, &c.* Verumtamen, dum de Domino aſpiciente ad faciendam miſericordiam agitur, plures oculos habere, ſeu totus oculus, ſiue oculis plenus eſſe dicitur, prout apud Zacariam. *Super lapidem*, ait, *vnum ſeptē oculi ſunt.* Quo Chriſtus Dominus pulchrè innuebatur, cui nedum duo oculi ad proſpiciendum, ſed pro facienda nobiſcum miſericordia etiam ſeptem, nā B quinque illius plagę ſunt velut tot oculi dilatè aperti, quibus ſuccurrit indigētibus, parcit peccatoribus, miſeretur nobis. Qua de re Titus Boſtrenſis ait. *Si vlciſci debeat, monoculus ab omnibus videri cupit, ne peccata videat per quę hominem punire cogatur: ſi verò oporteat nos ad beneficandos aſpicere, totus oculus eſſe deſiderat.* Inſtar Argi Gygantis per oculos mille inſpicientis, ſed ſuo nobiliori, maiori modo Dominus noſter nos intuetur, noſtri vt miſereatur. Ezechiel. c. 7. a. Zach. c. 3. Apoc. c. 5. b. S. Titus Boſtrens in Patrum Bibliot.

Sua miſeratione Deus ad ſuccurrendum nobis eſt ſollicitus, aſpicit, opem fert, expectat, vt miſereatur, cui & nos omni celeritate maiori obtemperare debemus.

C O Quam ſollicitus eſt noſtrę ſalutis Dominus! ò quam celer ad ſuccurrendum nobis, parcendum, & munera magna dandum! vocatos cō ſurgentes expectat, & exquirentium mentem, deſideriumque citò adimplendum præuenit, In memoriam, quæſo, reuocetur illa filii prodigi dicta, & geſta. Cum in illa brutorum ſolitudine reperiretur. Diuina excitatus inſpiratione. *Surgam, ait, & ibo ad Patrem meum, & dicam ei. Pater peccaui in Cælum, & coram te, iam non ſum dignus vocari ſeruus tuus: fac me ſicut vnum de mercenariis tuis, &c.* En tria propoſuit ſuo Patri dicenda, ſe videlicet grauiter deliquiſſe, indignum etiam nomine ſerui, atque velle petere ſe faciendum, ſicut vnum de mercenariis in domo patris; ſurrexit, iuit, & primò ſe accuſauit. ſecundò indignum ſic ſe aſſeruit, tertio autem loco nil dixit, quod petendum propoſuerat, nequaquam patre coram enarrauit. Quare ſic feciſti, ò fili? cur quod petendum propoſueras, non poſtulaſti? quia vlterius me loqui pius pater non permiſit; neceſſitatem agnouit, poſtulationem præuenit, deſiderium exaudiuit, & mentem adimpleuit dicens. *Citò proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & calciamenta in pedes eius, &c.* Quis non cognoſcit ſimiles, valdeque meliores eſſe modos, & phraſes Dei patris omnipotentis ad occurrendum, & opitulandum neceſſitati hominis non contra dicentis? Cui loco bellè quidem facit illud Dauidis. *Deſiderium cordis tribuiſti ei, & voluntatē labiorum eius non fraudaſti eum, quoniam præueniſti eum in benedictionibus.* O quam magna lar- Luc. c. 15. d. Ibidem c. Pſal. 20.

gna largitas, & benedictio, præueniri, adiuuari ſic à Deo! D

Fateor & ego Dominum Deum aliquando iraſci valde, peccatorum noſtrorum occaſione, ſed mox miteſcere, placari, & ad miſerendum conuerti. *Et dices in illa die. Confitebor tibi, Domine, quoniam iratus es mihi: conuerſus eſt furor tuus, & conſolatus es me.* Nimirum laudo te, & accuſo me, quia eodem tempore iraſceris, & placaris, indignationem indicas, & mox tu te ipſum mitiſſimè contemperas; miſericordiam tuam extollo, quâ quodammodo priuſquam iraſcaris, placatus dimittis, adeò confeſtim placaris: & ſi quid habes aduerſus nos homines miſeros, ſignificationem das, vt celerrimè parcas. non vis delinquentes perdere, ſed mox eos das conſurgere, aſſeris te ira percitum, vt habeant te miſericordia motum, & veniam dantem delictorum; qua de re Sanctus Pater Auguſtinus ſic mirabili hac ſententia inquit. *Propterea ſe Iudex venturum minatur, vt non inueniat quos puniat, cum venerit. ſi damnare vellet, taceret: nemo volens ferire, dicit.* Quemadmodum qui ſuo in hortulo videt ſui columbarii columbos deuaſtantes formoſos flores, ægrè fert, attamen eos globo igneo non interficit, nec alio ſimili inſtrumento, ſed ſuper eos in horto vagantes, deuaſtantes lapillum proiicit, vel ſibilum facit, vt illinc diſcedentes caueant, & mortem euadant; quoniam vult vtique florum conſeruationem, ſed & columbarum vitã; illos libenter aſpicit, hos vero ſummopere diligit. Sic, ſic Deus ſuo modo facere cum hominibus videtur. Non vult peccatores interimere, nec ab eis ſuę mandata legis deuaſtari, ideo parumper eos terret, ſignoque annuere curat, ne æternis eos conuoluat ſuppliciis. *Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus.* Non enim vellet nos ferire, ſed ſuam legem obſeruari, & facientibus eam plurimum impendere largitatis, & gratię. E

Cant. Iſa. c. 12, 2.

D. Aug. in Pſal. 109.

Simile.

Pſal. 59.

Et ſi quando noſtris laceſſitus delictis ad feriendum venire dicit, vt præpediatur, occaſionem quærit, mirum profectò diuinę largitatis opus, quærere potius cui parcat, præmiaque impertiat, quam quem ſupplicius cruciet, & damnet. Quo pulchrè conſiderandum venit illud Domini Dei Moyſen. *Dimitte, ait, me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos.* O bone Deus. numquid Moyſes te detinere poterat? minime. vt quid igitur rogas, ſeu iubes dimitti, à quo nullatenus, nec ab vniuerſo hominũ, Angelorumq; cætu poteras retineri? eſt modus inter homines ſic dicendi. Patrum familias quis erga natum ſe dedignatum indicando, clamat audientibus dicens. Ne me impediatis. ne detineatis, quia hunc incomptum, rebellem, meum interficere volo. Ita nihilominus ait, quoniam detineri cupit, ne quamuis leuiter premat, quem vnice amat. Ita feciſſe tunc Deum Optimum maximum cum Moyſe, eiuſq; populo conſiderat, & aſſerit Sanctus Pater Auguſtinus. *Non quia impediebatur, ſed vt impediretur, dixit dimitte me.* Ac ſi dixiſſet ipſe omnipotens. Verè quidem ex iuſtitia vindictam de tanto huius populi flagitio ſumere debeo; at miſericordia, vt mitius cum eo agam, immo vt ei parcam præcatur, operatur, ideo tu quoque roga, intercede, ne ad eos mortis æternę reos vadam interimendos. Tanta eſt Domini miſericordia, vt optet, quæratue vtcumque præpediri, ne habeat ſe de peccatoribus vlciſci. O quam bonus Deus noſter, quæritans non quem caſtiget, ſed quem ſuis miſerationibus cumulet! F

Exod. c. 32. c

Simile.

D. Aug. 9. in. Exod. 141.

Cum ergo Dominus tam piè, tam citò, tam generoſè ad nos vocatum, & ſaluatum venit, vt quid nos cunctantes pigreſcimus? cur non obuii ſollicito adiutori conſurgimus? Eia quæque moras rumpamus, vocati bene reſpondeamus, & noſtrorum quiſque illud Iobis vſurpando dicat. *Vocabis me, & ego reſpondebo tibi: Operi manuum tuarum porriges dexteram tuam.* Conſiderate quæſo, diuinę vocationis, hominum conſenſus, & ſanctę iuſtificationis ordinem. bene ait. vir iſte Sanctus vocabis me; quoniam prius Domini eſt præuenire, præueniente gratia excitare, vt poſſimus aſſentire; poſtea excitati, adiuti, ſponte reſpondeamus vocati. dantes conſenſum ei; demum dat nobis Deus iuſtificationis manum, ſic dignatur Deus ipſe dexteram operi ſuo porrigere, vt conſurgat de delictorum contagione. Et ſequitur ibi. *Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis.* Dinumeraſti greſſus, nedum corporis, ſed animę, mentis nimirum affectus, & volitiones, quibus mereri, ac demereri poteram ſed petenti veniam parce Domine, parce peccatis meis. Vocatus Iob ille reſpondit, nullum temporis interuallum ponendum dixit. Milites de menſe in

Iob. c. 14 c.

Ibidem:

Simile.

A ſe in menſem ſtipendia, pro victu, ac veſtitu accepturi, vocantur nominatim iuſſu ſui Ducis, & Capitanei, qui mox ne ſtipendia amittant, parati, expediti reſpondent, adſum. Illi ſic pro mercede, ſtipendio temporali tanta vtuntur celeritate, & nos pro æterna ſalute conſequenda, tarde vel numquam diuinę vocationi, inſpirationibuſque Angelicis reſpondebimus? Eia, eia conſurgamus, & nulla data mora aſſenſum præbeamus, ſequentes Dominum, & laudantes eum.

Nil nobis debet impedimento eſſe ad obtemperandum quam citius Dominicę voci, & ad ſequelā eius, cui quidē propoſito belle facit illud Dauidis. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & Domum patris tui.* Pſal. 44. Qui dixit obliuiſcendum populum ſuum, & patris Domum, dubio procul à fortiori concluſit quæque deſerenda, vocem Domini audiendam, & eius ſequelam impedire valentia. In eminentiſſimorum, atque ſereniſſimorum atriis cōmorantur expediti famuli expectantes ſuis à Dominis vocari. Simile. quibus argentea in campanula ſignum dantibus, eo ſono mox audito, reſpondent, ecce adſumus, quid in mandatis datur? & quare tantā adhibere ſollicitudinem? ſane vt eò magis ob expeditam ſic ſeruitutem, Dominorum ſuorum beneuolentiam ineant, & penſiones temporales accipiant. O filii hominum, ò profeſſores legis Chriſtianorum, vſquequo in delictis torpeſcere? vſquequo Dominicę vocationis vocibus, & Sanctis inſpirationibus ſurdeſcere? eia agite,

B terrenorum obliuiſcamini, ſalutarium noſtrorum recordemini & date voſmet confeſtim in obſequium, & ſequelam Domini. Sanctus Petrus Apoſtolus ad hoc idem ſic nos mire adhortans audiamus. *Propter quod,* ait, *ſuccincti lumbos mentis veſtrę, ſobrij perfectè ſperate in eam, quę offertur vobis, gratiam.* 1. Petr. c. 1. c. Qui dixit debere ſuccintos lumbis eſſe, propemodum paratos, & expeditos ad bonum peragendum intellexit, & præſertim ad ſuſcipiendam gratię oblationem, quę non contemnenda, ſed ſpontè, cito, libenter accipienda profertur. ait verò mentis veſtrę quia non corporis paſſibus, ſed animę volitionibus, & affectibus curritur ad audiendam Domini vocem, atque ad accipiendam eius largitatem. attendit Dominus promptitudinem noſtrę mentis nō minuſquam impedimenta, vel celeritates corporis.

Ad cuius propoſiti confirmationem mirè confert illud Canticorū primo. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Quod Theodoretus, Tres illi cathenę Grecę Patres, atque Venerabilis Beda dixerunt intelligendum de Colli ornamento. Diui verò Auguſtinus, & Bernardus magis de aurium ornamentis percipiendum aſſerunt. Verùm Sanctus Pater Auguſtinus ipſe ſingulariter, quo ad myſticum ſenſum, de internis admonitionibus, & excitamentis factis, à Deo ipſo nobis gloſſandum cenſuit, ſimiliter, & Diuus Bernardus, de Angelicis inſpirationibus factis in cordibus noſtris bellè ſentiendum expoſuit. Cant. c. 1. b. Theodor. Ven. Beda. D. Auguſt. D. Bernard. apud Ghiſl. Vbi autem Verſor noſter habet. *Vermiculatas argento.* Ex He- Alia lect.

C bræorum originali legunt alii. *In punctis.* Ac ſi dicere vellet Sponſus ipſe cæleſtis. Bene attendas ò dilecta, quoniam ſanctę inſpirationes, quibus te voco ſuperius, ſunt veluti puncta, vel punctis confectę, in vermiculorum tamen ſimilitudinem, ſic vt diſcas, quoniam mox in puncto diuinę vocationi, ſanctę inſpirationi reſpondere, obtemperare debes, alioqui punctum illud in vermen tibi ingrato, torpenti conuertetur æternum. In vocationis materia punctum amittere, poteſt quandoque perpetuum efficere conſcientię cruciatū, ideo nullum amittas vocationis punctum, ne ſit tibi vermis æternus. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur,* Iſa. c. 66. g. Nec nullum nefas erit, ſi dicatur cæleſtis, ac diuina vocatio in hominū cordibus eſſe inſtar illius Mannę, quę è Cælo Angelorum Miniſterio, iuſſu diuino pluerat Iudæis in deſerto. Hanc ſi mox colligebant, in ea ſuauiſſimum ſaporem guſtabant, at in craſtinum ſi deſferebatur, in vermes conuertebatur, ita ſuo modo. Diuina vocatio, cæleſtis, & Angelica inſpiratio, à nobis attendenda, adimplenda ſi differatur, fortaſſe in amaritudinem nobis, & cruciatus vermem diuino iudicio conuertetur.

Celeritas ad ipſi Domino iubenti obtemperandum ſemper eſt operata bonum; quam propterea adhibuere viri à Domino quid facere iuſſi. Miſſurus ſuper vniuerſam terram Dominus magni diluuii aquas ſuo Noe iuſto dixit, vt ipſe ſua cum familia ædificatam ingrederetur Arcam, ille Domini iuſſa cape-

ſcens, vitęque diſcrimen non paruipendens, quando, quomodoue ingreſſus D
Gen. c. 7. b. ſollicite? diuinam audi ſcripturam. *In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, & Sem, & Cam & Iapheth; & filij eius, & vxores filiorum eius.* Quomodo autem illud de articulo intelligendum multa dixere Patres, ac diuerſimodè legere verſores.
Caetan. Caetanus legit. *In proprietate diei illius.*
Septuag. Septuaginta, & ex Hebræo alii habent. *In ipſomet die.*
Lipom. Lipomanus in cathena in Geneſim alludit etiam id legendum, ſiue gloſſandum. *In puncto.* Quod colligunt ex Græco, ponente aliquando pro articulo punctum. Omnes attamen in illud vnum declinare videntur, vt intelligatur, Noe ingreſſum Arcam fuiſſe audita Domini voce, eadem die circa finem ſtatim poſt Domini iuſſionem; nec hodie eorum nonnullos, cras verò alios, ſed omnes eadem die, ac hora tum mares, tum feminas, licet ſeorſum ab illis iſtas. Quibus duo hæc moralia excerpiuntur, mox videlicet Domino obtemperandum, & in arduis, atque vitę diſcriminibus tollendum coniunctum, ac internum mulieris commertium.

Nec, quæſo, dicatur, cras obedietur, nam quid erit ignoratur, periculum in mora, nec occaſio amittenda, quam qui contemnit, poſtea quandoque, licet expetendo, non acquirit. Deſeris vocantem, adiuuantem Dominum; continget vt quæras, & non inuenias eum. Quod pulchrè declaratur, & comprobatur eo Canticorum quinto. *Aperi mihi, ſoror mea, amica mea, columba mea,*
Cant. cap. 5. a. b. *quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo coinquinabo illos? Dilectus meus miſit manum* E *ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad contactum eius. Surrexi vt aperirem dilecto meo, manus meę diſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima. Peſſulum Oſtij mei aperui dilecto meo, & ille declinauerat, atque tranſierat.* O bone Deus, ò caſtiſſime animarum amator, & ſponſe, quid audio? quid lego? anxiè petis ab ea ſuſcipi in domo ſua, habitatione ſpirituali myſtica; verè aliquantulum ipſa rogari permiſit, ſe excuſando, ne mundanas deſereret delitias? Demum attamen conſurgens, eleemoſinas generoſè largiens, excuſſa, tremens, ſuę ſinum animę tibi dilecto aperuit, & moras torpedinis rupit; te tamen non inuenit, ab ea recedens declinaſti, quare ſic cum dilecta feciſti? quare quęritantem te fugis? clamantem audire, exaudire nolis? Reſpondentem Diuum Ambroſium notantèr audiamus. *Vult ergo,* ait, *te in omnibus vigilare momentis, vult ianuam tuę mentis ſemper inuenire patentem.* Nempe ſibi, non mundo, nec dęmoni. ſic
Diu. Ambro. ibi. apertè vir ſanctus annuens hunc locum de diuinis inſpirationibus intelligendum. Diſceſſit illinc ſponſus, vt nobis id optimum eſſet monumentū, vt citò aperiamus vocanti Domino, & ne deſpiciamus ſollicitās inſpirationēs, ac vt dicam deprecationes eius.

Quod fortè vult indicare illud Sanctū Eccleſię Catholicę, nimirum in ceremoniis, quando videlicet delati in templum pueruli baptizandi ſacer miniſter autem apprehendens, ac pauliſper pertrahens ait. *Epheta, quod eſt adaperire,*
Cerem. Eccleſ. Ritual. Rom. *aures, &c.* Ac ſi diceret ad quid huc venis? ſane, vt Ieſu Chriſti filius efficiaris, F cum ergo ad rectum rationis vſum perueneris, aurem iſtam, & catholicę fidei apertam, & Dominicę vocationi reuelatam habere non obliuiſcaris. *Sacrificium,* ait Dauid, *& oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi.* Proinde ſi dixiſſet
Pſal. 39. Domino, quàm ſacrificia, potius fidelem, atque celerem ad obediendum auditionem expoſtulaſti; iccircò mihi aures perfeciſti. Cui optime faciunt expoſitorum hunc in locum gloſſę, & verſiones alię. Ordinaria, & Lyranus aiunt. *Hoc eſt, aures perforatas feciſti mihi ad obediendum.* Diuus verò Pater Augu-
Ordin. Lyran. Dio. Auguſt. Vatabl. Simile. ſtinus inquit. *id eſt, perfectè me intelligere feciſti, quod velles.* Vatabli autem lectura, præſertimque in adnotationibus ſuis ibi legit. *Aures exuatas tribuiſti mihi, vt audirem leges tuas, & iuxta eas viuerem.* Arte mira concauitates in palatiis, ac mœniis fieri quandoque ſolent, ad quas verſus factę in iiſdem dum recipiuntur clamantium voces, mox Echo cum admiratione, ac exultatione audientium formatur. Concauatas nobis aures fecit Deus, & natura, concauum, atque profundum cor noſtrum. vertantur ad voces Domini audiendas, ad inſpirationes ſuſcipiendas; & reſpondeat Echo de noſtri cordis intimo. Ita Dominum cuique loquentem noſtrum audiamus. Si confeſtim poſt me vis venire, ego te ſaluare volo. Reſpondet ex noſtri cordis concauitate Echo. *Volo.* Nimirū alas celeritatis expando. Vt mihi ait Dominus, cor tuum, aſſenſum tuum præbeas,

A præbeas, vt iuſtificeris tu, mando; Reſpondetur. *Do*. Gratum mihi facis, dum te tollentem tuam crucem, & ſequentem me inuenio. *Venio*. Age pænitentiam, ſuſcipe iuſtificationis gratiam, de futuro caue, gratias largitori age, alioqui funditus euerteris, velut altera Infidelis Carthago. *Ago*.

Quod itaque Domino bene obtemperantes præbere volumus, quàm citius id exequutioni mandatũ faciamus, anteaquam tollatur à nobis irreuocabile tempus. Torpentes ille arguit, ſomnolentos excitat, ad vitam vocat, & citò conſurgentes optima libertate donat. Memoria ſi conſeruatis, illa meretrix Rahab Babilionis, dimiſſis exploratoribus Iudæis benè de ciuitate edoctis per deſerta, & nemora iter facturis, atq; prius dies tres in monte permanſuris, mox tamen ſollicitè ad ſuę domus feneſtram rubrum illud ſignaculum poſuit nulla interpoſita mora, ab illorum egreſſione occulta. *Dimittenſque eos, vt pergerent, appendit funiculum coccineum ad feneſtram, illi verò ambulantes peruenerunt ad montana, & permanſerunt ibi tres dies donec, &c.* Sed num bonis prudentię terminis id fecit? cur tam citò dare ſignum funiculo? optime tenebat illa exercitum Iudæorum per dies, & noctes haud paucos vix vi poſſe illuc ſe conferre, non igitur congruum videbatur, confeſtim illis ciuitatem egreſſis ad locum appendere, prout conuenere, funiculum. O fideles, ò redempti ſanguine Ieſu Christi omnes, hinc noſtrę deducamus torpedinis exprobrationem. vbi ratio, & occaſio ſalutis, nullam moram facias. ita ſi ob vitam temporalem ſeruandam illa peregit, quantò maiori celeritate nos vti neceſſum, vbi æterna de ſalute agitur? Ad feneſtras hominis interni, & myſtici Thalami noſtras proferamus, appendamus coccineum linteum cor, & conſenſum noſtrum, quem videns ſummus Ducum Chriſtus, quid feceramus intelligat, nobis parcat, à perditione æterna nos præſeruet, & vita ſempiterna donet. Ioſu. c. 2. b. c d.

B

Nec extra propoſitũ eſt illud Diui Pauli, tunc Sauli, qui optimo mucrone, forti equo, loricis æreis fretus, itinere pergens tutus, multis comitatus coetaneis eiuſdem malę profeſſionis Ieſu Chriſti fideles aduerſus, e Cælo lumine magno circum fulſus, in terram euerſus, & equo depulſus, Dominica voce, vocatione audita, quarumcumque rerum oblitus, confeſtim ait. *Domine quid vis me facere?* Et iuxta datum cælitus præceptum, nil aliud dicens, non condolens, mox imperata fecit. O Saule, ò Paule, ò vir valide, de lancea, equo, lorica, de ceteriſque tecum multis nil dicis? non eſt opus, ſat mihi facere voluntatem Domini, & eius optimis obtemperare mandatis, vt diſcamus nil debere nos præpedire reuocare à Domini ſeruitute, ſequela, & amore. Quis pro terrenis cæleſtia cõmutabit? illa caduca, citò pereuntia: hæc perpetuò remanẽtia: illorũ inſignia hæc, flos hædere, vel ſilicis cũ ſubſcriptione. *Eadem nocte.* Nimirum floreſcit, & decidit, quod deſumptum creditur ex ſacra Ionę hiſtoria, quando hædera, ſub qua ille, aruit citiſſimè. Cæleſtium verò, ac æternorum ſymbolum eſt, circulus, in medio cuius luna; per illum enim Deum, & Act. c. 9 a.b. Ion. c. 4. b. c. Valerian. lib. 39 c. Æternen lib. 44. c.

C per iſtam intellexere æternitatem, quoniam, & ſi declinari videtur, tamen ſemper innouatur, ſingulis videlicet menſibus. cui hieroglyphico ſymbolo appoſuere pro titulo, quaſi vt Impreſiam efficerent. *Imperpetuitates*. Similia, & maiora quidem vocatis ſuis Chriſtus promittit, & ſequentibus elargitur. Æterna. de luna.

Quamobrem ſollicitè vocanti auxilioque danti, poſt eum conſurgendi, citò pareamus, vt promiſſa eius æterna conſequi valeamus. Conſideretur quæſo, huic faciens propoſito, illud Diui Matthæi vigeſimo de Patre familias in vineam ſuam operarios mittente. *Ite, & vos*, ait, *in vineam meam, & quod iuſtum fuerit, dabo vobis &c.* Vbi duo dixiſſe notandum, quod illi ſuam in vineam ad laborandum irent, & quod iuſtum ſe daturum promiſit. Illi vocationem, miſſionem non deſpexere; ſed citò ad opus, quo directi, pergentes, præmia largitoris obtinuere. Quòd per Patrem familias Deus ipſe ea ſub parabola intelligatur, omnes ibi Gloſſę fatentur, præcipuèque ordinaria inquit. *Pater familias conditor, qui poſſidet electos in mundo, vt Dominus ſubditos in domo*. Miſit eos in vineam ſuam quos? in quamnam vineam ſuam? nonne vniuerſorum Dominus? maximè, at præcipua poſſeſſione iucunda, intelligi poteſt Eccleſia Catholica, quam ſuo ſanguine fuſo Chriſtus ſibi parauit, & formoſam reddidit. Quos vero in eam miſerit operarios, ſi queratur? poſſe reſpondi videtur, nedum Eccleſiaſticos, verum etiam, & omnes ipſos fideles operaturos pro ſua, Matt. c. 20. a. b. Ordin.

Digitized by Google

proximique anima in Domini vinea, rectitudine verborum, & bonitate operum. qui namque bene non operantur, non in vinea Domini, ſed Diaboli potius operari dicuntur, cum non ad Paradiſi, ſed ad Inferni lucrum cooperantes faciant. *Non enim qui operantur iniquitatem; in vijs eius ambulauerunt.* Sed in viis vineę Dæmonis. Benè autem in vinea Domini operantibus magna promittitur merces, & iuſta quoniam ex conuentione, & promiſſione facta. De qua Sanctus Gregorius. *Promiſſio, ait, eſt vitę ęternę pro labore.* Eoque denario eſſentiale gaudium intelligunt. Vocantem nos Dominum largitorem optimum continuò, quibuſque impedientibus deſertis ſequamur, & æterna eius promiſſa conſequemur. Quiſque fidelis bonorum verborum hamo, rectorum operum rethe fit hominum piſcator, & ætemę mercedis promiſſę conſecutor.

Pſal. 118.

D. Gregor. in homil.

Vocanti, adiuuanti nos Domino nulla interpoſita mora conſenſum præbeamus, bonum operemur, vt iuſtificati ſaluemur. Non nego noſtram naturam eſſe Angelica tardiorem ad optemperandum iubenti facienda Domino, ſed prę viribus Angelorum ad id celeritatem imitari curamus. Conſideranda in propoſitum diuina Geneſis ſcriptura hæc. In mundi exordio Deus fieri lucem iuſſit, & mox illa facta fuit. *Fiat lux, ait, & facta eſt lux.* Idem quoque Deus de firmamento faciendo dixit, & non ſequitur ibi ſubito factum fuiſſe; ſed ſingulariter notatur ab ipſo Deo factum inde. *Dixit quoque Deus, fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Dominus firmamentum.* Quare huiuſmodi differentia? numquid aliqua ſine ratione, præſertim morali? Diuus Pater Auguſtinus in Geneſim ad literam inquit, eam per lucem facile intelligi etiam poſſe naturam cæleſtem, & Angelicam ſubſtantiam, ad motum faciliorem; per firmamentum verò naturam tardiorem, vt noſtram, & aliam. *Facta eſt, ait, lux, id eſt natura Angelica, & cæleſtis ſubſtantia. & fecit Deus firmamentum, vt intelligamus iſtas naturas ad deſi[illegible]ndum pronas, & ad obediendum minus aptas.* Vultis vos aſſimilari Angelis, fieri vt in Cælo Angeli? eſtote ſolliciti ad obediendum Dominicę voci.

Gen. c. 1. a. b

Ibidem.

D. Aug. in Gen. ad liter. lib. 1. c. 3. 4. 5.

Hinc & Diuus Dionyſius Areopagita rationem inueſtigans, & reddens, quare Angeli pingantur nudis pedibus, & alati, ait, vt indicentur magno affectu, & ſummo ſtudio parati, ſolliciti ad obediendum Dominicę voluntati. Immo & nos quotidie dicimus in oratione Dominica ipſi Deo Patri. *Fiat voluntas tua ſicut in Cælo, & in terra.* Sed quomodo illa fit in Cælo? ſanè quoniam Altiſſimi laudes continuò concinnuntur, & illi ſpiritus Angelici ſunt parati ad capeſſenda, facienda iuſſa Dei, ad deſcendendum expediti ad noſtram directionem, & cuſtodiam. Hac quoque de cauſa ſummus Sacerdos olim cum ſanctuariū Domini ingrederetur ſolemnibus veſtimentis amictus, de pedum eius ornamento nulla prorſus habetur mentio, benè tamen de aliorum membrorum illius. Ex quo colligitur, quod nudis pedibus illuc ingrediebatur. Sed quare ſic Domino Deo corā diſcalciatus? D. Gregorius Niſſenus in vita Moyſis id examinans, & bellè reſpondens, inquit. *Ita Sacerdoti veſtito nullum calceamentum imponitur, ne tardus ſit ad currendum.* Nempe ad faciendam Domini Dei voluntatem, ad eius mandatorum exequutionem. Hæc diu perpendant fideles vniuerſi, vt ſint ad obtemperandum Domino quotidie magis ſolliciti.

D. Dion. de celeſti Hierar.

Orat. Domin.

D. Greg. Niſſen. in vita Moyſ.

PARAPHRASES, ET MORALES CONSIDERATIONES

In huius Diei Euangelium hoc.

In illo tempore. Ambulans Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, &c.

Matt. c. 4. d.

A NON eſt ſilentio prætereundum, quo tempore ea dicta, geſtaque fuere. ſi ſupra textus Euangelicus legatur, clarè conſpicietur, quod tunc ipſe Dominus ad pænitentiam homines hortabatur, aſſerendo eis Regnum Dei appropinquare, & idcircò operæpretium eſſe pænitentiam agere. *Pænitentiam agite*, aiebat, *agite, appropinquabit enim Regnum Cælorum.* O monumentum verè animaduerſione quàm dignum, ac ſi dicatur: qui volunt hic Domini gratia dignari, & inde gloria coronari, quibus iure Regnum Dei datur intelligi, neceſſum eſt vt pænitentiam agant, nam niſi pænitentibus ea conferuntur. Quibus ille dictis, Petrum, & Andream intuendo vocauit, quos agnouerat humiles, probos, pænitentes. *Et ponam eam in poſſeſſionem ericij, & in paludes aquarum.* Ita legitur apud Iſaiam Prophetam. Scio vtique id hiſtoricè dictum à Domino de Babylone circumuallanda ſpinarum, & aquarum afflictionibus, vel vt conſumeretur, vel demum vt volentes eam comprehendere conficerentur dolore. attamen non dedeceat id etiam exponere intelligendum, de Regno Cælorum, de gratia modo hic, & gloria deinde conferenda. Hanc expectantes appropinquare, optantes acquirere, neceſſum pænitentiæ aquis, per ignem, & aquam tranſire, ac huiuſmodi ſpinarum amaritudinem ſentire; ſicut enim caſtanea dumoſis corticibus conuoluta producitur, & eiuſdem non nimis animal quoddam exortum ſimiliter ſpinulis communitur; ita ſuo morali modo gratia hic Domini & gloria inde alibi aquirenda, in ſpinarum, & pænitentialium aquarum inuolucris prius poſita conſideratur. Agamus igitur pænitentiam, vt appropinquatum iam Dei Regnum, Deo ipſo vocante, adiuuante valeamus obtinere, benè pænitentes, & aduerſa quæque æquanimiter tolerantes, ob Ieſu Chriſti amorem, & ipſius Regni cæleſtis acquiſitionem. Ibidem. Iſa c. 14. f. Simile. B

Memoriæ quæſo, reuocetur illud Eliæ Prophetæ, qui Domino ſacrificium oblaturus, & vt ignis ad illud ſuccendendum, ad deuorandum deſcenderet, rogaturus, altare prius aquis madere bis, atque iterum fecit, adeo vt decurrentibus circum riuulis, ibi foſſa multis repleretur aquis; & mox deſcendens, ac appropians ignis holocauſtum conſumpſit. *Et currebant aquæ circum altare, & foſſa aquæductus repleta eſt.* Holocauſti altare, ipſumque holocauſtum, cor noſtrum, cui appropinquabit Regnum Dei, nempe ignis ſanctæ iuſtificationis deſcendet in ipſum, at neceſſum irrigetur vndique aquis pænitentiæ, vt optimum fiat ſacrificium, & eleuetur in Dei omnipotentis Regnum. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Anima, quæ pænitentialibus aquis circumuallatur 3. Reg cap. 18. f. Pſal. 107.

uallatur, & ignis ſanctę iuſtificationis ſuccenditur in Regnum Dei transfertur, D
ſublcuatur, immo, & Regnum ipſum Dei, poſſeſſio eius efficitur.

Cum Cyrus Perſarum Rex quamdam Creſi Ciuitatem, licet aquarum Ca-
nalibus vallatam iure belli comprehendiſſet, igne ſuccendi iuſſit, & Creſo ait;
Juſtin. Hiſt. lib. 1. nonne vides quid iſti tuę faciunt Ciuitati? cui mox Creſus. *Immo tuę, non vlte-
rius meę id efficiunt Ciuitati*. Anima igitur noſtra pænitentię aquis rigetur, vt igne
ſanctę iuſtificationis, ac Ieſu Chriſti dilectionis ſuccendatur, cui propterea
nedum appropinquabit Regnum Dei, ſed ipſa ipſius Regnum efficietur. quod
attendens, & fatiſcens Sanctus Ioannes in Apocalypſi ſua inquit Domino. *Et*
Apoc. c. 5. c. *feciſti nos Deo noſtro Regnum, & ſacerdotes, & Regnabimus*. At non Regnum, ſed Do
minus Regni dominatur, quomodo ergo ſe dixit Regnum, & regnaturos?
quoniam fideles Domini ſunt eius poſſeſſio, hereditas, Regnum, & glorioſi
perpetuò regnabunt. Hoc Regnum Iudęis appropinquabat, quibus, & Do-
minus pænitentiam ſuadendo prædicabat.

Ambulans Ieſus &c. Ibat quæritans, & vocans quos elegerat congregandos
ad ſuę Sanctę Eccleſię conſtructionem, & integritatem. Deſtructis poſt bel
la Ciuitatibus, & conſumptis exercitibus, ducū quis eos, qui ſuperſtites reman
Simile. ſerant, militumque reliquias illius, vel huius Ciuitatis, huc, atque illuc com
migrando quærit, vt ſimul in vnum congreget, & Ciuitatem, & Ciuium vni-
tatem iterum conſtruat. Magnum inierat bellum Diabolus Synagogam Iu-
dæorum aduerſus, & parta victoria, fermè deſtructa eorum Ieroſolyma, im- E
mo, & orbe viuentium vniuerſo, præſertim quo ad fidelem, & ſpiritualem
hominum vitam, & conſeruationem, ad nihilum tendebatur. Quando ecce
Chriſtus Dominus, ducum ſummus, qui vt nouam conderet Ciuitatem ſuam
Ieruſalem alteram, Sanctam Eccleſiam, ambulans, quærebat ad reperire, & A
in vnum ad ſui ſequelam congregare eorum nonnullos, qui ſupererant, vidit
que duos fratres, Petrum, ac eius fratrem Andream, & vocauit eos. *Aedificans*
Pſal. 145. *Ieruſalem Dominus, diſperſiones Iſraclis congregabit*. Ita teſtatum reliquit, qui ea præ-
uidens adnotauit. Quemadmodum & Lapicida ſtatuarius ambulans in via,
vel per lapidum marmoreorum loca, quæritando apta ad formoſas ſtatuas cō
Simile. ficiendas ſaxa intuens aliqua ſecundum voluntatē ſuam intra ſe ait. O quam
bellè ex hoc Apoſtoli, ex illo Martyris, ex iſto Virginis, ex alio aliam imagi-
nem pulchram formabo! Ita & Chriſtus Dominus ſuo quidem omnipoten-
ti modo, ambulans iuxta mare illud, quærebat quos conuerteret in Apoſto-
Iob. c. 28. b. los, Martyres, ac alios fideles ſuos. *In petris riuos excidit, & omne perfectum vidit*
oculus eius. Benè ait, in petris, quoniam Simonem vocauit Petrum, & excidit
riuulos lacrymarum, atque ſanguinum in ſuis fidelibus factis riuulis talibus ex
pænitentia, anguſtia, ob Ieſu Chriſti amorem, & conſtantiam fidelem.

Iuxta mare Galileę. Quę apud Latinos ſonat Rota. Quaſi diceretur, Domi-
num ambulaſſe in hac huius mundi Rota, ſphera actiuorum, & paſſiuorum
vbi ſponte, atque libenter multa faceret, patereturque ſuis pro electis. Et F
benè iuxta mare, quaſi nolet videri ab oculis hominum, ni magna quidem a-
maritudine refertum. Conſiderans Venerabilis Beda illam Iacob Patriarchę
Gen. c. 32. f. nocturnam luctam, aſſerit fuiſſe Dei verbum, quod cum eo luctabatur, nem
pe in ſpecie, & ſimilitudine humana, ſed ſibi bellè inquirenti, quare petierat
dimitti, aurora cum aſcenderet? notabili reſponſione ſatisfacit, dicens. *Quia*
Ven. Beda. *erubuit videri in corpore non plagato*. Verè dictu mirabile ad indicandum, quàm li-
benter Dominus pro nobis appeteret pati, mori, atque ab hominibus ſic vi-
deri, potius videlicet plagis oneratus, quàm hic ſplendore refertus. Hinc &
nos diſcamus, Dominum magno teneri deſiderio, ac voluntate, vt eius dirę
paſſionis memoriam corde conſeruemus, atque talem oculis etiam corpo-
ris attendamus imaginem. Sæpius ego mente reuolui, quare catholici Con
cionatores verbi Dei, ſicut per totum Quadrageſimę curſum Sanctiſſimi Cru
cifixi imaginem à latere dextro ſuper Pulpito intuentur, cur poſt, nimirum
feſtis Paſcalibus, eodem in loco rediuiui Domini figuram poni non curant?
Sanctaque Eccleſia eo non vtitur more? & quidem ea creditur eſſe ratio, quo
niam Chriſtus benedictus pergratum à nobis habet ſanctam ſuę paſſionis re-
cordationem conſeruari, & frequenter cordibus noſtris peruolui, in eius amo
ris erga nos memoriam.

Magnum

Digitized by Google

A Magnum quippe quod admonitione dignum. Quiſque noſtrũ optime tenet Cælum eſſe cuiuſque verę iucunditatis locum, & quidem in perpetuum; vbi enim ſummę felicitatis Auctor, & impertitor, ibi nullius perturbationis pauor ibi perhennis exultationis æterna poſſeſſio, & mæſtitię, ac ægritudinis nulla occaſio. Attamen Sanctus Euangeliſta Ioannes ſua in Apocalypſi narrat Cælum oſtenſum ſibi apertum, & ibi vidiſſe Agnum Dei velut occiſum *Et vidi, & ecce in medio Throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum Agnum ſtantem tamquam occiſum.* Perquem dubio procul Dei filius intelligitur; ſed quare Domine Deus, ea ſimilitudine, ac figura præſentatus? & non potius exultans lætita, triumphanſque gloria? Agnus vtique occiſus in terris, glorioſus vero in Cælis. Verum ita, vt intelligi detur, quam ipſe Deus omnipotens trinus, & vnus ſummopere delectetur, vt vbique locorum Ieſu Chriſti pro nobis paſſi & mortui memoria celebretur, adeo vt etiam in Cælis ita decantetur. Quanto igitur magis hoc ipſum in terris pietate cordis, deuotioneque mentis frequentandum nobis? — Apoc c. 5. b.

Murmuranti Iudę proditori de Magdalena euertente pretioſũ vnguentũ deuotiõis, ac pietatis cauſa ſuper caput Dñi, mox ipſemet Dñs illũ accuſans & eã belle excuſans, ſeu potius pie laudans, ait. *Sine illã, vt in diẽ ſepulturę meę, ſeruet illud.* Sed ſic iam effundit, quomodo in illius ſepulturę diem effundendum ſeruauit? profectò actu ipſo peregit ſic, ſed intentione, ac pietate velut in diem Domi- — Ioan. c. 12. b

B nicę ſepulturę, quod prædocta fortè potuit intelligere. Qua de re Gloſſa Interlinearis ita. *Vt ſi non re, tamen deuotione poſt mortem meam id preſtet.* Clarius autem id totum dixit Euangeliſta Marcus ita. *Quod habuit hæc fecit, præuenit vngere caput meum in ſepulturam.* Sancto edocta ſpiritu anticipatiuè fecit, quod inde cupiebat efficere Dominum videlicet ſuum ita condire mortuum, ſed excogitans id forte ſibi difficile, vel impoſſibile tunc, ne ue caſſum faceret, quod exoptarat, ſuper viuum effudit. Vbi Ordinaria inquit. *Dimittenda eſt nunc facere, quod tunc feciſſet, ſi poſſet.* Quinimmo Dominus ſe ipſum, & Magdalenam à calumniis, ac maledicentiis Iudę iis verbis exemiſſe videtur. Ac ſi proditor exiſtimaſſet, dixiſſetque id peractum cauſa delitiarum. Quod ægre ferens ſanctiſſimus Reparator, impeccabilis, peccatorum conſummationem facturus ait, id factum in ſuę mortis, & ſepulturę memoriam. Proinde ſi obloquenti dixiſſet, quouſque honor meus, & mulieris illius verè pænitentis proſtituitur? Item annuit Dominus ſibi periucundum fore, vt ſic fideles condiant ſuam paſſionem, & ſepulturam optimo meditationis, & pietatis vnguento. *Trahe me, poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* O quam ſuauis Ieſu Chriſti Crucifixi odor! vtinam cum Sancto Apoſtolo dicere valeamus, nos eſſe bonum vbique locorum Ieſu Chriſti odorem. — Interl. — Marc c. 14 b. — Ordin. — Cant. c. 1 a. — 3. Corinth. c. 2. d.

Vidit duos fratres. Lætamini in Domino, & exultate ò boni viri, quoniam illius proſpicere vos, optimum eſt ſignum, velle videlicet vlterius proſequi in

C factione, ac donatione boni. Phraſis eſt diuini eloquii, iuxta illud Geneſis. *Et vidit Deus, quod eſſet bonum, & ait, fiat, germinet, &c.* Vt quid dicere Dominum vidiſſe, quod fecerat eſſe bonum? Optime namque ille tenebat, quale quid eſſet, quod patrarat; & niſi omninò bonum de manu Domini Dei poterat confici. Verùm ita ſcriptum, vt intelligi detur, Dei videri eſſe quoddam velle proſequi in largitione boni; non enim, ſat dicit, bis, atque iterum conferre nobis bonum, ſed pluries multiplicat vices, & actus ſuis bona elargiendo fidelibus. *Manus illius tornatiles aureę, plenę hyacinthis.* Tornus eſt ligno, ſiue, ferro confectus. Ab eo autem, quod diſponitur aurum torno, cadunt aurea hinc inde fragmenta. Ecce Domini Tornus, Cruce, Clauis, hunc confectus ſuper illum Dominus peractus, crucifixus, multipliciter ſuper nos ſua emiſit pretioſa, *Multiplicaſti ſuper nos miſericordiam tuam Deus.* Effectus hi ſunt miſerationis diuinæ, nos videre, noſtras neceſſitates, ac miſerias inſpicere, & mox ſuccurrendo ſuam ſuper nos miſericordiam multipliciter impertire. — Gen c. 1. b. c. — Dub. — Solut. — Cant. c. 5. d. — Pſal. 35.

Videre autem hominum, eſt, ſeu dicit velle proſequi vlteriùs ad patrandũ quandoque malum. Prout de prima muliere illa diuinum eiuſdem Geneſis eloquium ſic habet. *Vidit igitur mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, &c.* Si oculorum eſt cernere, non de verò, vel falſo; non de bono, vel malo, verùm de colore, de figura deformi, vel — Gen. c. 3. b.

formoſa

formoſa tantum, quomodo dicitur illam vidiſſe ad comedendum illud eſſe bonum? ibi profectò accipitur vidiſſe pro conſideraſſe ex Dæmonis ſuaſione & ſua inani concupiſcentia, illud comendando ſibi profuturum, ſic videndò male ratiocinata, comedere decreuit, accepit, comedit, delictum actu ſic conſumando, & huiuſmodi tranſgreſſionem coniugi ſuadendo, eius illud videre, fuit concupiſcere, & mala proſequens intentione, plus amiſit, quàm acquiſierat; accepit, comedit viſibile pomũ, & amiſit quod habebat ſpirituale bonum. De qua Diuus Gregorius ita. *Concupiſcens viſibilia, inuiſibiles amiſit virtutes*. Deus autem nos intuendo, ſequitur munerando nos maiori bono. Homo aſpicit, vt plurimum, vt efficiat malum. Imitemur nos Dominum, & intueamur etiam temporalia ad multiplicandum in dies magis bonum. Sed bene cauendum in intuitione temporalium, nam illa proſpexit pulchrum oculis, & vetitum appetens defecit. Pulchra hæc vix vi tranſeundo intuenda, ſed animus firmandus in ſpiritualium formoſitate, quibus animę decorantur caducis verò deturpantur nimirum in concupiſcentia eorum. D

D.Greg.

Vidit duos fratres. Domini Dei videre, & ſuo modo conſiderare de hominũ bonis, vel malis meritis; ad hos præmijs donandos, ſupplicijs verò illos. Cui propterea Dauid. *Veruntamen oculis tuis conſiderabis, & retributionem peccatorum videbis*. Inſurgit verò vt ſupra dubitatio. Mentis eſt conſiderare, oculorum autem videre, quomodo igitur oculis Dauid conſiderationem tribuit? ſenſus poſſe talis eſſe videtur. Oculis videlicet ſigna dabis magna excogitare intus mente pro hominum ſalute. Adagium apud Aulum Gellium eſt tale. *Aliud agit*. Dicebant ſi quando videbant hominem attonitos oculos habentem, ſiue ſtantem, ſiue deambulantem, alta mente reuoluere ſic oculis ſigna dantem. Similia ſuo modo dicantur de Chriſto Domino illac ambulante. In eius alta mente repoſitum manebat, voluebatur iudicium eorum, de iis videlicet quid agendum ſanè mirandum decreuerat. Cui quidem propoſito haud minus facit illud eiuſdem Vatis. *Palpebrę eius*, ait, *interrogant filios hominum*. Bone Deus, ſi voce oris eſt interrogare, quando quid hominibus neceſſe, quomodo oculorum palpebris interrogare diceris? Sanè quoniam tanta in Domini proſpectu eſt virtus, vt omnium ſenſuum eius, noſtro intelligendi modo vicem gerat, officioque fungatur intuitus eius ad miſerendum, & ſuccurrendum nobis, vtcumque neceſſitatem patientibus. Vidit duos fratres illos vocauit eos, & euntes, eumque expedita celeritate ſequentes ſuos Apoſtolos effecit. Reſpice Domine ſuper nos, vt & ſalutaria in nobis operari digneris E

Pſal. 90.

Aul. Gell. Noct. Attic. lib.

Pſal. 10.

Vidit duos fratres. O quam bonum, & quam iucundum inſpici ab oculis Domini! eius ſuper nos proſpicere, eſt velle nobis miſeris opẽ ferre. Reſpiciat ſuper nos Dominus, & ſalui erimus; nam Domini proſpectus eſt hominis ſalus: non timeo aſſerere ſat quidem eſſe Dominum ſuper nos aſpicere; non enim id ego imaginor, ſed cum Dauide Propheta ſic deprecor. *Deus, Deus meus, reſpice in me, quare me dereliquiſti*. Ergo quoniam ab eo non te proſpectum credis, ideo te derelictum arbitraris? & ab eo dum inſpectum putas, te ſic adiutum, ac liberatum indicas? maxime. Solum vt Dominus aſpiciat, precaris? ita, & non petis, vt opem ferat, & auxilium? ſat adiudicatur, vt ſuper nos ipſe miſericordes oculos aperire dignetur. Non enim egenos aſpicit, & terga eos deſerendo, vertit, ſed intuetur, & copioſe miſeretur, & iterum in propoſito ſic diuinum eloquium Domino *Aperi oculos, & vide tribulationem noſtram*. excerpta ſententia, ex Baruch Propheta. Sed quid ab Eccleſia quæritur? quid à Propheta expetitur? dumtaxat, vt Dominus oculos aperiat, & eorum tribulationem aſpiciat? tantum id; non enim Domini eſt ſuorum afflictiones videre, & eos in illis deſerere. Rogetur itaque, vt dignetur intueri, & non dubito quin ipſe pius miſereatur noſtri. Reſpice in me Domine dum tribulor, & de periculis cunctis liberabor. F

Pſal. 21.

Reſp. fer. 3. Domin. 1. Octobr.

Baruch. cap. 3. d.

Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream. Notandum quod Simon interpretatur obediens, Petrus agnoſcens, & Andreas reſpondens, hos Chriſtus Dominus priores ſic Iudex voluit, atque poſt ſe profecturos vocauit, ſane vt diſcamus, quales oporteat eſſe facile ſpectantes ad Domini ſequelam, & ad ſalutem propriam. Qua de re Sanctus Vates Pſalmigerus. *Nos autem*, ait, *populus eius, & oues paſcuę eius*. Maioris profectò conditionis eſt populus nimirum rationalis,

Pſal. 94.

Digitized by Google

A tionalis, quàm ouium grex; ſicut homo nobilitate, dignitate, perfectione cunctis terrę animalibus longe præſtat. Cum ergo Plates prius dixiſſet, Iudæos tunc temporis, & ſe cum eis eſſe populum Dei omnipotentis fidelem, dilectum, vt quid addere, quod inferius, atque vilius eſt. *Et oues paſcue eius.* Quoniam ad eſſe populum Dei, ſequitur, vt quoque vigeat humilitate, ac obedientia, quę ouium, atque agnorum proprium eſſe videtur, mox paſtorũ etiam ſibillo obedientium. Hos Chriſtus Dominus elegit, & vocauit, quos humiles, & ad obediendum ſibi faciliimos agnouit, eiſque magna contulit. Conſideratione dignum quod apud Ioannem Euangeliſtam eius in Apocalypſi legitur hoc. *Et qui loquebatur*, ait, *mecum habebat menſuram arundineam auream, vt metiretur Ciuitatem, & portas eius.* Sed cur potius ei arundo, quam alterius ligni ſimilitudo, puta baculus Cypreſſinus, Cedrinus, Amigdalinus, vel ſimilis alius? numquid vt deferenti minoris eſſet oneris, ne ferens laxaretur? non ita quoniam ille Dei filius, vel Dei Angelus erat, cui puro ſpiritui onera grauia profectò nulla; ſed vt intelligi detur, quod Deus maxime delectatur talibus, facile ad ſe humiliandum, & Domino obtemperandum, velut arundine flectentibus. Ideòque Chriſtus benedictus hos priores ad Apoſtolatus munera vocare dignatus.

Dub. — Solut. — Apocal. cap. 21. d.

Arundineus verò baculus ille aureus erat, quo Angelus vtebatur ad Ciuitatis Sanctę Ieruſalem, & portarum eius ſectiuum, quoniam præfatis ſimiles B in manu Domini ſunt præcipue. Hinc & Chriſtus noſter benedictus Reparationem faciens loco Sceptri Regij; baculum arundineum ſibi voluit in manibus dari, ac ſi dixiſſet, ſimiles ad flectendum, faciles, mecum fero ad Ciuitatem ſupernorum, qui & aurei dicuntur ob latrię cultum erga ipſum Dominũ. Pro menſura Ciuitatis Ieruſalem cæleſtis, & portarum eius, proinde ſi vellet ille Angelus menſurare, quantę altitudinis oporteat eos eſſe, qui illuc aſcendere, & per portas illius Ciuitatis intrare prætendunt; nam ſi nimis eleuati, collo extenti, non flectentes illuc ingredi non poterunt. Quantę autem humilis proceritatis eſſe requirantur. Audi Dominum, dicentem hoc ipſum. *Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in Regnum Cælorum.* Pueros namque inuenies probos humiles, ad obtemperandum faciles, mox voci vocantis reſpondentes; ſed ait opus eſſe prius conuerti, nam niſi fideliter de peccato ad Dominum conuerſis humilitas, & obedientia eſt inanis, & caſſa. Quod ſi obiicias, dixiſſe alibi Dominum, quicumque fecerit, atque docuerit ita, fore hunc magnum eſſe in Regno Cælorum, nulla ibi habita conſideratione, ſiue mentione de obedientia, & humilitate; reſpondetur intelligendum, vtique illum fore in Cælo magnum, qui opera fidelia fecit, ac docuit præcipue exemplo humilitatis, obedientię, atque celeritatis ad reſpondendum voci ſanctè vocantis. Hic paruulus, ibi magnus: hic humilis, ibi eleuatus.

Matt. c. 27 c. — Marc. c. 15 b — Matt. c. 18 a. — Matt. c. 5. c.

Simonem Petrum, & Ioannem. Viros voci vocantis Sanctiſſimi reſpondere faC ciles. hos Dominus exquirit, & cæteros excellentiores facit. Cui ſanè propoſito congruit illud Domini Dei ad Abraham, dicentis. *Faciamque te in gentem magnam.* Et quid ſibi, vult iſte dicendi modus? quid facturus erat eum Dominus? videbatur potius dicendum. faciam te inter gentes magnum. quem inde verè fecit ſuum Patriarcham eximium. Sed aliquod ibi verbum deſiderari videtur. proinde ſi dixiſſet. faciam te Patrem multarum gentium. prout, & alibi Dominus ei. *Multiplicabo*, ait, *ſemen tuum ſicut ſtellas Cæli, & velut arenam, quę eſt in litore maris.* At ſenſus moralis præfatę Domini ſententię ad Abraham eſſe poſſe videtur. faciam te magnum, ſpectabilem, imitatione dignum, cunctis attendendum propter fidelis obedientię exemplum, & celeris auditus ad obediendum ſicut, & de Mardochæo legitur, qui ob fidelitatem ſuum erga Regem, ſuper ſella, equoque Regio per ciuitatem ducebatur, cunctis admirandus, ſpectabilis exemplum fidelitatis. Sic, ſic Abraham, & Deo coram, & hominibus. Cui cælitus iterum ibi. *Quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicens, benedicam tibi, &c.* Quamnam rem fecit? & ſi natum occidendum non occidit, quomodo ei non pepercit? paratus erat eum ſacrificare, ſed voluit eum dominus præpedire. Sat fuit Domino promptitudinem voluntatis, & celeris exequutionis intueri. Hinc diſcendum, voluntatem non priuari meritis, atque premiis, & ſi præpediatur ab exequutione

Gen. c. 12. a. — Gen. c. 16. a. — Heſter. cap. 6. b. — vbi ſupr.

Q operis.

operis. Sed quamnam rem peregit? in auditu auris celerrimus ad morem ge- D
rendum Dominicę voluntati fuit. Quod Domino ſummopere placuit; vt
Abraham magis voluntatem ſuam, quam carnem alienam immolaret. *Obe-
dientia victimis iurè præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientia verò voluntas*
Diu. Greg. Moral. lib. 35 *mactatur.* Ita Diuus Gregorius in illud primi Regum. Melior eſt obedientia,
quàm victimę, ſcripſit.

Mittentes rete in mare. Semper eſt Dominus noſtra celeritate ad bonum facien-
dum delectatus, Iccirco, & pietate ſua hos priores eligere voluit, quos cete-
ris ad opus ſuum celeriores vidit, vbi, & de quibus Diuus Chryſoſtomus ait.
D. Chryſoſt. *Chriſti fuit hoc diudicare; hos primos velociores ad prædicandum, fortè quia mittebant retia in
mare; alios autem pigriores, quia retia componebant.* Ad bonum opus peragendum
dato tempore non procraſtinandum. Optima ratione gloriabatur Rex ille
Dauid, ſibi videlicet datos à Domino ceruinos ad celeriter fugiendum occa-
Pſal. 17. ſiones malorum, ad faciendumque Domini iuſſu bonum pedes. *Qui perfecit,*
ait, *pedes meos tamquam ceruorum, & ſuper excelſa ſtatuens me.* Sed numquid tanquam
dicuntur perfici pedes quando ad fugiendum ad currendum, & non ad bene
ſtandum, ad beneque calceandum? dumtaxat ad velociter ſic, inſtar Cerui,
currendum; non enim mora ad rectè obtemperandum facienda, nec otioſi-
Gloſſ. Moral. tas admittenda. *Ceruorum, ideſt, Apoſtolorum, qui fuerunt valde veloces ad diſcurren-
dum pro prædicatione Euangelij vniuerſum per orbem.* Ita Moralis Gloſſa notauit. Ve-
rum non ſat Dauidi fuit illud, vt vlterius alas columbę ſibi præcaretur dari? E
Pſal. 54. *Quis dabit mihi*, ait, *pennas columbę, volabo, & requieſcam?* Hinc eſt conſiderandum
quanta fuga ad fugiendum malum, quantaque celeritas ad faciendum bonũ,
neceſſaria. Nec aliter poſſe bene quieſcere adiudicauit Vates ille. *Volabo*, ait
Titel. in adn. eiuſd. Pſal. Titelmanus, *ad Chriſti latibulum, & abſconſionem.* Vt ei quàm citiùs videlicet mo-
rem geram, ſicut velociſſimi volatus eſt Columba. Pedes quoniam ambula-
mus in terris; alas quia mouemur per aerem. Non petit velocitatem piſciũ
aquam inhabitantium, nam non noſtra eſt habitatio illa; ſed ſuper terram, &
Alex. Alenſ. per aerem noſtrum ambulare. Ceruorum pedes ad currendum Domini man-
datorum, non delictorum viam, ſuper cacumina montium quo infirmi mol-
les luxuriantes conſcendere nequeunt. Sed ſuperius vir ille alis columbę cu-
piebat peruenire, nimirum ſuper montes cælorum ad Angelos, ad ipſũ Deũ,
vt poſſet conquieſcere demum.

Mittentes retia in mare. Hos Dominus priores elegit, quos expeditiores inue-
nit. Non percunctandum vbi occaſio boni exquirit adimpleri, qui vult ergo
ſanari, & ad ſequelam Domini, quam citius adaptari, ſtudeat celeritate vti,
ad exequutionem boni; nam periculum in mora, & ſollecitudo neceſſaria.
In memoriam, quæſo, veniat illud Euangelii. Ad Natatoriam, illis in clau-
ſtris, circum quam plurimi iacebant languentes viri, cupientes, & exquiren-
tes ſanari, ea occaſione data, aquarum motione per Angelum Domini facta
Sed num deſcendere affectabant, nitebanturque plurimi? maximè. Verum B
quot, quis eorum ſanabatur? vnus tantum, qui prior iis infunderetur aquis.
Ioann. c. 5. a. b. *Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquę ſanus fiebat à quacunque infirmitate deti-
nebatur.* O mirandum celeritatis munimentum ad obtinenda quæque iuſta
mentis optata! id quoque prænoſcens Rex Pſalmigerus Vates Domino Deo
Pſal. 87. ait. *Et ego ad te Domine clamaui, & oratio mea præueniet te.* Et quid ais, ò mi Rex, nũ-
quid tu ſollicitior Deo? numquid ipſe, te orante, dormitat? illum tuo clamo-
re excitabis? non ita, ſed huius ſcripturę ſenſus moralis eſt. Oratio mea ce-
lerius ad te, quam aliorum multæ perueniet exaudienda, quoniam citò, me-
dia nocte facta, quo celerior igitur homo ad orandum, ad obediendum, eo
facilior ad conſequendum.

Vocauit eos. Dominorum quis videns, vndique ruinam intentare, quod ipſe
olim condiderat palatium, mox miſſo Architecto optimo, conſtructores, &
magiſtros murarios vocante, ſubſtentacula, ſiue cantheriolos apponit, & refi-
Simile. cere omni conatu induſtrioſo optima materia nititur. Totius orbis conditor
Deus attendens hoc idem huius mundi palatium optime quidem peractum,
ſed dilabi ob delicta hominum, iis à præcepto recedentibus, brutis rebellanti-
bus, elementis nocentibus, Cælo hæc deuaſtante fulminibus; diuinum miſit
Architectum, eumdemmet conditorem filium ſuum ad orbis reparationem.

qui

A qui viſis videndis, & cunctis experientia ipſa cognitis, ſimplices viros, laboratores operi paratos vocauit, aptos effecit, & ad ſuum opus intentum direxit. Prius tamen poſito Crucis ſuę ſubſtentaculo, ne rueret interim orbis. *Tigna domorum noſtrorum cedrina, laquearia noſtra cipreſſina*. Nimirum, vt ait Lyranus, ſuę Sanctę Crucis lignum erexit, ad cuius ſummitatem ipſe ſe, vt firmitate, atque ſecuritate ſtabiliretur, poſuit, & modo ambulans iuxta mare Galileę, videns duos fratres, indeque alios, vocauit eos, & magiſtros operis, vt vſque ad finem vitę ſuę non declinarent à labore, donec ſuum, ad quod electi, integraretur, confirmareturque opus, nempe, quam facere intendebat, orbis reparationem, effecit. Cant c.1.c.d Ly.an.

Erant enim piſcatores. Ad huiuſmodi tamen opus quàm egregium noluit eligere, admittereque operarios Reges in ſæculo dominantes, philoſophos, mundi ſapientes, atque ſimiles, ne ſuę doctrinę, ac prudentię ea omnia arrogarent facta, ſanè vt mundi ſapientia confunderetur, & humilitas neceſſaria extolleretur, & nemo exiſtimaret ſe aliquid eſſe, niſi ex Domini bonitate, & electione, qua de re Sanctus Pater Auguſtinus ait. *Non enim elegit Reges, aut Senatores, aut Philoſophos, aut Oratores; immo elegit plebeios, pauperes, & indoctos piſcatores*. Inſignibus viris fortitudine, atque doctrina vigebat ſinagoga, quando Rege primo gubernari magno ſtudio petiit, & Deus filium Cis, nomine Saul Aſinarum ductorem dedit eis in Regem. Alterum verò Regem, nempe ſecundum dedit Danidem Ieſſe filium paſtorem ouium, de poſt fetantes mox vocatum. Sanè vt intelligi daretur, Dominum fuiſſe factorem, electorem eorum. Diu. Auguſt. ſerm. chalen. Ianuar 1. Reg. c. 10. a. & c. 16. c.

B

Et viri Siculi cum Principes, Reges ob inſolentiam, ac temeritatem, dicentes eam ſibi dignitatem hæreditate deuolutam meritis debitam, faſtidio haberent, in Republica dominaturum elegere Agathoclem figuli filium, eidem arti actu incumbentem, exiſtimantes eum ſic humiliter regeſſurum, atque de eorum manibus accepiſſe diadema, non ſuis meritis, confeſſurum. Et ecce Chriſtus Dominus non ſuperbia tumidos, ſed humilitate peractos vocauit, ſuoſque Apoſtolos effecit. *Si enim doctus eligeretur, fortaſſis iacò ſe diceret electum, quia doctrina eius elegi meruit. Dominus autem noſter Ieſus Chriſtus volens ſuperborum frãgere ceruicem, non quæſiuit per oratorem piſcatorem, ſed de piſcatore lucratus eſt Imperatorem. Magnus Cyprianus orator, ſed prius Petrus piſcator*. Ita idem Sanctus Pater Auguſtinus ſuper Ioannis Euangelium habet. Amb. Calep. D. Aug. in Ioann.

Mittentes retia in mare. Exercitium id laudabile, bonum non in fraudem ac deceptionem hominum fieri conſueſcit. Et ideo facti piſcatores hi hominũ qui antea erant piſcium, ad eamdem reuerſi ſunt etiam piſcationem. De qua re Sanctus Gregorius ait. *Quia nimirum negotium, quod ante conuerſionem ſine peccato extitit, hoc etiam poſt conuerſionem repetere culpa non fuit*. Retia tamen mittere, & piſcari in mare ſymbolicè poteſt ſumi pro vehementi deſiderio, atque opere ipſo temporalia lucrandi, conſimiliaque inania adipiſcendi, ſed multi loco capiendi capiuntur, & illaqueati deorſum pertrahuntur. *Cadent in retiaculo peccatores*. Et Salomon Rex in templi edificatione columnarum capitelia retiaculis conuoluta fieri voluit. Quorſum ita? *Et quaſi in modum retis, & catenarum ſibi inuicem miro opere contexta*. Numquid illa ſubterfugere, & extra templum euolare metuebat? non ita, ſed aurea erant, at ille tenebat optimè aurum ſummopere dari, cadere in cupiditatem hominum, ac ſi dicere voluiſſet, id qui adipiſci quærunt, in damnationis retiacula incidunt. Quod clarius, & propriis verbis Apoſtolus ita dixit. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laquũ Diaboli, &c.* Piſcatores tamen hamo, & retibus vtentes Dominus vocat, conuertit, & ad opus ſuum aptans operaturos mittit, ſanè vt ſciatur apud eum nõ eſſe impoſſibile omne verbum. *Quia quos ſæpe terrenis lucris inhiare conſiderat, Caleſtibus deſiderijs aduocat, & per eos retibus Euangelij alios de profundo iniquitatis eripit*. Quibus vtebatur Diabolus ad eorum, & aliorum perditionem, hos potens eſt Dominus reuocare, & conuerſos adhibere ad aliorum etiam ſalutem æternam. Diu. Greg. homil. 24. in Euang. Pſal. 140. 3. Reg. cap. 7. c. 1. Timoth. c. 6. b. Ordin.

C

Venite poſt me. Ideſt relinquite deceptorem, & ſequimini creatorem, atq; ipſum Reparatorem. Sed quid eſt ſequi Chriſtum Dominum? ſanè in eum credere, & cum eo præcedente ad regna Cælorum peruenire. Iccirco iure ait. Venite poſt me, præcedentem per lanceas, cruces, miſerias ad vobis Interl.

Luc.c.22.d. aperiendam Paradiſi Ianuam. *Et ego, ait. diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus Regnum.* Et quomodo diſpoſuit illi Pater Regnum Paradiſi poſſidendum? Sanè vt prius biberet hìc calicem paſſionis, inde verò æternę iucunditatis in Cælo. Quamobrem, & vocatis ad ſe duodecim diſcipulis, eos præcedens ait. *Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur, &c.* O Dux valide, ò Princeps generoſe, trahe nos poſt te, ſed ſequentes à tergo Chriſtum Crucifixum, quid videbimus poſt eum? en crucem, clauorum cuſpides, flagella, & id genus multa bene tolerata. proinde ſi dixiſſet, per hæc mea me fideles ſequimini veſtigia. ſic præcedens ſuis Regnum diſponit acquirendum. Promiſit Dominus Abraham facere in gentem magnam, & ſe multiplicaturum ſemen eius mirum in modum. Sed ait quoque illi. *Surge ergo, & perambula terram in longitudine, & in latitudine ſua, &c.* Bone Deus, vt quid hoc erat opus? & quomodo id facilè poteſt quis complere? audi, qui ſic petit, crucem pedibus deſcribit. ac ſi dixiſſet Dominus. Suſtine, labora, perfice, & ſic quod tibi promitto con ſequeris exequendo. Simile videtur dixiſſe Chriſtus Dominus ſuis, quos poſt ſe ſequi dixit, aſpicientes, quod ſuper dorſum habet, imitantes, ambulantes itinere per clauos, & cruces. Quod omninò exequendum hi duo primùm vocati ſuſcepere germani, vterque cruce triumphans, & ſic ad cæleſtia perueniens.

Matt.c.20.d.

Gen.c.13.d.

Faciam vos fieri piſcatores hominum. Sed cur non abſolute ait, faciam vos piſcatores hominum? eius enim dumtaxat id erat ex piſcatoribus piſcium eos efficere piſcatores hominum. Fortaſſis ideò ſic ait, quoniam ad huiuſmodi gratiam, ac præcipuè iuſtificationis noſtrę requiritur quoque arbitrium, & ipſius iuſtificandi conſenſus. Quod forte attendens Diuinus Vates ille Pſalmigerus ait. *Pluuiam voluntariam ſegregabis, Deus hæreditati tuę, &c.* Vt quid addere voluntariam? nullus quippe ignorat, omne datum deſurſum eſſe à Deo voluntariè, de quo idem Vates alibi. *Qui operit Cælum nubibus, & parat terrę pluuiam.* Sed ſciendum præfatam pluuiam ſic voluntariam eſſe dictam per antonomaſiam. Diuus Pater Auguſtinus intelligit illud dictum, de gratia, pluuia verè voluntaria, quam ſua ſponte dat nobis Deus ipſe, ſed additur etiam eſſe voluntariam reſpectu hominis, eam à Deo recipientis, nemo enim ad iuſtificationis gratiam cogitur. Ideo idem Sanctus Pater ait. *Qui fecit te ſine te, non ſoluabit te ſine te.* Dat te Deus poſſe conuerti, reſurgere; ſed ſi acceptare nolis, non cogeris. Miſſi à Deo Angeli ad liberationem Loth, & eius familię de ſodomorum Ciuitate, eius illinc egredi cum ſuis moram facientis manum apprehenderunt, non etrahentis, ſed porrigentis eam, ſic incendium illud euaſit. *Diſſimulante illo apprehenderunt manus eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius.* Pagninus primum illud verbum vertit. *Tardabat.* Sicut quandoque peccator licet adiutus conſurgere, ac dare vocanti, adiuuantique Domino manum conſenſus, vt egrediatur de peccato, & exultet iuſtificationis bono; noſque cernui implorantes auxilium Domini dicamus.

Pſal. 67.

Pſal. 146.

D. Auguſt.

Idem.

Gen.c.19.d.

Hymn. in feſt. Ss. Trinit.

Da dexteram ſurgentibus,
Exurgat vt mens ſobria
Flagrans, & in laudes Dei,
Grates rependat debitas.

Continuò relictis retibus, &c. Poſt Dominum vocantem, adiuuantem currunt, & capti eius verbo alios poſſe capere credunt. Vbi Diuus Chryſoſtomus ait. *Tante igitur promiſſioni crediderunt, & per ſermones, quibus ſunt capti, crediderunt, ſe alios poſſe piſcari.* Vbi duo notantur, citò quieſcendum Dei verbo, & id agendum aliis nunciare populis, ad ſalutarem eorum acquiſitionem. Quemadmodum ſe geſſit illa mulier Samaritana, compræhenſa Domini ſermonibus, eoſdem ſuis prædicauit conciuibus. Prout apud Euangeliſtas. Suxit dilecta lac de ſponſi cæleſtis vberibus, & inde vbera ſua obtulit eidem ſugenda. *Meliora ſunt vbera tua vino. Dabo tibi vbera mea.* Nimirum membris eius in terris. Sic nutrita nutriret, & paſta paſceret; ſollicita fuit ſpirituale bonum accipere, & acceptum indigentibus; expoſcentibus non oblita fuit reddere. Vocati Petrus, & Andreas non dolent piſcatoriam artem deſerentes, at conſimilem, valdèque meliorem inuenere. citò obtemperantes Domino, non defraudati à deſiderio. Crede, deſere, ſequere, & miranda videbis, nam ſeruato quandoque

D.Chryſoſt. in homil.

Ioann. c.4.c. Cant. c. 1.a. & c. 7.d.

profeſ-

Digitized by Google

A profeſſionis nomine, inſtrumenta, intentionemque maiora exhauriendi meliorem conſequeris.

Olim æreis induebatur armis Paulus tunc Saulus, mucrone optimo lanceę vtebatur, gladium cingebat acutum, aduerſus Domini fideles furebat. Verùm contigit, vt Dominúm vocantem, adiuuantem audiret, & eius mox imperata fecit, conuerſuſque inſtrumentis ſimilibus, ſed ſpiritualibus vtendum dixit in ſuam, & proximi ſalutem exhauriendam, galea, torace, atque gladio, nempe Domini Dei verbo. Mutata de terrenis ad cæleſtia, de odio ad ſanctã proximi dilectionem voluntate. Hinc & ordinaria de præfatis piſcatoribus factis valde melioribus ait. *Mutatur Intentio, non piſcatio: mutantur retia in doctrinam, cupiditas in amorem animarum: fit mare ſæculum, nauis Eccleſia: piſces boni, & mali homines.* Omnes piſcateres ſumus, at commutemur in melius, deſerentes retia ſæculi, ſuſcipientes arma Domini; contemnentes terrena, apprehendamus, quę offeruntur cæleſtia. Caduca ſunt homini multum impedimento ad æternorum conſequutionem bonorum, iccircò illis relictis facilius ſurſum tenditur poſt Dominum, qua de re Sanctus Chryſoſtomus ait. *Quia nemo poteſt terrena poſſidere, & perfecte ad Cæleſtia peruenire.* Opertus Dauid æreis Saulis armis, ſi poſſet ſic incedere, præliari tentauit, non bene poſſe cognouit, dimiſit, victoriam aduerſus Goliath Gygantem fecit, munitus nomine Domini inuocato, funda, & ſaxo, illa diſciplinę ſignabantur, iſto Chriſtus Dominus. *Petra autem erat Chriſtus.*

Act. c. 19. a. Epheſ. c. 6. c

Ordin.

D. Chryſoſt. ſuper Matt.

1. Corint. c. 10. b.

B Deiere, quod nocet, ſuſcpipe quod prodeſt. Illi deorſum trahentia deſeruerunt, & ſurſum vehentia ſumpſerunt, de loco humili verè diuites facti.

Continuo relitis retibus. Quod ſi eos dicis minima dimiſiſſe, deciperis valde; nam quæque habuere ſæcularia, & vniuerſam talia vlterius adipiſcendi intentionem proiecere, gratum vocanti, adiuuanti magiſtro ſic facientes, & eum mox expedite ſequentes. De quibus ideo Sanctus Gregorius ait. *In quo affectum debemus potius penſare, quam cenſum, multum enim reliquit, qui ſibi nihil retinuit: multum dimiſit, qui cum re poſſeſſa, & concupiſcentijs renunciauit.* Inter mundi miranda illud vnũ extitit inſigne, magnum videlicet templum Byzantii conſtructum, & Sanctę Soffię dicatum. Quod fidelis, & pius aduena ingrediens, magnificentiãq; admirans, exclamauit. O Domine Deus, quis hanc errexit molem? & ſibi reſponſum hoc dari audiuit. *Soffia hoc fecit.* Quod forte id, & aureis literis in quada trabe, vt ferunt, ſupraſcriptum inſpexit. O ſi iam illa vitam hanc in meliorem commutauerat, quomodo illud templum ſibi dicatum poſtea cõſtruxerat? at veritas hæc eſt, quod illud piorum eleemoſinis ædificatum fuit, quædam verò vetula verè pauperrima nomine Soffia nil aliud habens, præter in qua dormiebat, paleam, ex ea faſciculum, & ipſa pro iumentis ſaxa, & ligna ad templi conſtructionem trahentibus attulit, ſed id magna quidem voluntate peregit, iccircò tota templi conſtructio ei attributa fuit, quoniam animum magis quam cenſum Dominus attendit.

D. Greg. in homil.

Tract. de mundi Mirabil.

C *Continuò relictis retibus.* Attendite obedientium celeritatem in Domini ſequelam, & obſequium. fateor & ego, ab oculis Domini magnam virtutem ſuauiſſimam ſuper eos homines factam, eos allectantem, & ad ſe mira facilitate trahentem, Eſt Platonis Sententia, viſionem fieri perquorumdam ex oculis Spirituum extramiſſionem. Et de Amoris vi tractantes aſſerunt, ex corde per oculos egredi quoſdam tenues Spiritus, ad rem dilectam peruenientes, penetrantes, quibus illa ſuauiter trahitur, & ad amandum mouetur. Quod optime quidem expertus fuit, qui ſuę caſtiſſimę dilectę ait. *Vulneraſti cor meũ ſoror mea in vno oculorum tuorum.* O bone Deus, quid fecciſſet ſi vtroque oculo illum inſpexiſſet? & ipſe Chriſtus Dominus ſuper Crucis lignum patiens anteaquam moreretur, oculos, & caput ad homines ſuper terram degentes inclinaſſe ab Euangeliſtis deſcribitur. *Et inclinato capite emiſit ſpiritum.* Ac ſi dixiſſet, nunc exaltatus è terrà ad vos homines deuoluo oculos priuſquam claudam eos, vt vos ad me traham ſaluandos. *Et ego cum exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum.* Inſpexit hos fratres duos, vocauit, traxit, & ipſi amatores facti mox quibuſque relictis temporalibus ſecuti ſunt eum.

Plat.

Cant. c. 4. e.

Ioann. c. 19 f

Idem. c. 12. e

Continuò relictis retibus. Ad nutum ſecuti ſunt Dominũ, qui enim diu cogitant quomodo, atq; quando, vix vi conſurgunt de contagionis loco. Dñs vult nos ſuũ in ſtudiũ, & obſequiũ ſollicitos. Videns Zachæũ ſuper arbore ſicomoro, &

eum

Luc. c. 19. a.

eum volens facere ſaluum clamauit ad ipſum. *Zachae feſtinans deſcende.* O ſanctiſſime Domine, aſcenderat ille cum labore, vt quid modo tanta cum feſtinatione iubes eum deſcendere? cum caſus, atque interitus diſcrimine? quoniã ſi fecerit moram, differre cogitando, fortè non veniet ad me, etiam ſua pro ſalute. Vnde Sanctus Chryſoſtomus benè ſic ait. *Talem quippe à nobis obedientiam Chriſtus efflagitat, vt neque punctum temporis differamus, etiam ſi nos aliquid neceſſarium vrgere videatur.* Hodiernos imitantes viros; & illam mulierem Samaritanam, quę relicta fune, ac hidria ad annunciandum aliis ſanctiſſimi Meſſię aduentum, pro ſalute eorum ſe contulit. Si verò quæratur, quænam ſunt hæc deſerenda, obſtaculum nobis in via ad Domini ſequelam facere tentantia? audiamus eũdem Chryſoſtomum moraliter declarantem ea, quę Sancti mox reliquerunt Apoſtoli. *Tria ſunt*, ait, *quę relinquere debet, qui venit ad Chriſtum. Actus carnales, qui per retia piſcatoris ſignantur, ſubſtantiam mundialem, quę per nauem. & parentes, qui per patrem.* Quod immediatè tulit de verbis Domini apud Apoſtolos, & Euangeliſtas dicentis ea eſſe deſerenda ad ſequelam ſui, & ad eius diſcipulum fieri. quam autem hæc impediant, quiſque experitur in ſe. D

D. Chriſoſt. hom. 14. in Matt.

D. Chriſoſt. Ibidem. Matt. c. 19. d Luc. 22. e.

Vidit alios duos fratres. Hos quoque vocauit poſt ſe, qui ſicut & primi ſimul ſunt eum ſequuti. Non hodie vnus, cras vero alter, ſed ſimul ambo, quod eſt charitatis effectus, fratrem non deſerere, ſed cum eo quocumque pergere. Icc irco ſponſa. *Inueni*, ait, *quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meę.* Tenella virga, ſponſa poterit retinere fortem, virum cæleſtem? maxime. Quibus vlnis, funibus, catenis? ſanctæ dilectionis, exquiſitę charitatis. Cum eſſet Elias curru igneo tollendus hinc à Deo, rogabat Eliſæum, vt ſeorſum remaneret, ne ignis eum læderet, ipſe verò nolebat, aut nequiebat ab eo ſic ſeparari, & eo ſine morari. *Dixit Elias ad Eliſeum ſede hic, quia miſit me Dominus, &c. Cui ait Eliſeus viuit Deus, & viuit anima tua quia non dimittam te.* Quare non obtemperauit tanti viri iuſſis? quia charitatis cum eo catena ligabatur. Ita & Sanctus Bernardus Domino Ieſu Chriſto, cui charitate nectabatur, dicebat. E

Cant. c. 3. b.

4. Reg. c. 2. a. b.

D. Bernard. in hym. de nom. Ieſu.

Sequar quocunque ieris,
Mihi tolli non poteris.

Quid eum retinebat adeo ſtricte tecum, vt minime poſſet tolli à te? charitas, amor, quoniam, vt ſpiritus Domini habet. *Fortis eſt vt mors dilectio.* Sed & fortiorem dicere audeo. Mors omnia æquat, cadauera ſolo vſque ad vniuerſalis iudicii diem colligata tenet; amor autem verus, quos nectit, nullus in æternum diſſoluit. Hi à Domino vocati, fraterna erant charitate coniuncti, & ideo ſimul Dominum ſecuti. *Erant enim habitatione Ciues, dilectione concordes, artificio pares, fraternitatis coniuncti pietate, ideo ſimul vocauit eos.* In caſſum conſtruit, qui lapides abſque cæmento, ſeu calce ſimul venit; nam eo abſq; cæmento, ſeu calce, prout experientia docet, ruit aceruus facile. Idem ſuo modo dicatur de ſpiritualis conſtructione ædificii abſque neceſſario charitatis ſtabilimento. *Sicut enim ædificio lapis ad lapidem cæmento mediante conſtruitur; ſic in ædificio Eccleſię Chriſtianus ad Chriſtianum charitate mediante connectitur.* Ita magnus operis imperfecti Auctor teſtatum reliquit. F

Cant. c. 8. d.

D. Chryſ. vbi ſupra.

Auct. operis Imper. ſuper Matt. hom. 7.

Reficientes retia ſua. Non ementes, ſed reficientes, nam boni pauperes, vnde emerent non habebant, ideo vt ad victum facerent quæſtum, quę inſtrumenta habebant conſumpta reficiebant. *Quod eſt maxime paupertatis inditium: vetera enim reficiebant, qui noua vnde emerent non habebant.* Hos elegit, hos vocauit, ſuoſque Diſcipulos Dominus effecit. Qui iam iis expoliabantur, quibus præpediri poterant, ne Dominum ſequerentur. Non habetur pro bono exoriri diuitem, ſed valde peius dicas velle fieri locupletem, nam hereditate vix vi tuto poſſidentur diuitię, ſed non parantur abſque dolo, & fraude, ideo, & conſiderandum in hominis paupertate Domini beneplacitum. *Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea.* Dixit illi Vates anteaquam efficeretur Rex. Proinde ſi dixiſſet. Semper fui pauper, nam pauperes dicuntur elaborare, diuites autem otioſitatibus incumbere. Ita de ſe aſſeruit, qui vere pauperem ſe eſſe agnouit, quem & Dominus inde ad regendum populum ſuum aduocauit. De quo ipſemet Dominus. *Poſui*, ait, *adiutorium ſuper potente, & exaltaui electum de plebe mea.* Quæ quidem verba quamdam difficultatem habere videntur: nam

Auct. op. imp. hom. 7. in Matt.

Pſal. 87.

Pſal. 88.

Digitized by Google

A qui de plebe eligitur, vilis, atque in loco humili oritur; contra verò qui potens eſt. verum cum diſtinctione tollitur prorſus dubium. humilis pauper potens eſt apud Deum, vilis verò, & abiectus eſt apud plebem, & populum rudem, ac proteruum. Talem quippe potentem extollit Deus, de plebe, vt ſedeat cum principibus populi, & gloriæ ſolium teneat, quod factum cernimus his cum hominibus, quos poſt ſe vocauit Chriſtus Dominus.

Confeſtim relictis retibus, &c. Ipſi quoque exemplo priorum mox ſuis quibuſq; dimiſſis ſequuti ſunt Dominum. Tales poſt ſe Dominus vocat, quoniam eò ſimiles ad obediendum expeditos optat. Hebræorum populum legimus iam electum, Gentilem verò deſpectum; modo è contra ille reprobatus exulat, iſte autem factus fidelis exultat. Quare ſic? audiamus ipſum reſpondentem Dominum. *Populus, quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.* (Pſal. 17.) Et Principes ſæculi volunt, vt ad nutum ſeruiatur ſibi. Nec bene obedit, qui vocatus ad ſeruiendum differt in diem craſtinum; nec bene ille ſeruit, qui pedes mouere, atque manus explicare neſcit. Qua de re Diuus Bernardus inquit, *Verus obediens mandatum non procraſtinat, ſed ſtatim parat manus operi, aures auditui, linguam voci, pedes itineri, & ſe totum intus colligit, vt mandatum peragat imperantis.* (D. Bernard. de præcil. diſpenſ.) Sicut qui magnum vult efficere ſaltum omni grauamine depoſito ſe totum flectendo, humiliando complicat, vt eo altius fortius conſcendat. (Simile.) Ita ſe geſſere hodierni viri à Domino poſt ſe vocati. Quæque impedimenta deſeruere, & con-

B feſtim in viam poſt vocantem Dominum ſe dedere. Quis ſequitur? quis imitatur? ò ſerue nequam, iure damnaberis, factus torpens, & inutilis.

Sua nos Deus neceſſaria vocatione, opeque priuari non patitur, multi tamen non audiunt, vel audire contemnunt, non obedientes voci vocantis, ſed potius indulgentes ſenſibus ſuis. Ferunt Naturales, quod poſito Adamante duriſſimo lapide inter magnetem, & ferrum ab ea ipſum non trahitur; quid igitur mirum, & ſi non traheris, non ſequeris poſt vocantem, attrahentemque Dominum? inter te ſiquidem, & illum poſuiſti velut Adamantem cor tuum, velut lapidem duriſſimum. *Et cor ſuum poſuerunt, vt Adamantem, ne audirent legem, & verba, quæ miſit Deus.* (Zacha. c. 7. d.) Verum attende, ò homo Chriſtiane. Etiam ſaxa vocem loquentis ſuſcipiunt, & multiplices Eccho ſuſceptas reddunt. In Apuliæ Lucera oppidum reperitur quaddam tali arte mira conſtructum, vt vocem illud erga clamantis ſuſcipiat, & ſepties Eccho reddat. De quo creditur illud Lucretii dictum. *Sex etiam, ac ſeptem vidi loca reddere voces, vnam cum feceris.* (Lucret. in carm.) O ſaxum cor hominis, cancellatum ex ſententia Platonis, ſuſcipe verba Domini, te poſt ſe vocantis. Semper facta ſuſcipe, decies tu verò redde nimirum per obſeruationem mandatorum, & eris factus Ieſu Chriſti Diſcipulus, obſequens, obediens, gratia, & gloria replendus.

Quemadmodum de Beato Andrea factum, cuius hodie feſtum ab Eccleſia celebratur, dies videlicet, quo crucifixus, paſſus, & mortuus ad æternam vi-

C tam aduolauit. De quo ſuauiter redolente in Altiſſimi conſpectu Sancta canit Eccleſia. *Dilexit Andream Dominus in odorem ſuauitatis.* Quoniam tum viuens tum moriens ſuauis ei extitit ore, corde, & opere. (In eius feſto.) Conſideretur qualo, quod à cæleſti ſponſo ſuæ dilectæ dicitur. *Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora.* (Cant. c. 6. a.) Vnde ſuauitas ei? audi. Qui aromata, flores, atque poma ex horto colligens, ſecum defert, iis olere ſolet; ſic qui cum ſuauiter olente manet, vel iter habet, eiuſdem odoris particeps belle quidem effici ſolet. Sponſa poſt dilectum ſuauiſſime miraculis, & ſanctitate olentem currebat, & ex eo ſuauis quoque ipſa euadebat: *Trahe me, poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* (Cant. c. 1. a.) Andreas poſt Dominum cucurrit, & ex eius imitatione, ſequela, amore ſuauem effectum Dominus dilexit in odorem huiuſmodi ſuauitatis. Domino de pane, ac piſce miraculum facturo ſuper monte ad ſaturandas turbas eo in loco multas, dixit Andreas. *Eſt puer hic habens quinque panes ordeaceos, & duos piſces.* (Ioann. c. 6. a.) Ac ſi allegorice voluiſſet dicere. Tu es Domine mi magiſter, ille ſanctiſſimus puer fore habens quinque panes hordeaceos; nimirum quinque plagas in tuo corpore puriſſimo formandas; nam ſicut panis hordeaceus foris, aſper, intus verò ſuauis, & candidus, ſic ſuo nobiliori, ac perfectiori modo quinque Chriſti Domini vulnera, foris horrida, intus verò ſuauitatem miram habentia; & duos piſces, duas videlicet naturas. O quam ſuauis odor tuus Andreas, dum de

Digitized by Google

Ieſu Chriſto miranda hæc affirmas! D

Iure quidem dicitur dilectus à Domino Andreas in ſuauitatis odorem, qui ſuper Crucis altare funibus ligari, & in mortem ſic Domino dari non timuit, non renuit, ſed ore, cordeque appetiit, & in cruce eleuari rogauit. *Salue Crux pretioſa, ſuſcipe Diſcipulum eius, qui pependit in te magiſter meus Chriſtus.* Cum Iulius Cæſar Imperator bouem, vel ouem in ſacrificium offerendam ſuis manibus Diis abſque corde repertam audiſſet, atque alteram nimis balantem inueniſſet, mox proiici iuſſit, aſſerendo non eſſe aptas ſacrificio, quandoquidem nõ gratas ſic, non ſuaues iis, quibus offerebantur Diis. *Mactatoque opimo boue cor in extis non reperiſſe, ac reſponſum ſibi à ſpurina aurispice pertinere id ſignum ad vitam, & conſilium ſuum, proterrinſſit.* Et iterum ſimilia Macrobius teſtata reliquit in ſuis ſaturnalium libris, *Obſeruatum eſt, ait à ſacrificantibus, vt ſi hoſtia, quę ad aras duceretur fuiſſet vehementius deluctata, oſtendiſſetque ſe inuitam altaribus admoueri, amoueretur, & c.* Non ſic de Beato Andrea dicendum, nam ore, nam corde laus Deo de ſui oblatione ſuper Crucis altare magna quidem voluntate dicebat, & eo non priuari martyrio petebat. *Andreas vero rogabat populum, vt non impediret paſſionem eius.* Quo ad laudes Dei, & commendationem populi Sanctus Andreas, corde pio ore pleno, verba de Cruce faciebat; quo verò ad quærelam, & lamentationem, omnino ſilebat. De quo illud martyrum optime vſurpandum.

In Reſp. feſt.

Valer. Maxim. lib. 1. c. 6. de prodig.

Macrob. lib. 3 c. 5. Saturnal.

In Antiph. feſti.

Non murmur reſonat, non quærimonia;
Sed corde tacito mens bene conſcia E
Conſeruat patientiam.

O quam ſuauis odor Sancti Andreę coram Domino, quem ipſe ideo dilexit in odorem ſuauitatis. Toleranter & nos quæque aduerſa ſuſtineamus, vt huiuſmodi ſuauitatis odore a Domino diligamur, & ab eodem demum ſuſcipiamur.

In memoriam quæſo, reuocetur illud Geneſis octauo. Poſt magni aquarum inundationem diluui, Noe ſua cum familia Domino Deo victimarum obtulit ſacrificium, adeo illi iucundum, vt ſcriptura dixerit. *Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis.* Et cur ibi non additur Dominum dilexiſſe Noe cum ſuauitatis odore, ſicut in oblatione Sancti Andreę ponitur? ſi placet reſponſio attendatur hæc. Tempore ſacrificantis Noe oblata fuere Domino Deo brutorum holocauſta; verum Beatus Andreas ſingulariter lætatus ſeipſum fuiſſe dicatum Domino ſuper ſanctę Crucis ligno. Illud Noe pro tanto gratum Domino, quoniam ab offerente iuſto fideli deuoto, at Sanctus Andreas fuit Sacerdos, & victima, offerens, & oblatio, viuens, orans, moriens, deprecans; gratias agens Deo, & exorans pro populo. Iuxta verò Domini ſententiam. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Id peregit Apoſtolus, vt & ille conuerteretur populus. Et ideo Crucifixus Andreas fuit altera manu terram verſus, altera verò cælum indicando ſurſum quoniam adiunare, ſuſcipere affectabat ſpectantem populum, quem perduceret ad Regna Cælorum: illa apprehendebat, iſta dirigebat; illam porrigebat ad populum, iſtam eleuabat, extendebat ſurſum. O ſanctiſſime Andrea, Deo quamgrate, Sacerdos, & ſacrificium ſuaue, roga mitiſſime, precamur, magiſtrum tuum Dominum noſtrum, vt per te nos recipiat, qui per te nos fide, ſpe, & charitate firmauit, qui toleranter aduerſa quæque, & Cruces ſuſtinendas docuit, vt & exhibitum ſuſcipientes, imitantes exemplum, aptus ei Thalamus hic efficiamur, atque demum in cæleſtibus tecum perpetuò lætemur.

Gen. c. 8. d.

Ioan. c. 15. d.

F

SEXTVM

SEXTVM
MYSTICI THALAMI
ORNAMENTVM.

IN CONCEPTIONE BEATISSIMÆ DEIPARÆ SEMPERQVE VIRGINIS MARIAE.

Cuius occaſione de magna etiam deuotione, quam erga eam Dæmonum eiectricem, & hominum adiutricem fideles quotidie magis habere, augereque debent, nonnullę pię, morales, deuotæque conſiderationes, ante illas currentis Euangelij habentur iuxta hoc Thema.

Turris Dauid ædificata eſt cum propugnaculis mille Clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Cant. c. 4. a.

A HAC de Dauidica Turre, varios iuxta ſenſus, non ignoro,
quàm formoſas à Patribus in medium afferri expoſitiones,
quę videlicet, qualiſue fuerit, & per eam belle, ac
myſticè quid intelligi contingat. Quantum ad literę ſo-
num Genebrardus cum aliis multis illam eſſe opinatur, Genebr. Ghiſler.
cuius fit mentio in libro Eſdrę ſecundo vocatam ſcilicet Eſdr. lib. 2. c. 3.
turrim, quę eminebat de Domo Regis, excelſam. De
qua & in Michęę Prophetia dicitur. *Turris gregis nubiloſa fi-* Micheę 4. c.
lia Sion. Quidquid nihilominus hac de re ſecundum præfatam opinionem ſit,
ſupponendum tamen huiuſmodi turrim ædificatam fuiſſe à Dauide, quando
abſtulit Hieruſalem à Iebuſæo, cuius aliqua mentio ſaltem implicitè ſecundo
in Regum libro habetur ibi. *Habitauit autem Dauid in Arce Sion, & vocauit eam Ci-*
uitatē Dauid, & ædificauit per gyrũ à Mello, & intrinſecus. Extitiſſe verò hanc turrim 2. Reg. c. 5. b.
maxime ſpectabilem, & eminentem credendum, vt pote à Rege opulentiſſi-
mo, ac magnificentiſſimo erectam, eoquam egregio ædificio, vt ab eius no-
mine appellaretur, Turris Dauid; quę aduerſariis expulſis tutam defenderet,
& ſeruaret Arcem Sion, Ciuitatem Dauid, atque adeo clypeorum numero
magno, & omni armatura fortium ab eodem Rege, & quidem mirè, con-
ſtructa fuerat.

Huic Turri ſponſę collum bellè aſſimilandum ſponſus adiudicauit. Quam-
vis, & per collum ipſius ſponſę corpus, atque totum corporis elegantem ha-
bitum non ineptè intelligendum eſſe Aloyſius noſter Legionenſis expoſuit. Aloyſ. Legion.

Digitized by Google

ſubiungens, quod hebraica proprietate collum ſæpe in proceritatis ſignifica tione ponitur. Quemadmodum, & in Hiſpano ſermone, *Decollados*, vocant eos, qui alto, & procero ſunt corpore. Comparari verò, inquit, ſponſę collum turri Dauid, quæquidem ea tempeſtate ſpectabilis admodum, & celebris erat, ac ſi dicatur, non minus illud eſſe ſpectabile, quam talis eſſet illa turris. Vt quantum videlicet ea turris præſtabat ceteris, tantum hæc femina amabilis ſponſa habitu corporis eleganti, atque procero reliquas ſuperaret. Quod autem ſequitur, eſſe videlicet ædificatam cum propugnaculis, & ſcutis fermè innumeris, atque fortium armaturis exornatam, non extra rem erit adducere huc diuerſas Verſorum lecturas. Volunt ſiquidem illud de propugnaculis eſſe dictum deriuatiuè ab hoc verbo, Alaph, quod eſt iuxta ſermonem latinum, docere, ſeu diſcere. Vnde aſſerunt legi poſſe. *Quę ædificata eſt ad doctrinas, ſiue ad diſciplinas.* Quod iuxta Ghiſlerium duobus modis exponi poteſt. Primo vt inde Artifices doceantur, & diſcant aliquid egregii ædificare tamquam à magnificentiſſimo ædificiorum exemplari. Secundo, ait, vt inde viam doceantur viatores tamquam à Pharo aliqua bene dirigente. Rabbi verò Abraham Aben Eſdra in commentariis ſuper hunc locum, ex opinione tamen aliquorum ait, identidem eſſe, ac ſi diceretur ad ſuperanda ora, & acies gladiorum, ſeu gladios. D

Ex Heb. lect. Michael. Ghiſler. Rabbi. Abrah.

Quibus ſic ſtantibus, non eſt difficile ea omnia ad Beatam Virginem Mariã referre, & eidem perbellè accommodata conſiderare, prout & Rupertus Abbas in hunc locum exponit. Ipſa ſponſę nimirum Eccleſię Chriſti Domini dilectę collum quippequod formoſum iure dicitur Maria, quoniam ſicut è capite collo mediante cetera ad membra cibus, & ſubtilis influentia deſcendit, ita ſuo nobiliori, excellentiori modo, à Chriſto capite ſummo ad nos myſtica eius membra mediante, deprecante Beatiſſima Virgine Maria deſcẽdunt, ac impertiuntur gratię, & ſalutares influentię, iuxta illud deuotiſſimi Bernardi dictum. *Nihil nos voluit habere Deus, quod non tranſiret per Marię manus.* Hanc Virginem immaculatam, hoc collum omni formoſitate refertum turri Dauidicę ſponſus ipſe aſſimilauit, vt eo magis noſtro pro refugio eam eſſe ædificatam conſiderantes, pro certoque habentes ad ipſam omni ſollicitudine, ac deuotione maiori ſupplices confugeremus. In cuius quippe rei confirmationem illud quod de nomine Domini ſapiens Salomon inquit. *Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſam currit iuſtus, & exaltabitur.* Id ipſum, & de Beata Virgine Maria iure optimo dici poteſt. Ipſa ſiquidem turris fortiſſima myſtici Dauid prout ſupra, ad ipſam igitur fideles recurrant omnes deuoti eius effecti, & exaltabuntur, confortati, exauditi. O venerabile collum, ò ſanctiſſima turris, ſub tuum præſidium confugimus, per formoſitatem, & proceritatem tuam concedat nobis ipſe omnipotens Deus veniam, largitatem, gratiam. E

Rup. Abb.

D. Bernard.

Prouerb. c. 18. d.

Tu turris fortiſſima defende nos, tuere nos ab hoſtibus malignis ſpiritibus, & periculis cunctis, dirige nos in viam ſalutis, fac euadamus perſequentium gladios, & manus, vt demum te protegente, deducente, ad conſortes in cæleſtibus glorioſos peruenire valeamus. Huc pulchrè conſiderandum venit illud Geneſis trigeſimo quinto. Aſcendens Domini iuſſu Iacob in Bethel, per viam mortua Rachele, in partu prę dolore, poſuit tabernaculum primo prope quandam turrem, gregis nuncupatam. *Egreſſus inde fixit tabernaculum trans turrem gregis.* Qui locus apud Hebræos vocatur Ader, nimirum locus congregationis, & cętus. Eamdemque turrem eſſe, dicunt, de qua & apud Michæam vbi ſupra. Aſſeritque Ordinaria ex Patribus, ibidem fuiſſe poſtea ædificatum Domini Dei templum. Atque eodem in loco Angelum apparuiſſe Paſtoribus, in Domini natiuitate concinentem. *Gloria in excelſis Deo, &c.* In terra Turris hæc myſtica, iure gregis cætus, & congregationis nempe fidelium ouium eſſe dicitur, ad eam ſiquidem omnes oues Domini fideles, vt à Lupis Infernalibus liberentur, & protegantur, confluunt; ò turris fortitudinis, ò mater noſtrę ſalutis, ò Dæmonum fugatrix, ad te confugientes ſuſcipe, protege deuotos, & redde Nato gratos. De hac itaque munitiſſima turre ſancta differendo, tria diſtincte conſiderabimus. Primum eius conſtructionem, nempe cõceptionem. Secundo quòd formidoloſa eſt Dæmonibus potens ad eos à nobis expellendos. Tertio demum, quòd fideles omnes ſingularem propterea F

Gen. c. 35. d.

Luc. c. 2. b.

Dicendorum ordo.

recurſum

A recurſum ad eam habere debent, vota, & preces ei omni deuotione, ac pietate maiori offerentes.

FVNDAMENTA EIVS IN MONTIBVS SANCTIS: *diligit Dominus Portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Pſal. 86.*

HAEC Prophetę Pſalmigeri verba expendes Caſſianus, inquit eſſe de cælęſti Ciuitate facta, & intelligenda, ſubſequitur verò dicens; *Prima laus à fundamentis, ex quibus omnis Ciuitatis ſtabilitas.* Illius autem Ciuitatis, ſeu glorioſę congregationis beatorum ibi triumphantium immobile fundamentum, eſt glorificator ipſorum Chriſtus Dominus, & merita paſſionis eius, idcirco, & Sanctus Apoſtolus ad Corinthios. *Fundamentum, ait, nemo aliud ponere poteſt præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.* Dicenti verò illam ſupernorum Ciuitatem, nedum Sanctis, & iuſtis hominibus, verum etiam, & Angelis aggregari, & conſtrui, reſpondetur totum id eſſe verum, quandoquidem Chriſtus Dominus, & meritum ſummum eius nedum hominibus, ſed etiam Angelis ipſis in Cælo vtique contulit, vt ipſum glorificatorem Deum collaudantes intueantur, & adorent in perpetuum glorioſi. Cuius quippe rei laudabile, & attendendum Sancta perhibet Eccleſia teſtimonium hoc. *Per Chriſtum, ait, Dominum noſtrum, per quem maieſtatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt poteſtates.* Id ex profeſſo aſſeruit Diuus Bernardus ſuper Cantica, cuius ſententiam non reſpuerunt Rupertus Abbas, & alii Doctores. Hac de re Diuus Thomas optime dixit. Quę omnia diffuſius Bartholomæus Medina in Diu. Thomā valde differit, licet diſſentiendo ab his, qui & reſpondet, quomodo intelligendę affirmantium id auctoritates. In præſentiarum attamen id noſtrę hic conſiderationis non eſt; benè quidem illud vnum aſſerimus cum Apoſtolo ad Epheſios, Chriſtum videlicet eſſe caput hominum, & Angelorum; atque ideo vtriſque influere, & prodeſſe, ita vt iure dicatur immobile, & tutiſſimum vtriuſque Ciuitatis, & huius ſanctę Turris fundamentum

Caſſ.

1 Corinth. c. 3. c.

B In Præfa. Miſſę

D. Bernard. ſerm. 24. in Cant.

D. Thomas 3 p. q. 7. a 9. & 11.

Rup. Abb.

Medin in D. Th. 3 p. q. 8. a. 4 ad 1.

Epheſ c. 7. e.

Huius noſtrę Turris myſticę tanta eſt proceritas, & celſitudo, vt antequam hinc tranſplantaretur in Cælo, in terris dum maneret, Cælum nihilominus pertingeret. De qua noſtro etiam in propoſito, ea Canticorum verba pulchre intelligantur dicta. *Ego murus, & vbera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo, quaſi pacem reperiens.* O bonè Deus, quę, qualis eſt iſta ſponſa fidelis, vt ſe murum appellet? Eccleſia Sancta, benè quidem fundata ſuper immutabili fundamento lapide Chriſto Ieſu. Cuius ſponſę vbera ſicut turris. Sed quam nam dicemus ſimilitudinem inter vbera, & turrim? numquid vbera eius tam procera, tam eleuata? maxime quidem, Cælum tranſcendentia. Diuus Thomas exponit per hæc intelligi duo charitatis præcepta; noſtro tamen in propoſito, vbera hæc dicantur eſſe Beata Virgo Maria, Mater Chriſti pientiſſima. Hæc Turris, & Vbera Turris facta pro nobis tutè protegendis; vbera quoque nobis lac ſanctę conſolationis dantia, è Cælo à Deo ſuſcipit, & elargitur fidelibus deuotis quibuſque ſuis. Viuebat in terris, & mente fixa erat in Cælis.

Cant. c. 8. d.

C

D. Thom. in Can.

Gygantes illi ſuperbia tumidi turrem ſibi conſtruere cogitarunt, cuius culmen Cælum pertingeret, non vt ibi Deo laudem, & gloriam darent, ſed vt ſibi temere, impie, imperium arrogarent. *Faciamus,* dicentes, *nobis Ciuitatem, & turrem, cuius culmen pertingat Cælum, &c.* Sed complere, illucque peruenire nequiuerunt, malitia præpediti, cælitus confuſi, à Deo iure percuſſi. At ipſe omnipotens tutam, proceram, Cælum pertingentem fidelibus ſuis, humilibus ſuis hanc Ciuitatem, hanc turrem Mariam Virginem, vt per eam, per eius adiutorium ſcandere valeamus Cælum. Accedamus per deuotionem, aſcendamus per deprecationem, perueniamus ob continuationem, adiuti eius meritis, & præcibus eximiis. O Turris tutiſſima, ò Ciuitas refugii ſancta, ò turris eburnea. *Cuſtodi nos, ne cadamus, foue, ne deficiamus: adiua vt viuamus: ſalua nos, ne pereamus.* Ita ſupplex dicebat. Pater meus Auguſtinus, ita & nos millies

Gen. c. 11. a.

D. Aug. ſer. 18 de Sanct. de Annunc. a tom. 10.

R 2 repetamus

Digitized by Google

repetamus, vt per ipſum protegentem, adiuuantem, veram, & æternam reperiamus, poſſideamus pacem in cæleſtibus.

Vbera eſt Virgo Maria, & Turris Eccleſiæ militantis, facta iam glorioſa in Cælis, cumulata dona elargiens, & pluens generoſe nobis. Cibat, cuſtodit; indulcorat, & protegit: poteſtate viget, ſapientia pollet, bonitate nitet. De qua Eſichius Hyeroſolymorum Epiſcopus dixit. *Hæc autem vniuerſum Trinitatis complementum, &c.* Sed numquid non completa Trinitas Diuinarum perſonarum ſanctiſſima? numquid non talis ante conceptionem, natiuitatem, & partum Beatiſſimę Virginis Marię? maxime quidem ſemper perfectiſſima. Quare ſano modo intelligenda tanti Doctoris ſententia? Atque præſertim ita. Pater per modum naturę intellectualis producit filium, communicando ei naturam ſuam? Pater, & filius ſpirant Spiritum Sanctum, ei quam habent ſimiliter communicando naturam, at ipſe Spiritus Sanctus, cui ſuas largitates, & gratias? ſanè quidē ad extra copioſiſſimè V. Matri Marię, cuius illa templū facta. Sic ſuo tali modo fideli pio videtur Beatiſſima poſſe dici vniuerſum Trinitatis complementum. De qua Sanctus Atanaſius ait. *Deſcendit Spiritus Sanctus ſuper virginem cum omnibus ſuis eſſentialibus donis, & virtutibus, quę illi ratione principatus adſunt, imbuens illam gratia, vt in omnibus eſſet gratioſa.* Aut iterum ſic dicatur. Vir nobilis pater familias eſt valde bonis temporalibus locuples, quorum minimam vix vi oſtentationem facit; ſed ferme abſconditam pecuniarum maſsā tenet. At occaſione data nuptiarum dilectiſſimi nati, magna quidem voluntate, copia, equos, currus, famulos, famulas, veſtes ſericas, annulos aureos, torques, gemmas, conuiuia opipare præparata, & id genus multa confiſci palam exponi iubet. Sic electa ſui nati ſponſa dicitur magninimitatis eius, & largitatis illius complementum.

Eſich. in bibl PP. tom. 2. de laud. B. V. M. & ſerm. 2 de S. D.

D Athan.

Simile. E

Ita dicatur & ſuo nobiliori, perfectiori modo de ipſo omnipotente Deo trino, & vno per omnia quidem diuite. de quo Rex Pſalmigerus Vates. *Gloria, & diuitię in domo eius.* Quarum vtique ſignificationem, & largitatem dedit in rerum creatione, in vniuerſique gubernatione; at in filii ſui deſponſatione, incarnatione, ad orbem redimendum? in Virginis Matris, & Sponſę præelectę Conceptione, Natiuitate, Annuntiatione in illius ventre filii ſui aſſumpta humanitate, cæleſte ærarium abundè quidem effudit, propterea quod appellata fuit illa. *Vniuerſum Trinitatis complementum.* Deus Pater ſua omnipotentia, Deus Filius ſua infinita ſapientia, Deus Spiritus Sanctus ſua bonitate ſumma, Tota ſic beatiſſima Trinitas in ea conuenit. etenim ſi de ipſius Dei omnipotentia circum eam agatur, Diuus Thomas aſſeruit, beatam Virginem Mariam eſſe de numero eorum trium, quę Deus ipſe meliora facere nequiuit, ſic dicens *Humanitas Chriſti ex eo, quod eſt vnita Deo; & beatitudo Creata ex eo, quod eſt fruitio Dei, & beata Virgo ex eo, quod mater Dei, habent quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod eſt Deus. & ex hac parte non poteſt aliquid fieri melius eis, ſicut non poteſt aliquid melius eſſe Deo.* Diuina verò Sapientia increata, Dei ſcilicet filius in ea humanam carnem ſibi aſſiuit, & Spirits Sanctus ſuper eam deſcendit, quam gratia Domini omnino repleuit. O Sanctiſſimę Trinitatis complementum, ò Turris munitiſſima; ò deitatis habitaculum, eſto nobis præcantibus, confugientibus ſubſidium, protectio, ſalus. Tu potens, tu valens, tu iube, tu manda, & ſalua fiet deuota plebs tua.

Pſal. 111.

D Thom. 1. p. q. 25. a. 6. ad 4.

F

Verè magna, excellens, & excedens omnes alias purè creaturarum dignitates prærogatiua, & decus beatiſſimę Virginis Marię, vt fuerit in Dei matrem electa, & effecta. Hanc dedit ei Deus, & ipſa Deo attulit, vt beatiſſima Diuinarum perſonarum Trinitas clarius, copioſius coleretur ab hominibus, prout & nos exactius conſiderauimus in libro noſtro, cui titulus. *Marianum Decus.* nuper edito, ex Diuo Cyrillo Alexand. homil. ſexta contra Neſtorium. ſed & ipſamet Virgo mater immaculata in Canticorum Canticis ait. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Subticuit ibi verbum donationis, largitatis, & facti operis indicatiuum, relinquens id Patribus, & Doctoribus diuini eloquli expoſitoribus inſinuandum. Quo in diuinę ſcripturę loco Vgo Cardinalis ait in perſona ipſius immaculatę Virginis ſponſę, ac matris. *Dilectus meus mihi operatus eſt ad vtilitatem, ad magnamque celſitudinem, & ego illi ad honorem, & gloriam.* Symbolum autem hyeroglificum huiuſmodi rei eſſe poſſe credunt, duo ſponſi videlicet,

Marian. Decus. fol. 90. Diu. Cyrill. Alexand. Cant. c. 2. e.

Vgo Card.

& ſpon-

Digitized by Google

A & ſponſę brachia implicata, vel ſimul in vnum tendentia; in manu ſponſi tor ques erat aurea, in ſponſę vero manu florum, & fructuum corona belle con texta. cum inſcriptione. *Mutua ex amore donatio.* Quoniam per torquem aureã intelligunt diuitias, & exaltationem; per eam vero florum de manu ſpon ſę coronam, ſuauitatem famę, & honorem obedientię. Quod forte virtua liter deduxere ex illo Prouerbiorum loco. *Mulier diligens est corona viro ſuo.* Deus ipſe omnipotens beatę Virginis Marię elargitus fuit magnam celſitudinem, elegit ad eſſe filii ſui matrem; & ipſa ei ſuo modo dedit gloriam, & honorem, orationum odorem, veri cultus ſuauitatem tum per ſe, tum per alios inde ſequentes pios fideles. Prou. c. 12. a.

Egregiam tantę Virginis dignitatem, & prærogatiuam belle indicauit Angelus è Cælo à Deo miſſus ad eam anunciandam, dicens. *Aue gratia plena, Dominus tecum, &c.* Nempe iam breui modo ſingulari, & præcipuo, magis quàm in quibuſque aliis creaturis, etiam Angelicis. Qua de re in perſona Gabrielis Archangeli Diu. Auguſtin. inquit. *Dominus tecum, pluſquam mecum.* Sed non erat Dominus cum ipſis Angelis in Cælo? quare igitur magis eſſe cum Maria dicitur, quam cum Angelis? audi, magis aptè, ac propriè videtur dici poſſe eũ eſſe in Angelis, eos beatificans; at non, vt ſic dicatur, cum Angelis, quia nõ ſunt eiuſdem naturę, & eſſentię cum eo. Exemplum videtur ſuo modo aptũ hoc. In Pomario inter flores, & fructus moratur Princeps. Quæritur à viro Luc. c. 1. b. D. Aug. ibi Simile.

B nobili quis eſt cum Principe in horto? Reſpondent cuſtodes. nullus. At nõ ne ibi ſunt flores, fructus, catellus, & ſimilia? maxime, ſed non hæc propriè dicuntur cum eo eſſe, cum non ſint eiuſdem naturę ſpecificę. Si autem adeſſet hominum quis, diceretur is propriè magis eſſe cum Principe, & princeps cum eo. Sic ſuo non diſſimiliter modo dicatur. Deus in Cælis eſt dans Angelis beatificam de ſe viſionem: at in ſe trinus, & vnus eſt eiuſdem eſſentię diuinę. Ideo fideles æterno Dei filio dicunt. *Qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuis, & regnas Deus, &c.* Ad propoſitum modo ſcitè, bellè dixit Angelus Virginis Marię, Dominus tecum, & iuxta Diui Auguſtini exponentem, pluſquã mecum; nam inde breui erat in ea eiuſdem naturę humanę cum ipſa, licet vt homo factus ipſe Deus. Conſideratio eſt Diui Petri Damianis Rauennatis, & Cardinalis Hoſtienſis dicentis. *Meritò Dominus tecum eſſe dicitur, qui eandem tecum naturam humanam, non Angelorum habet.* O quàm magna conditio, & excellentia Beatę Marię Virginis factę filii Dei Matris! ſed iam ad noſtrum reuertamur propoſitum. In fine orationis. D. Petri Dami. Rauen. ſuper Euang. lib. Gen. & ſerm. 1. de Natiui. Dom

Dicuntur autem prout ſupra huius tantę Turris fundamenta in montibus ſanctis iacta, ſed quare, plura, non vnum tantum? quoniam etiam verè plura fuere. pro quibus non ineptè poſſunt intelligi Conceptio, Natiuitas, Annuntiatio, partus eius, atque ſimilia; quibus, ſicut ſuis tot res fundamentis, ſic illa concreſcens eleuata mirè quidem apparuit. Deus iacuit hæc eius fundamenta de quibus fortè Deus ipſe Iobi ait. *Vbi eras, quando appendebam fundamenta terrę.* Sed ſi terra ipſa eſt orbi, & ſibi fundamentum, qualia ei fundamenta dicemus appenſa? audi, ad literam ibi dubio procul pro fundamentis, initia conditionis, & factionis eius intelliguntur; ſic & in præſentiarum accipi poſſunt pro initio, formatione, tranſitu ad eſſe, ac in orbem apparere. hæc fundamenta noſtrę turris myſticę, Virginis ſcilicet Beata Conceptio, natiuitas, &c. Quod ſi moralis Gloſſa ibi dicit myſticè intelligi pro terra Sanctam Eccleſiam eadem ratione dicatur accipi quoque ſic poſſe Sanctiſſimam Virginem Mariam, cuius turris refugii pro nobis, fundamenta hæc ſi de manu Domini facta, appenſa, ergo ſunt, fuereque pura, integra ſanctitate referta. Iterumq; Iob. *Fluuius, ait, ſubuertit fundamenta eorum.* Fluuius iracundię diuinę, atque tribulationum rapit bona impiorum. ait ibi Ordinaria. Verum noſtro in propoſito allegoricè ſic dicatur. Fluuius peccati originalis, propriè ex traduce fluentis, rapit, ſcilicet infectat initia, conceptionem hominum. At fundamenta Beatę Virginis Marię non attigit; eius puritatem, innocentiam, immaculationem non rapuit, quoniam in manu, de manu Domini, ſicut & in ceteris eius fundamentis, natiuitate, annuciatione, partu puriſſima, & immaculata fuit, contra quam nullus inimicorum impetus, nulla rabies præualuit. Iob. c. 38. a. Prou. c. 8. c. Gloſſ. Moral Iob. c. 22. a. Ordin.

C

Montes

Digitized by Google

Montes, in quibus fundamenta huius, ſunt ſancti, ergo & talem bonitatis qualitatem fundamentis, & ipſi quoque turri impertire, ſaltem per continuationem, ſeu contiguationem, dicantur. Sed quinam, dicetis, ſunt hi montes ſanctitatis? Quoad corpoream molem Beatę Virginis dici non iniuria poſſunt tot iuſti Reges, & Sacri Sacerdotes; Ioachim, & Anna coniuges, ex quibus ipſa originem traxit: quò verò ad animam, montes, & ex quibus ipſamet, Deus trinus, & vnus eſt. Ad eius Virginis ſingularē electionē, prædeſtinationē, conuenere totę tres Diuinę Trinitatis Perſonę, licet tantum ſecunda, ipſius Dei filius in ea homo factus, eam qui fundauit, ſe in ea montem, & fundamentum poſuit. *Homo, & homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam Altiſſimus.* Benè autem addidit illam repetitionem; quoniam ex eo in ea homine facto nos facti ſumus filii eius adoptiui.

Psal. 86.

Vbi & Diuus Pater Auguſtinus ait. *Quatenus Deus fundauit eam, quatenus homo Deus natus eſt in ea.* Verùm notentur ſingularis integritas, & Sanctitas huius præexcelſę turris, beatę, in quā Virginis, quoniā ſuis cū fundamentis, & montibus ipſis identitatē habere dicitur. De qua D. Petrus Damianus ita. *Quarto modo ineſt Deus vni creaturę, videlicet Marię Virgini identitate, quia idem eſt, quod illa.* Nam in aliis creaturis ineſt illis tribus modis, vt etiam & Sanctus Thomas ait, nimirum per eſſentiam, potentiam, & præſentiam, & iterum idem Petrus Damianus eodem ſermone. *Habitat, ait, Deus in Virgine, habitat cum illa, cum qua vnius naturę habet identitatem.* Sed numquid Maria in diuinam conuerſa eſſentiam, quando in ea Verbum caro factum eſt? non. at bene Deus ex ea eius aſſumpſit naturam. Ideò huiuſmodi naturę, nimirum humanę identitas eis in eſſe dicitur. De qua re Sanctus Pater Auguſtinus ait. *Caro Chriſti, caro Marię eſt.* Ex quibus luce clarius liquet, eximiam eſſe magnitudinem, innocentiam, ſanctitatem Beatę Marię Virginis, cum qua Deus idem.

D. Aug.

D. Petrus Damianus Card Rauenn. ſer. 2. de Natiu. B. V. M.

D. Aug. in ſerm. de Annun. B. V. M.

Præfata in propoſito mirè quidem confirmantur Doctorum ſententiis, & in eundem Pſalmum Gloſſis. Alexander Alenſis ea verba. *Fundamenta eius in montibus ſanctis.* Intelligi aſſeruit de ipſa Beata Virgine Maria. Iacobus Ianuenſis Epiſcopus per huiuſmodi Sanctos Montes dixit denotari tres perſonas Sanctiſſimę Trinitatis, concurrentes ad ædificationem, & conſtructionem tantę Turris, tantę Virginis, quas ipſa exorandas, eiſque agendo gratias, præcabatur, fortè illud Dauidis bene vſurpando. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à Domino.* In montes, vnde, ait, & poſt hæc ſubiunxit, à Domino, quoniam, Perſonarum Trinitatem, & eſſentię vnitatem non ignorauit. Alij verò volunt poſſe etiam legi. *Vnde venit auxilium mihi.* Et bene quidem in præſenti, vel in præterito tempore, quoniam mox anteaquā oriretur, adhuc in vtero Sanctę Annę matris ſuę vſu arbitrii donata, vt alias nos ex Patribus diffuſè diximus, gratias de collato ſibi adiutorio ſupplex egit Domino. Verum dicetis, quo de adiutorio, cum nondum nata in ſæculo? præſeruationis, vt ſcilicet conciperetur ſine macula peccati originalis.

Alex. de Aleſ. Iacob. Ian. Epiſcop. in eumdem Pſ.

Pſal. 120.

Alia lect.

In l. de gaud. & doloribus B. V. M.

Audiamus quæſo, Dauidem ſic mirè hac de re prædicentem. *Adiuuabit eā Deus mane diluculo, Deus in medio eius non commouebitur.* Sed quare vti eiuſdem aduerbii ea repetitione, nonne ſufficiebat dicere diluculo, vel mane? vtrunque tamen vna dixit, coniunctim adhibuit. Et quidem non ſine optima in propoſito ratione. Si eam Dominus Deus tantum in natiuitate, in viſitatione, in annunciatione ſanctificaſſet, proculdubio mane adiuuiſſet, vt ſic ſanctificata, puriſſima appareret. Sed mane diluculo, valde prius ante, nimirum in eius conceptione, eam præſeruauit, ne caderet, ne originali culpa inficeretur, adiuuit. Nec parum iis, quę immediate ſequuntur, verbis hoc idem cōprobatur. *Deus in medio eius non commouebitur.* Serpente Thalamum Regis ingrediente, Rex ipſe egreditur, non enim bene ii ſimul. Propheta Dominum de ſuo Thalamo, de Virgine Sancta ſua matre futura non ſe commoturum, non egreſſurum dixit, certiſſimum ergo ſignum, quia mox in eam diluculo in eius videlicet conceptione intrauit, nec receſſit; igitur in eam culpa originalis. Dæmon occaſione tali minime introire potuit, ſiquidem Deus, gratia eius, & peccatum apponuntur valde, nimirum priuatiuè. Sic ſemper pura, & immaculata Virgo Maria. Quod in eam ſi culpa quæuis introiſſet, propemodum ipſa Virgo tota commota, excluſa innocentia, exiuiſſet, ſed nullatenus

Pſal. 45.

Ibidem.

Simile.

Digitized by Google

A tenus ei contigit ita, ex Domini vigilantia, & gratia. *Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet, qui cuſtodit te.* Sic vbi ſupra ſubſequitur immediatè Rex Pſalmigerus ipſe. Idem Pſal. Ibidem.

Verùm hac de re multum diſſeruimus noſtro in libro de Gaudiis, ac Doloribus Beatę Virginis. Cui Titulus eſt. *Lectulus Salomonis.* Illuc ſtudioſum recurrere lectorem ne pigeat. Attamen hoc vnum hic ſilentio præterire nequeo Maria Virgo pulcherrima, ſemper intacta, immunis ab omni culpa. In memoriam reuocetur illa Serpenti callidiſſimo pœna à Domino Deo inflicta. *Terram comedes cunctis diebus vitę tuę.* Quod admirans Oleaſter, ait, numquid metuebat Deus, poſſe ſerpentem illum comedere Cælum? cui terram tantum ſtatueret eſſe cibum? Non quidem ita, ſed myſterium ineſt. Diuus Pater Auguſtinus ibi dixit, per terram intelligi peccatorem, Diaboli cibum, eius dentibus nempe peccatis corrodendum. Per cælum verò non nefas eſt, intelligere Beatam Virginem Mariam: *Cælum Cæli Domino, &c.* Benè quidem illa Cælum Cæli, quia templum Spiritus Sancti, dicatum filio Dei, Cælum humanitatis filii Dei omnipotentis. Illam Diabolus terram, nimirum peccatorem pranſurus; iſtud verò Cælum nullatenus. Ergo immune ab omni dolo habe: ergo illa penitus intacta à quibuſuis dentibus ſerpentis, ab omni iuriſdictione Diaboli. Lectul. Salō. Gen. c. 3. c. Oleaſt. D. Aug. Pſal. 113.

Mirandum ſanè in modum hoc. Cum vniuerſa vniuerſalis diluuii aquis,
B homines, animantia, arbores, ædificia quæque ſubmerſa fuerint, non iniuria quæritur, vnde, atque, quomodo præſeruaretur, illa oliuę planta, de qua ramum columba? quod expendens Sanctus Ambroſius, ait, cælitus vtique factum; quoniam ea oliuę arbore figurabatur Beata Virgo Maria, quę de ſe apud Eccleſiaſticum: *Ego, ait, quaſi oliua ſpecioſa in campis.* Quæquidem ab omnibus culpę aquis illeſa, intacta, noſtram ad conſolationem æternam, velut puriſſima Dei mater, virgo immaculata, de qua ſumpſit ille ramum, naturam videlicet humanam. Suauis hæc oliua nobis, amariſſima cunctis hoſtibus antiquis, prout infra ſuo conſideratur loco. Gen. c. D. Amb. Eccl. c. 24 b.

Benè verum eſt, beatam Virginem Mariam Domini gratia ſua in Conceptione præuentam, adiutam ea, ne originali culpa, macula inficeretur. Chriſtum verò Dominum ſua natura omnino ab ea immunem, & puriſſimum. Qua propter in Canticis de ipſa Sponſa dicitur. *Sicut Lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Sponſus verò cæleſtis ſe ipſum appellauit vtique lilium, ſed non inter ſpinas, benè tamen in conuallibus, & florem in campis. *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Quorſum ita? hæc vnde differentia? quoniam inter ſpinas lilium flante vento, vel vt cumque moueatur, ſpinarum acuminibus perforatur, ni adiutum firmiſſimè teneatur. At in vallibus, vel in campis ſpatioſis exortus flos ſiue dũ ibi reperitur, à ſpinis, & earũ punctionibus tutus eſt, immunis, illeſus ſic, ſic ſuo mirabiliori modo dicamus. beatiſſima illa Virgo in-
C ter ſpinas, vt ſic dicam, parentum, & cognatorum in ipſa originali culpa conceptorum exorta ni diuinitus adiuta, præuenta, præſeruata, proculdubiò ita contraxiſſet & ipſa. At Ieſus Chriſtus benedictus ſua omninò natura tutus, nullo aliorum auxilio fretus, ea, & omni culpa penitus expers, immunis, Spiritu Sancto conceptus, & impeccabilis exortus. Cant. c. 2. b. Ibidem.

De huius

D

De huius procerrimę Turris noſtrę portis, atque præcipuè de illius puriſſima conceptione adhuc nonnulla conſiderantur.

SI verò de portis huius quàm excelſę Turris agatur, ſanè conſiderando has à Domino Deo proſpectas ſummopere dilectas, non nefas eſt illud Prophetę Dauidis in medium afferre. *Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.* Et quid formoſius illę Sion portę habebant, vt magis quàm vniuerſa Iacob tentoria, & papiliones in amore Dei eſſe dicerentur, mererentur? dicente ſcriptura. *Quàm pulchra tabernacula tua Iacob.* Quantum ad hiſtoriam, atque moralitatem etiam dicamus, Iacob papiliones extitiſſe formoſos proceritate, atque diuitiis, ex Egypto per Iudæos illinc egredientes deductis. Portę verò Sion Arcis, ſiue illius Turris, erant arctę, paruę, ſecuritatis maioris ratione, quibus indicabantur humiles, & mites, Deo pergrati; cõtra verò ſuperbi. Item iuxta Iudæorum enarrationem, prout & nos alias eã citantes diximus, ſuper muros Sion, & eius portas erant ſtatuę, ſeu imagines Abraham Iſaac, & Iacob, ſeruorum Domini Dei humilium, quorum reſpectu, & intuitione Deo illę portę dicebantur plurimum dilectę. Verùm myſticè, noſtroque in propoſito, per eas portas intelligamus conceptionem, natiuitatem, & mortem Beatę Virginis Marię, per eas enim hunc in mundum puriſſima ingreſſa, & per hanc glorioſè quidem egreſſa ſuper choros Angelorum eleuata fuit. Has portas Deus diligit, ergo puras, ſine defectu præſeruatas. At ſi quis diceret Deus etiam peccatores (quatenus conuertendos) diligit; dicente Diuo Patre Auguſtino. *Si enim peccatores Deus non amaret, de Cælo nõ deſcenderet.* Reſpondetur totum id vtique verum, ſed ſupra dixit Propheta huiuſmodi portas ſuper alias omnes eſſe dilectas, ſic Beatam Virginem ſuper omnes purè creaturas à Deo dilectam, quia illis omnibus puriorem, nitidiorem in his portis, & omnibus actibus ſuis.

Pſal. 86. | Num. c. 24. a | In Horto Pred. can. edendo. | Diu. Aug. tract. 49. in Ioann.

E

Iterum autem de his benè communitis portis huius noſtrę myſticę Turris Beatę Marię Virginis perbellè exponi, & intelligi potet illud Canticorum ſeptimo. *Mandragorę dederunt odorem ſuum in portis.* Mandragoras inquit Gloſſa Ordinaria eſſe. *Poma quam pulchra, & odorifera.* Plinius vero, & Dioſcorides dixerunt eſſe quaſdam herbas, vtique ſuaue redolentes, & facientes feminas eſſe valde fecundas, quibus bellè nõ minus ſignificari poſſe videntur tres perſonę Trinitatis Sanctiſſimę, quę in illis omnibus portis huius tantę turris ſuauiſſimum Sanctitatis, puritatis, virtutis odorem dedere, & Virginem Matrem ſine Virginitatis detrimento fecundam immenſi partus effecere. O clariſſimę portę tantas, atque tales ſuauiſſimi odoris, & diuinę virtutis mandragoras, redolentes, portate nos ad cæleſtes, & glorioſos conſortes, ad dandas ibi noſtrę munitiſſimę Turri, & eius diuino effectori perpetuo laudes, cui quidem propoſito non minus facit illud in officio conſecrationis Eccleſię.

Cant. c. 7. d. Gloſſ. Ord. Plin. lib. 25. c. 13. Dioſcor. lib. 4. c. 61.

F

Portę nitent margaritis,
Adytis patentibus, &c.

In. dedic. Eccleſ. Lyran.

Diuinę margaritę tres beatiſſimę Trinitatis perſonę, quę huius Turris portas exornauere, præſeruantes eam, nequid immundum accederet, nec etiã ad eius portam primam nempe conceptionem. Patent verò adytus cunctis fidelibus deuotè, ſuppliciterque accedentibus, vt per eas ad cæleſtium conſortia beatorum transferri, & ingredi mereantur. Has portas ſibi ad deuotionem, ad pietatem, ad ſalutem, illuc vt ingrederetur, ſupplex exorabat ſic Rex Pſalmigerus Vates. *Aperite mihi portas Iuſtitię ingreſſus in eas, confitebor Domino, hac porta Domini iuſti intrabunt in eam.* Prius ſub numero plurali, & poſtea ſingulari quoniam quinque plagę in petra, in Chriſto Crucifixo; ſed vna principalis in latere eius:

Pſal. 117.

Digitized by Google

A multę portę noſtrę Turris myſticę, vt conceptio, natiuitas, annunciatio, & partus, hinc ad cæleſtia exitus, ſed harum vna, ſeu prima, conceptio. Quam benè inquit Dauid eſſe Domini, quæ etiam prælectauit, iuſtis, deuotis patentem, impijs verò indeuotis, obſtinatis contra. Dicitur verò iuſtitię, quoniam tantę Virginis precibus, & meritis ab ipſo Domino iuſtificamur, & ipſa Cæli porta eſt, qua furſum portamur ad Cælum.

Formoſa hæc Turris, cuius portę, ac quæcumque in ea redundare, atque referta ſanctitate, vbertate, poteſtate dicuntur ex eo, quia Domini erat, & quatenus mater eius præordinata fuerat ipſa Virgo Maria. Formoſum, precor, in propoſito conſideretur eadem de Virgine Beata, dictum illud quoq; Canticorum. *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis filia principis.* O bonè Deus ergo illa formoſa, humilis ſponſa in pedibus, in calciamentis in greſſibus ſic attentè, perſpicuè inſpiciebatur? maximè præſertim dato ad propoſitum ſenſu myſtico. Communiter aſſerunt per huiuſmodi greſſus, & formoſitatem ſponſę in calciamentis intelligi Beatę Virginis conceptionem, ingreſſum, & initium eius ad eſſe. Sed mirandum in modum, quoniam Moyſi accedente ad videndum Rubum ardentem iuſſit Dominus, vt ſolueret calciamenta de pedibus; ſponſa vero coram cæleſti ſponſo calceatis pedibus ambulabat? ergo eam conſiderate nedum affectu, ſed initio, & conceptione ſuo mundiorem ſuper quemcumque Domini Dei ſeruum, & Moyſem, qui factus fuit Deus
B Pharaonis. Cant. c. 7. a. Exod. c. 3. b.

Super hæc verò addit Rupertus Abbas, affirmans, per candidos, & formoſos calceos, ratione tanti candoris, & formoſitatis, ſignificari incarnationē Domini, quando in Beatę Virginis vtero ſe induit Deum humana natura, innocente, paſſibili, mortali, puriſſima. In ordine ad quod opus mirandum, cæleſte, diuinum, Virgo Maria Mater eius debuit eſſe formoſiſſima in omni ſuo inceſſu, nimirum à conceptione incluſiuè vſquequo aſſumeretur in cælum adeleuari, & coronari ſuper omnes choros Angelorum. Quod autem noſter vertit. *Filia Principis.* Alij licet exponendo legunt *Filia patris omnipotentis.* Et benè quidem, cum ſit mater filij, & ſponſa Spiritus Sancti. Quid igitur mirum & ſi nullum ipſa incurrit peccatum? tota Trinitas Beata eam ſibi talem præſeruauit immunem. *Magnifica illum, ò Beata Virgo, qui te ab omni peccato super omnes homines præſeruauit. Quis enim dicere poterit ſine peccato ſum natus, aut mundus ſum ab omni iniquitate; niſi illa Beatiſſima Virgo, quam Deus ſic elegit, & praelegit ante mundi conſtitutionem, vt ſancta, & immaculata Mater Dei eſſet?* Ita Diuus Pater Auguſtinus dixit relatus à Buſto in quodam ſermone ſuo, quem de Beatę Virginis Marię conceptione habuit. Rupert. Abbas. D. Auguſt. à Buſto relatus

Similiter quantum ad eius puriſſimam conceptionem, ſiue vt ſic dicam plantationem, exponuntur pulchrè quidem à Ruperto Abbate illa quarti Cantici verba, huic cæleſti ſponſę facta. *Emiſſiones tuę Paradiſus malorum punicorum* Rup. Abb in Cant. 4. c. 6.
C Ac ſi dixiſſet, ait, primam egreſſionem tuam, quę dubio procul per Conceptionem eius fuit, velut quidam Paradiſus, ſine luto purus ſine macula formoſus, ſine pudore ſuauis, ſine ſpinis floridus, ſine ſterilitate fructuoſus. Quod ſi dicas, in Terreſtrem Paradiſum fuiſſe ingreſſum ſerpentem perfidum Dæmonem, & peccati noſtrorum parentum patrationem. Reſpondetur verū ſed non ab eius conditionis initio, inſtanti; & quatenus fuit a Deo conditus. Maria autem Virgo Paradiſus à Deo factus, à primo etiam ſuę conditionis inſtanti gratia præſeruationis tutiſſimus. Cuius emiſſiones ſine peccatorum ſpinis omnes, à quo ſua gratia numquam receſſit ipſe Deus. *Deus in medio eius non commouebitur.* Flores virtutum odorans, & lilia puritatis colligens. De qua re Diuus Bonauentura inquit. *In ipſius Conceptionis primordio Spiritus Sanctus Mariā ſingulari gratia à peccato originali præſeruauit.* Præcipua verò huius intacti Paradiſi emiſſio fuit benedictus fructus ventris eius, Ieſus Chriſtus in ſæcula benedictus, æternus cum gloria Paradiſus, matrem glorioſè coronans, nobis gratiam, elargiens, & vitam æternam promittens. Pſal. 45. Diu. Bonau. ſerm. 2. de B. V.

S De magna

De magna Beatę Virginis Matris virtute fortitudinis aduerſus hoſtes humani Generis, & ad dandum nobis in neceſsitatibus auxilium.

Quę ædificata eſt cum propugnaculis.

PRAEFATIS Canticorum verbis pulchrè quidem noſtrę tantę Turris myſticę ſecuritas, & roboris fortitudo indicatur. Nicolaus Lyranus in illud Matthæi vigeſimo primo. *Ite in Caſtellum, quod contra vos eſt* ait per illud intelligendum eſſe Ciuitatem magnam Hieruſalem. Caſtellum à Domino nuncupatum, ob ſecuritatem, & fortitudinem eius magnam, ſi quidem cum fortalitiis, nempe propugnaculis ædificatam, & vallatam. Ita & nos noſtro in propoſito dicamus, propugnaculis virtutum, meritorum, poteſtatumque circundatam, refertam bene vallatam Virginem hanc beatiſſimam, Contra quam propterea nec vniuerſus orbis cum toto Infernorum impetu minimum quid poteſt; ſed ea viſa, vel a nobis inuocata, iubente, timentes obediunt, trementeſque contemnuntur. Cui propoſito bellè facit illud ſimiliter Canticorum, eidem Virgini Sponſę matri dictum. *Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora, ſicut Hieruſalem, Terribilis ut caſtrorum acies ordinata*. O bone Deus, quid formoſitatis, ſuauitatis, quid Solis, & Lunę cum caſtrorum acie? illa in Cælo aſtra, hæc verò terris ordinata? Attende, quomodo id bene noſtro in ſenſu declaretur, & intelligatur. E

Lyran. in Matt. c. 21.

Cant. cap. 6. a. b. c.

Aliquando quę benè munita, & circumuallata ſunt ad ſui defenſionem, ad aliorum protectionem, & inimicorum fugam, ſeu necem etiam, pulchra, & formoſa, ſuo quidem genere dicuntur, iuxta illud Numerorum. *Quam pulcra tabernacula tua Iacob*. Nimirum communita, robore, ac diuitiis referta, & benè circumuallata. Atque iterum illud Deuteronomii mirè quidē huic propoſito facit. Vbi Iacob de benedictionibus, & optimis conditionibus Ioſeph ſui dilectiſſimi nati ait. *Quaſi primogenita tauri pulchritudo eius*, Et quænam ſunt illa Tauri primogenita, vt eis tanti viri pulchritudo aſſimiletur? Diuus Pater Auguſtinus exponit, licet ad allegoricum ſenſum id referat dicens. *Primogeniti pulchritudo eius, cornua ſed hæc crucis Domini*, In eloquio autem Diuino pro cornu, robur, & virtus accipi ſolet. *Cornu eius exaltabitur in gloria, & exaltauit cornu populi ſui*. Immo, & in arte militari per ſimilitudinem ad indicandum exercitus robur, extrema eius cornua nuncupantur. Quibus quidem taurus, homo, exercitus ſe tuetur, & aduerſarios valdè arcere nititur. Pulchra igitur hæc turris noſtra, Virgo mater deuotiſſima dicitur, quoniam fortis, valida ad profligandos hoſtes ſuos atque noſtros, Dæmones perfidos, atque ad ſuccurrendum nobis in neceſſitatibus cunctis. Propterea ſicut Hieruſalem pulchra, cum turribus, & fortalitiis ædificata; propterea ſub eius vmbra, & protectione viuamus, ne quorumque inimicorum rabiem, & impetū timeamus. F

Num. c. 24. a.

Deut. c. 33. c.

D. Aug.

Pſal. 88. & 148.

Veget.

Item in diuinis ſcripturis quandoque pro pulchritudine intelligitur ſegetum abundantia, & gratiarum copia: quo in ſenſu dictum creditur illud Dauidis in perſona Domini. *Pulchritudo agri mecum eſt*. Sed quænam eſt hæc pulchritudo agri? proculdubio flores, fructus, poma, vuę, grana, & id genus vniuerſa. Hæc pulchritudo etiam in manu Dominę noſtrę ad ſuccurrendum pauperibus, neceſſitatem patientibus, & famem in via hac obſonantibus. Sed vt apud eamdem & pulchritudo, nimirum copia, multitudo, abundantia pro conſolatione, prouentu, robore ſeruorum ſuorum, quos mirè quidem ſuos deuotos famulos eximiis donat, ditat donariis. Cum magnus ille patriarcha Iacob breui moriturus ſuis ad lectum congregatis natis hæreditatem diuideret, du-

Pſal. 49.

A plicem, ſeu aliam partem (alias extra) Ioſepho donauit, non autem ceteros quoque natos ita pertractare valuit. *Do tibi*, ait, *partem vnam extra fratres tuos*. Gen. c. 48. e. At Virgo benedicta hæc potens, ditiſſima mater, & domina noſtra tantam opum tum ſpiritualium, tum temporalium copiam habet, vt ſuos domeſticos, & deuotos duplicibus bonis omnes ditare, valdeque locupletes efficere poſſit. *Omnes domeſtici eius veſtiti duplicibus*. Quoniam ſanctorum multi, atque omnes, vnde nobis elargiantur, à Domino congregauere, at Virgo mater immaculata ſuper vniuerſos habet, poteſt, Regina Cæli, Domina mundi, mater Ieſu Chriſti. Cui perbellè ſic. *Nihil tuę reſiſtit potentię, nihil repugnat tuis viribus, omnia cedunt tuo iuſſui, omnia tuę poteſtati ſeruiunt*. Inquit Diuus Gregorius Nicomediç Archiepiſcopus oratione de exitu beatę Virginis, cum in templum oblata fuit. Prou. c. 31. c. Diu. Greg. Nicom. Archiep.

Magnus ille Alexander Macedo cum Alexandriam ciuitatem ſuâ à nomen elatura ſic appellandam ædificare contenderet, eiuſque mœnia iam de facto iacere cæpiſſet, non habentibus operariis tanta pro re calcis copiam nimirũ ad ſufficientiam, ſuo de cellario, ſelectiſſimam tritici farinulam candidiſſimã eo pro negotio, ac eius complemento afferri iuſſit, quâ quidem ſolidiora cõ ſurrexere fundamenta. Quod eius Augures, & fatidici magno pro portento attendentes, dixere Ciuitatis conſtruendę abundantiam, fortitudinem, ad eamque populorum fore concurſum, & inhabitationem, quàm clarà id ſigni ficaſſe. Pier. Valer. lib. 1. Cap. Aduen. item. Lectul. Salomon. p. 2. flore 1.

B Quę non minus pulchrè accommodari poſſe videntur, prout & alias nos conſiderauimus, immaculatę Virginis Matris Conceptioni, ac tantę turris myſticę conſtructioni. Huius fundamentum ſiue initium proculdubio fuit eius Conceptio. In hac ipſe fundator candidam appoſuit farinulam de ſuę omnipotentię theſauro, nimirum, ſine macula puritatem. Qua de re Dauid *Et ipſe fundauit eam Altiſſimus*. Ex hoc magna ei pro nobis bonorum abundantia fortitudo, poteſtas ad ſubueniendũ & ad repellendos à nobis hoſtes antiquos. Pſal. 86.

Ecce quàm optimum fuit eius fundamentum, ex quo conſurgit ipſa formoſa turris, & excelſum ædificium vſque ad ſuprema Cælorum. *Altitudinis firmamentum pulchritudo eius, & ſpecies Cæli in viſione eius*. Mirabile quidem dictu, beatam Virginem contemplari, eſt Cælum ipſum intueri. In ea enim dum filius Dei, neceſſariò ex conſequenti tota diuinitas, & diuinarum ipſarummet perſonarum per eſſentialem concomitantiam Trinitas. Cælum pluit, grandinat, fulminat, ſerenat, ſerpentes occidit, terram germinare floreſcereque facit. Sic ſic ſuo maiori modo Beatiſſima Virgo, ſerpentes Dæmones in fugam dari facit, nobis generosè ſuccurrit, virtutem, & bonorum operum germina producere cum floribus, & fructibus efficit. Immo & cum Beato P. Auguſtino maiorem Cælo eam nuncupare non timeo. *Si te Cælum, ait, vocem maior es: ſi matrem gentium præcedis: ſi formam Dei te appellem, digna exiſtis*. O dictu, & auditu mirandum impauidè Dei forma nuncupatur, non quod in ipſam Deus, vel ipſa Eccl. c. 43. a. Diu. Auguſt. ſerm. de Aſſump. V. M.

C in Deum transformetur, Deus ipſa efficiatur; ſed quoniam ipſa in ſe deitatem continuit, Dei filium ſuo in vtero concepit, portauit, & hominem effectum peperit in mundum. Quare & nos inuocantes eam, Dei ſic formam, Cæli ſic ſpeciem appellamus, ab inimicis inexpugnabilem, & quorumque bonorum magnam copiam ſuis deuotis pluere facientem. Populus Domini Dei fidelis dilectus, Virginis immaculatę deuotus ſub vmbra eius excelſę turris tutiſſimę Ciuitatis Dei excelſi, & rorantis Cæli in pacis requie in bonorum præſertim ſpiritualium opulentia, & largitate ſedeat. Sic Iſaias Propheta prædicente. *Et ſedebit populus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducię*. Sic pulchra Virgo Maria, & pro nobis pulchritudine pacis, ſecuritatis, iucunditatis ſub illius vmbrâ deuotione magna ſedeamus, ſic tuti erimus, quos diligit, & ſaluabit Dominus Iſai. c. 32. d.

Sequitur verò diuina ſcriptura eam ibi appellando ſuauem, & decoram, nec iniuria quidem. Suauitas ad guſtum, vel olfactum; decor verò ad proſpectum. Illa eſt florum, & fructum; iſtę autem formę, vel molis, ac ſtaturę. Prout de Monte Carmelo prædicatur apud Iſaiam ſic. *Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, & Saron*. Quorum vterque locorum, & florum, & fructum ſuauitatem habet; rectę verò, & formoſę proceritatis decorem. Quę modo quidem excellentiori iure dicantur competere noſtrę Turri fortiſſimę Virginal beatiſſimę. Virtutum ſuauitas, altitudiniſque decor ad fugandos Dæmo- Iſai. c. 35. a.

S 2 nes,

Plin. & Pompon. Mela.

nes, & ad protegendos nos Chriſti Domini fideles. Referente Plinio, quidã locus in Sicilia reperitur ſuauiſſimis, ac denſiſſimis concitus floribus, quo ferę, ſeu canes venatici accedentes olfactum amittunt, atque fermè immobiles ſiſtunt, hominibus verò contra accidit, nam illuc appropiantes eo magno ſuauitatis odore reficiuntur, & conſolatione ſuo modo replentur. Quę omnia difficile non eſt referre ad Beatam Virginem, & ei perbelle cuncta accommodare. Ad ipſam virtutum, & meritorum ſuauiſſimis floribus refertã, opertam accedere, eius eximię ſuauitatis odorem ferre nequeunt, perfidi Dæmones, venatici ipſi canes, vires amittunt, ſiſtunt, immo, & pro refugio fugam arripiunt. Cui quidem illud Dauidis non nefas eſt dicere. *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit.* Nempe ſpiritus Domini malus, atque quicunque defectus, tum viuentem in terris, tum rediuiuam in Cælis. D

Pſal 90.

Homines verò tantę Virginis beatiſſimę deuoti, eius meritis, & precibus expoſiti recreantur, reficiuntur, robore, & conſolatione donantur. Hinc bene ipſa dici poteſt Regina florum, non quidem vt illa inanis femina, cui flores offerebant Romani, quę ideo flora nuncupabatur; ſed iure optimo Reginę noſtrę debentur roſę, cum mater ſit caſtitatis, ſuauitatis, conſolationis. quare illud Canticorum. *Ego flos campi.* Rabbini Salomon, Kimi, & Abneſdra cum aliis non paucis eſſe verba ſponſę interpretantur. Hebræi verò legunt. *Ego ſum Roſa Saron.* Qui campus eſt inter Iopen, & Cæſaream, vt in comentario illius loci adnotauit Aquila. vbi Roſę multę, atque ſuper ceteras aliorum locorum pulchritudinis, & ſuauitatis eximię. Alii verò vertunt. *Ego flos Saturitatis.* Hæc; hæc eſt, quę nos nedum refici, ſed & ſaturari dat; quod nihilominus Dei proprium ſolius eſt; cui Dauid. *Tunc ſatiabor cum apparuerit gloria tua.* Sed illa mater eius eſt, cui nihil denegatur ab eo, quem concepit, peperit, adorauit, florum, & ſuauitatum Regina. Quam Hortum concluſum, atque delitiarum ex Canticis appellarunt Eſichius, & Diuus Bernardus. Huius eximia puritatis, humilitatis, ſanctitatis, ſuauitas Dæmonibus officit, nos verò reficit: illos fugat, nos verò recreat, atque donariis cumulat. E

Cant. c. 2. a.
Rabbi Salom & alij.
Alia lect.
Aquila.
Cirill. lib. de Incar c. 9.
Eſich.
D. Bernard. in Cant. 7.

Sed reuocemur, quæſo, iterum conſideranda intimius aliquantulum, quę ſupradicta ſunt Iſaię verba hæc. *Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, & Saron.* Libanus pretioſorum fructuum locus. Carmelus mons magno decore proceroſus. & Saron, vbi florum, ac præcipue roſarum formoſiores, & miræ plantationes. Horum gloria, decor, & ſuauitatum cumulatio data cælitus fuere beatę Virginis Marię. Ideoque iure dicitur à ſponſo pulchra, ſuauis, & decora, nimirum magna integritate operum, excelſa cumulatione virtutum, ſuauis continuatione deprecationum. Quibus cunctis Dæmonum fugatrix, hominumque conſolatrix quotidie magis exoranda innocanda à nobis. & iterum, iuxta linguę Sanctę Profeſſores, & eiuſdem verborum interpretes. Libanus ſonat. *Candor.* Carmelus verò. *Scientia circumciſionis, vel ſciens circumciſionem.* Saron autem ſic. *Princeps mæroris.* Hæc ei data fuere, quę propterea puritate vere candida, atque quaſi in ipſum candorem conuerſa. Scientiis plena, optimè tenens circumciſionem eſſe, tunc ſalutis locum, ſed per baptiſmi ſacramentalis candorem euacuandam; aque demum Princeps ipſa mæroris, præcipuè in dilectiſſimi Nati paſſione, & morte, dumque ad Crucem eius pendentis lacrymaretur dolens. Quę benè poterat vſurpare illa Hieremię verba *Poſuit me deſolatam, tota die mærore confectam.* Vnica tantum die? non ita intelligendum, ſed ibi pro die tota dierum ea pluritas accipienda, & vitę ipſius vniuerſum tempus; nam ante nati paſſionẽ prænoſcens de ipſa cogitabat dolens, & poſtea quoque recogitans mærore replebatur, cuius candor, ſcientia, mæror fuere, atque ſunt in fugam Dæmonum, in conſolationem verò hominum, ad eam recurrentium. F

Vbi ſupra.

Interp. ex Hebr.

Tren. c. 1. e.

De cuius Virginis ſuauitate, ac mærore ad gratum faciendum Domino, ad officiendum Diabolo, ad ſuccurrendum deuoto ejus populo non minus eſt conſiderandum illud quoque Canticorum primo. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo Nardus mea dedit odorem ſuauitatis.* Nardus paruula, ſed ſuauis, & valde odoroſa herbula eſt, vt ait Dioſcorides, per quam quandoque etiam accipitur vnguentum ex ea confectum. Qua ideo iuxta communem ibi, humilitas bellè intelligenda,

Cant. c. 1. d.

Dioſcor. lib. 1. c. 16.

A ligenda, in conſpectu Dei, atque populi valde ſuauis, & pretioſa virtus. Per Regis verò æterni accubitum Diuus Pater Auguſtinus intelligit ſinum Dei Patris omnipotentis, & in eo vnigenitum eius filium. Sanctus verò Ambroſius exponit hoc idem de ipſa Incarnatione Dominica, nam Deus filius in Beatę Virginis Marię vtero velut Rex in ſolio, & accubitu ſuo. Idem quoque ſentiunt Beda, & Aponius. Addit verò Ghiſlerius ex aliis non minus intelligendum de ipſo Domino homine facto, & in ſinu matris ſuę, inter vlnas eius ad vbera recumbente.

D. Auguſt. lib. 1. de Trinit. c 8. D. Ambroſ. ſerm. 3. in Pſal. 118. Verſ. 1 Beda. & Apõ. Ghiſler.

Item eius accubitus fuit Crux, cui nedum aſſidebat ſed & clauis affixus erat Cuius Regis Diadema tunc ſpinarum corona; Sceptrum, Lancea; Annuli, Claui; numerus aulicorum, turba impiorum, ei dire imprecantium. Alij demum etiam per eius accubitum intellexerunt ipſiuſmet Reſurrectionem, & in Cælum Aſcenſionem, ad Dei Patris omnipotentis dexteram. Tunc ſic. Suauiſſimus odor ſanctę humilitatis, & deprecationis Beatæ Virginis, ſe ſeruulam dicentis, conſcendebat ad altiſſimi filium ante Incarnationē eius, in ipſo Incarnationis actu, dum in vtero illum gerebat, dum inter vlnas Natum lactabat, dumque in Cruce plorans, eleuatum intuebatur, & compaſſionis dolore piiſſima mater angeretur; ſic, ſic de Nardo ſua talis ſuauitatis odorem dabat, dum in huiuſmodi accubitu ſuo multiplici Rex æternę gloriæ exorandus eſſet, ſicut & modo in Cælis.

Iuſtus Orgelit. D. Anſel.

B Conſueuerat olim Deus, prout in eloquio veteri diuino legitur, delectari, placarique fumis aromaticis ſibi oblatis; qua de re textus. *Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis, & ait. nequaquam vltra maledicam terrę propter homines.* Iterum, ſapiens quoque dixit, Aaronem per incenſi odorem diuinam placaſſe iracundiam. *Proferens ſeruitutis ſuę ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem allegans reſtitit irę, & finem impoſuit neceſſitati.* Sic Deo placens, eum ab iracundia, & vltione remouit, inimicos fugauit, mentis optata conſecutus fuit. Et noſtris nos tempeſtatibus incenſi fumigationes cum orationibus ſuper altaria Deo ipſi quoque ſupplices adolemus. Quàm verò talia myſtice ſignata Domino Deo pulchrè obtulerit ipſa Virgo beata, luce clarius habetur ex eo Canticorum, vbi Doctor Guillelmus exponendo, & venerando ait. *Beata Virgo, inſtar virgulę fumi ex aromatibus fuit, recta per actionem, fragrans per bonam famam, ſurſum erecta per mentis ſinceram intentionem.* Actione continua in Dei laudem; in hominum vtilitatem, & in Dæmonum expulſionem intendebat: optimę famę vitę, ac omnium virtutum, ei competentiū in conſpectu Dei optime redolebat: quod æquum, quod iuſtum eſt, dumtaxat attendebat. Quod ex his, quę immediatè ibi ſequuntur, verbis pulchrè intelligi datur. *Et vniuerſi pulueris pigmentarij.* Vniuerſi dixit ſanè ad ſignificandum nihil defuiſſe ſpiritualium aromatorum, ei, quę cæleſtium chariſmatum fontem genuerat.

Gen c. 8. e. Sap. c. 18. d. Guillel. in Cant. c. 3 a. Apud Carth de Aſſumpt. B. V. M. Eod. Cant.

C

Proſequitur Auctor idem argumentum de beatę Virginis Marię lucidiſſimo fulgore, ad nos colluſtrandos; Dæmones verò fugandos.

Mille Clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

QVAM perfidi Dæmones huius perexcelſę Turris, huius beatiſſimę Virginis pertimeſcant formoſitatem, odio habeant ſplendorem, metuantque fortitudinem, & robur, ex eo argumentari decet, quod in Canticorum Canticis de ipſa dicitur. *Quę eſt iſta, quę progreditur quaſi Aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Bene quidem dicitur, quaſi Aurora conſurgens, de qua ſolem exoriri dixerunt,

Cant. c. 6. d.

prout

Digitized by Google

prout hominum oculis manifeſtatur. A mundi origine in eius videlicet exor- D
Gen. cap. 1. a. b. dio chaos erat, atque tenebræ ſuper faciem terræ, fecit verò Dominus lucē,
& poſtea ſolem, quarta ſcilicet die. Vbi dixere multi ſolem ex ea luce prima
inde factum. Quod nihilominus Diuus Thomas diſtinguens, optimè facit con
D. Thom. 1. p. q. 67. a. vlt. ad. 2. arg. cordare diuerſos ibi dicendi modos, ſiuè opiniones, nimirum inquit, eam
lucem primam à Deo factam, fuiſſe lucem vtique ſolis, ſed informem; quar-
ta verò die clarius, & quoad quoſdam effectus, Sol, Deo iubente, apparuit
ſic factus. Quæ omnia peregregiè referri poſſunt, & accomodari beatæ Vir-
gini Mariæ; namque ſecundum literam de rerum creatione leguntur, ſi etiam
iuxta moralem ſenſum conſiderentur, nullum nefas eſt.

In ipſius mundi conditione erant tenebræ ſuper faciem terræ vniuerſam,
Deus autem fecit inde lucem, & ex ea, prout dictum eſt ſupra, ſolem, vt luce
ret ſuper terram, & tenebræ diſſoluerent. Sic ſic ſuo modo à noſtrorum pa-
rentum nempe Adam, & Euę magna tranſgreſſione vſque ad Virginem Ma-
riam, lucem à Deo factam, & eius ſolem Chriſtum Dominum, tenebrę pec-
catorum denſiſſimę ſuper terram erant. Sed ea luce facta, eo ex ea ſole præ-
fulgente, miri ſplendores ad illuminationem, & directionem apparuerunt.
Conceptus, & conſideratio eſt Diui Petri Damiani, dicentis. *A peccato primi
parentis tenebrę factę ſunt ſuper terram vſque ad Mariam Virginem.* In cuius typum dica-
Petr. Dam. Rauenn. Epiſcop. ſerm. de Aſſump. B. V. M. tur fuiſſe illa lux primò creata à Deo. De hac inde ſol ille ſuo mirabiliori mo
do in mundi reparationem, ſalutarem ſplendorem Chriſtus. De quo Sancta E
Mater Eccleſia concinendo ipſi Beatę Virgini in eius Natali ait. *Natiuitas tua
Dei genitrix Virgo, gaudium annunciauit vniuerſo mundo, ex te enim ortus eſt ſol iuſtitię Chri-
In Nat. B. V. ad 2. Veſp. Antiphon. ſtus Deus noſter, qui ſoluens maledictionem, dedit benedictionem, & confundens mortem, dona
uit nobis vitam ſempiternam.* Cuius lucis huius ſolis emicantem ſplendorem ſpi-
ritualem inſpicere non valentes perfidi Dæmones, velut noctuę nocentes
terga vertunt; nobis verò ea lux, & ſol eius ſuo ſplendore magno mirum affe
runt ad ſalutem ſolatium.

Aurora ſolis prænuntia conſurgente beluę, & aues nocturnę abſcondun-
tur ſuis in cauernulis, atque arborum foraminibus: diurnę verò auiculæ ocu
los aperientes, eam naſcentem aſpicientes, mox efficacius excitantur, & in
canorem concentum dantur, hyrundines, philomelę, carduelis, atque
Simile. conſimiles, quaſi fugata nocte, de illuminata paulatim die gratias pulchrę
progredienti Auroræ certatim agentes. Sic noſtrę myſticę auroræ Virgi-
ni Marię naſcenti, ac natæ conſurgentes in choris, & organis laudes decan
temus, gratias prę viribus agentes ei, & ſoli eius indeficienti. Fugienti
bus inimicis Dæmonibus, & in fugam datis per eam, & eius formoſitatem mi
ram. De fidelibus auiculis concinentibus illud Dauidis interpretari poteſt.
Pſal. 103. *Super ea volucres Cæli habitabunt, & de medio petrarum dabunt voces.* Aues Cæli, ad Cæ
lum videlicet ſpectantes, ſunt noſtri ſpiritus, rationalium animæ ſuper ea ad
eam per mentis eleuationem, & ſingularem deuotionem volitant, ſeque piè F
inuoluunt, & de medio petrarum, nempe de medio etiam vulnerum Ieſu Chri
ſti, Angularis lapis, dabunt voces lacrymarum, laudum, & actionis gratiarū,
Cant. c. 2. d. ea ſunt foramina petrę, ad quæ in Canticis inuitatur anima, ſponſa fidelis.
Veni Columba mea in foraminibus petrę. De his, de horum medio melos demus nos
vocibus vtrique, progredienti, progreſſę Aurorę noſtrę, & Chriſto noſtro
diei ſoli æterno.

Sicut autem Aurora inter noctem, & diem mediat, ſiue in ea finem nox per
cipit, dies verò initium acquirit, ſplendeſcereque incipit, ſic ſuo excellentio
ri modo in hac Aurora Virgine Beata nox noſtrę amaritudinis euaneſcere, &
dies noſtrę iubilationis illuceſcere cæpit. Conſideraio, & conceptus eſt Ru-
Rup. Abb. in Cant. lib. penult. perti Abbatis libro penultimo in Cantica, ſic dicentis. *Quam pulcher ordo in iſta
tuę pulchritudinis, ò beatiſſima, prædicatione. Primum conſurgens vt Aurora pulchra, dein-
de vt Luna: poſt hæc electa, vt Sol. Quando nata es ò Beata Virgo, tunc vera nobis Aurora
ſurrexit, Aurora prænuncia diei ſempiterni, quia ſicut Aurora quotidiana finis prætéritę noctis
eſt, & initium diei ſequentis, ſic natiuitas tua, finis dolorum, & conſolationis fuit initium: fi-
nis triſtitię, & lætitię nobis extitit principium.* In Aurorę verò fine, die iam clareſcen
te, homines quoque magis ſolent excitari, ſurgere, & ad opera proficiſci. Ita
ſuo modo ex Aurora Virgine Maria facto die claro, orto iam ſole Chriſto, ho

mines

Digitized by Google

A mines de tenebrarum abditis, de peccatorum nidulis excitari, conſurgereq; cœperunt, & ad ſalutis opera ſe contulerunt. Talia forte perpendebat Virgo Cæcilia Chriſti ſponſa, quę dum carcere detinebatur, vocem extollens, huiuſmodi Auroram, & Solem venerabatur, ad hoc idem faciundum carceris cuſtodes exortando, & detentos ibi fideles plurimum confirmando. *Dum aurora finem daret Cæcilia exclamauit dicens. Eia milites Chriſti, abijcite opera tenebrarum, & induimini arma lucis.* Attendamus, imitemur, vt tantę Aurorę ſplendoribus collustremur, & Solis æterni, nimirum Chriſti Domini ſalutaribus radiis ſalui lucidata via ad cæleſtem Patriam feliciter perducamur. In eius vita Antiph. in breu. ad Veſp.

Quid vlterius de tantę Turris, de tantę Virginis pulchritudine dicam? quę vniuerſam Cæli pulchritudinem in vtero ſuo concepit, nempe Deum, & hominem, portauit, & in mundum peperit? iure quidem vulgatum illud adagiũ ad ipſam deuolui, & de ipſamet dici poteſt. *Thyrſa pulchrior.* Thyrſa pulchritudo interpretatur. Quid igitur ea formoſius, quę ipſa pulchritudine pulchrior eſt? Huius mira formoſitas, & ſi lunę, atque ſoli aſſimilatur, eſt ac ſi diceretur, prout exponit Bernardinus Buſtenſis, nihil excepto Deo, formoſius inſpici poteſt, ſicut in die nihil ſole pulchrius; & in nocte nihil quoque pulchrius luna. Qua etiam ratione faciem Chriſti Domini ſoli, & veſtimenta eius niuis candori aſſimilata legimus. *Reſplenduit facies eius ſicut ſol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.* Quoniam nihil pulchrius ſole, nil candidius niue nos intuemur. De tantę vero Virginis mira pulchritudine, eam intuitus Beatus Dionyſius Areopagita, in quadam Epiſtola ad Apoſtolum hæc interſeruit verba. *Defecit ſpiritus meus, defecit cor meum, tantę glorię maieſtate oppreſſus. Teſtor qui aderas in Virgine Deus, ſi tua doctrina non me docuiſſet, hanc verum Deum eſſe credidiſſem, quoniam nulla videri poteſt maior gloria Beatorum, quam felicitas illa, quam ego infelix nunc, nunc verò feliciſſimus deguſtaui.* Verum de formoſitate nedum ſpirituali, ſed etiam corporea eius alibi, nempe in libello de Doloribus, & Gaudiis Beatę Marię Virginis, diffuſius parte tam prima, quam ſecunda diſſeruimus. Quo recurrere, quæſo, lectorem ne pigeat, quę modo huc afferre prolixius nimis foret. Adag. Bernard. de Buſt. Matt. c. 17. a. B D. Dion. Areop. apud fereol & Carth. lectul. Salom. p. p. & 2.

Huius pulchritudinem mirantur homines, fugantur ab ea Dæmones? nos ea reficimur, illi hoſtes teterrimi perduntur. In cuius rei veritatem, cum perfidus hoſtis malignus, rebellis omnibus hominibus hac è vita decedentibus in illo mortis articulo appareat infeſtus, horribilis, monſtruoſus, ad Beatam Virginem in Domino mox dormituram non fuit auſus, non potuit. De qua Beatus Laurentius Iuſtinianus in ſermone de eiuſdem Beatę Virginis Aſſumptione ita. *Reſolutionis*, ait, *carnis imminente articulo, ſicut ab omni mentis, & corporis corruptione extitit libera, ita, & à mortis dolore aliena, nequaquam habuit, quod metueret. Non affuit, qui ſe illi apponeret inimicus, &c.* Quę partim deſumpſit ex Diuo Patre Auguſtino, in ſermone ſuo, quem de eiuſdem Virginis Aſſumptione habuit, prout etiam apud Patrem Carthagenam libro decimo quarto homilia quarta, de morte, ſepultura, & Aſſumptione glorioſa eius. B. Laurent. Iuſtinia. ſerm. de B. V. Aſſump. exd. p. Auguſt. C

Cui non ineptè dici poſſunt illa Dauidis verba. *Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt.* Cuius quidem veritatis teſtimonium optimum reddit Beata Brigitta ſuis in reuelationibus, vbi Beatę Virginis Marię Verba ſibi de filio ſuo Carolo moriente facta referendo inquit. *Ego cuſtodiui taliter animam eius ab ipſis immortalibus inimicis, id eſt Dæmonibus, quod nullus eorum attingere poſſet, ſed ſtatim cum egreſſa fuit à corpore, accepi eam in meam cuſtodiam ad defenſionem, quo facto turba Dæmonum feſtinanter fugit, & receſſit, &c.* Sed quid mirum ſic, cum ipſa conceperit, & genuerit eum, qui ſummum eis timorem, ac tremorem incutit, quos debellauit, & depreſſit? Quamobrem iure merito ipſa de ſe ait. *Ego mater pulchrę dilectionis, & magnitudinis, & timoris, & ſanctę ſpei.* Quia verè peperit honeſtiſſimę dilectionis profeſſorem, iuſſorem, qui eſt vniuerſi potens magnitudo, ſummo replens timore vniuerſos Inferni miniſtros, & ſpem ſalutis viuę dans nobis. Pſal. 103. Apud Carthag. lib. 18. Hom. 1. de cultu, & vener. erga B. V. Eccl. c. 24. a.

Præfatis denique rationibus dicitur pulchra, vt Luna, ſed re vera pulchrior eſt ea. Nulli dubium eſt pretioſiorem, formoſiorem eſſe carbunculum, quàm aurum, & argentum, quo circumligatur. *Sicut gemma Carbunculi in ligatura auri.* Modo apud Diuum Ioannem Euangeliſtam legimus, beatam Virginem ſole circumamictam, Luna verò calceatam, ergo illis eſt formoſior, & pretio- Eccl. c. 32. a

ſior vniuerſis. Iure tamen quis inquirere poſſet, quare electa vt Sol, eſſe dicatur? cui reſpondetur, quoniam elegit eam Dominus, in quam velut in ſolē, valdè ſplendidum, poneret ſolium ſuum. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum.* Et qui Symbolicè literis deſcribunt Ieſum, circumlineant eum ſolaribus radijs, ſanè ad indicandum eum inhabitantem velut Deum lucem inacceſſibilem, & eam ſeruantes, ac nimis penetrare tentantes, ab ea deprimendos. *Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria.* Electa eſt Beata Virgo Maria, vt ſol, quam inhabitaret Ieſus Dei omnipotentis filius lucidiſſimam. *Femina circumdabit virum.* Nempe vt ſciant rationales, & intellectuales quique tot, tantoſque eſſe illius puritatis, candoris, poteſtatis, auctoritatis radios, vt eos curioſè intueri penetrare tentantes, facillimè opprimi, obcæcari, retrorſum euerti; hac de cauſa etiam à Venerabili Beda nuncupatur illa, ſtellarum ſtella, nimirum velut clariſſimus ſol; qui talis dat & ſplendorem alijs. D

Pſal. 18.

Prouerb. c. 25. d.

Hierem. c. 31. a.

Ven. Beda, hom. in feſt. Annun.

Quamobrem benè quidem vocatur electa, vt Sol. Nulla creaturarum à tam multis Gentium nationibus electa fuit, vt coleretur, licet iniuſtè, quàm planetarum Princeps ipſe Sol. At Virgo Beata ab omnibus Chriſticolis electa ſuper omnes Sanctos, & ſpiritus Angelicos adoratur. *Elegit eam Deus, & præelegit eam; in tabernaculo ſuo habitare facit eam.* Sed numquid ad ſui æqualitatem, puritatem? minime, eſt enim impoſſibile. Verum in eadem Sella Regem, & Reginam morantes æque populi venerantur. Id veritatem habet, dum ſermo de ſolis, & puris creaturis habetur. De Salomone, ac Berſabea matre: De Aſſuero, & Heſter eodem in ſolio. At de Deo, & matre Virgine Maria proculdubio non ita. Ibi enim tabernaculum ſtrictè pro indiuiſibili loco, athomo, & æqualitate cum Deo nequaquam accipiendum, ſed quatenus poſt Deū & eius filium hominem factum, ipſa prior, dignior adoratur electa ſic, vt ſol Qui nunquam ſplendorem, quem habet amittit; Luna Eclypſatur per terræ interpoſitionem inter eam, & ſolem, ſic illa ſuum, quem recipit, tunc ſplendorem amittit, at ſol minime; ſed ſolum eclypſari dicitur, quatenus nos impedimur ab aliquo corpore interiacente, ne ipſum ſplendidum intueamur, ipſe verò ſui candoris, ſplendoriſque nihil amittit. Nos quandoque ſplendorem gratiæ amittimus, ſurſum inter Beatam Virginem, & nos peccatorum vapores eleuamus, & obſcuri manemus; at ipſa quem perlucidum ſplendorem dedit ei conditor ipſe, numquam amittit; ſed colluſtrata magis ſplendeſcit. Et quid eſt, quod Orbem hunc mortalium oculis ſplendidum efficit? Sol & Virgo Beata ob huiuſmodi effectum, præſertim ſpiritualem, vt ſol nuncupatur electa. *Sol dicebatur Virgo; quia ſicut ſol, illuminat, & quia ipſa abſtulit omnes hæreſes mundi, ſicut cantat Eccleſia. Cunctas hæreſes intermiſiſti in vniuerſo mundo.* Ita dixit Alexander de Ales in Pſalmos, conſiderando per ſimiles effectus ſolis, & Beatæ Virginis. E

In Offic. paru. B. V.

Apud Carthag. lib. 24. homil. 1. de Aſſump. & coronat. B. V. M.

Alex. de Aleſ. in Pſal. 18.

Et ſicut Sol nedum inferiora hæc ſuis micantibus radijs illuſtrat, ſed ſuperiora etiam, nimirum cæleſtia, illius ſplendorem ſuſcipientia illuminat. Vnde Auctor libri de proprietatibus rerum ait. *Sol in medio ſignifert incedens, byſſinos radios emittit, quibus ſuperiora, & inferiora illuminantur.* Ita & Virgo Beata ſolis inſtar, nedum inferiorem hanc Eccleſiam militantem ſanctitatis, & poteſtatis ſuæ radijs illuſtrat, & facit nos diſcernere bonum à malo, ac verum à falſo; ſed etiā ſuperiorem, & triumphantium Eccleſiam miris fulgoribus ſuis micans vultu ſuo irradiat, vt non immerito in illam conueniant ea Eccleſiaſtici verba. *Sicut Sol oriens mundo in Altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus ſuæ.* De ſole quidem miranda, & vberrimos effectus ratiocinantes Sancti Patres, & extranei Doctores enarrant, ſed præcipuè ex Diuo Ambroſio de ſole ipſo hæc habentur. *Sol eſt oculus mundi, iucunditas Dei, pulchritudo Cæli, menſura temporum, virtus, & vigor omnium naſcentium. Dominus Planetarum, decor, & perfectio omnium ſtellarum.* Diuus verò Dionyſius libro de diuinis nominibus, & ipſe hoc de ſole materiali ait. *Non ſolum illuminat, ſed etiam renouat, nutrit, cuſtodit, perficit, diſcernit, vnit, eſouet, fœcundat, auget, mutat, collocat, plantat, remouet, viuificatque omnia.* Quanta verò ceteri quoque Patres, & Doctores de eo fateantur, recenſere nimis prolixum foret. Quæ omnia quàm excellentius, & cumulatius competant Beatæ Virgini Mariæ non dubitauit, non ignorauit Salomon dicens. *Hæc ſpecioſior eſt ſole.* Licet de ſapientia intellexerit. Quæ nihilominus Dei caſtiſſimæ F

Incogn.

Eccl. c. 24. d.

D. Ambroſ. in exam.

D. Dionyſ. lib. de Diui. nom. cap. 5.

Sapient. cap. 7. c.

A matri per omnia pulchrè conuenire dicuntur.
Benè autem dicuntur mille clypei, & omnis fortium armaturá pendere ex
ea turri noſtra, Virgine immaculata, quoniam Pater omnipotens dedit ei po
tentiam, Filius ſapientiam, Spiritus Sanctus bonitatem, tota Trinitas Beatiſſi
ma mirum ſplendorem, quibus reſiſtit, & confringit impetus aerearum Pote-
ſtatum, nos aduerſus inſurgentium. Quę propterea à ſponſo nuncupatur.
Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Nimirum ob virtutem fortitudinis, & opti- Cant. cap. 6.
mę cælitus communitionis. Præfatę verò Salomonis ſententię multę ſunt, vbi ſupra.
ac diuerſę verſiones, dimiſſis quarum multis, duę præſertim noſtro propoſi-
to facientes, attendendę. *Terribilis tanquam aduentus ſplendoris.* Sic nonnulli ver Alia Lect.
tunt. Sicut enim à facie ſolis orientis, fulgurantis fugiunt, eum intueri non
valentes nocturnę aues; ſic atque valde magis perfidi Dæmones à facie Vir-
ginis Beatiſſimę, volentes, nolentes, ei obtemperantes. Exorientis ſolis ful
gurantibus radijs nubes vtique ſe opponunt, at non officiunt, immo velut va
pores è terra eleuati ipſius calore conſumuntur. Sic, ſic adinuentionibus Simile.
ſuis immanes hæretici Virginis Beatę integritati ſe opponere ſtudent; ſed ve-
lint, nolint recedentes, retrorſum cadentes, impij euaneſcunt: *Nec eſt qui ſe* Pſal. 18.
abſcondat à calore eius. Bonos adiuuante, fouente; malos verò deuaſtante, a ma
litia reuocante, & ad conuerſionem excitante.
Originale verò Hebræorum præfata verba ſic aliter legit. *Terribilis, vt vexil*
B *lata caſtra.* Ac ſi dicatur eam eſſe magnum Domini Dei exercitum expanſis Lect. Hebr.
vexillis, militumque choris, impauide paratis noſtram ad defenſionem, ho-
ſtes aduerſus antiquos, ei minime reſiſtere valentes, immo clamantes. *Heu,* Gen. c. 32. e.
quia caſtra Dei ſunt hæc. Referente Claudio Minoe in Alciati emblema 70. iure Claud. Min.
notandum, ac memorię tradendum, Turcis formidabilem adeo fuiſſe Chri- in Andr.
ſtianum, & fortiſſimum Ducem, Vnniadem nuncupatum, vt multis etiam Alciat. em-
poſt obitum eius tranſactis annis, nutrices inter eos ad incutiendum infanti- blem. 70.
bus, & pueris timorem, dicere conſueſcerent. *Ecce venit Vnniades.* At non
minùs, immò valde magis Virgo Beata eſt formidoloſa tenebrarum principi-
bus, atque adeo, vt nedum ad eius aſpectum, ſed ſolum ad nominis eius nem
pe Virginis Marię auditum fremant, & fugientes tabeſcant. *Non ſic timent hoſtes*
viſibiles quamlibet caſtrorum multitudinem copioſam ſicut aereę poteſtates Marię patrocinium, D. Bernard.
vocabulum, vel exemplum. Ita Diuus Bernardus ſuper miſſus eſt, ait. Atque alia ſuper Miſſus
ex alijs ſimilia videri poſſunt apud Ioannem de Carthagena homiliarum libro eſt.
decimo quarto homilia quinta de coronatione Virginis Marię.
Beata Virgo Maria Deum placat, Dæmones fugat, pro nobis pugnat & vi-
ctores facit aduerſus malignos ſpiritus. In Græcorum hiſtorijs de Epaminun
da valido Tebanorum Duce legitur hoc. Audiens ſui exercitus milites time
re quadam die in bellum deſcendere, hanc memorandam inuentionem adhi
buit. Scutum, quod ſub pede tenebat Pallas, dicta apud eos militantium Dea
C (ſic nuncupata ex eo, quoniam Pallantem Gigantem interfecerat) iuſſit ſe-
cretè de nocte ad brachium eiuſdem apponi. Poſt hæc ad inuocandam ſuos
Capitaneos, & pugnatores in templum illius nuncupatę belligerantium Deę
introduxit, & ex repente clamauit. *Eia, eia, ò fortes mei, videte, Palas pro nobis pu-* In Hiſtor.
gnat, exeamus impauidi, & vincemus victores inuicti. Quo geſtu viſo, quo ſermone Græc.
audito, robore firmati, & animo, exiere contra hoſtes pugnare, quos, & fu-
gatos, occiſoſque fecere. O fideles Ieſu Chriſti, ò Beatę Virginis Marię de-
uoti, attendite; quoniam duo exercitus contra nos, ille Dei, culpis noſtris
offenſi. *Et armabit creaturam ad vltionem inimicorum.* Item & ille Dæmonum, de Sap. c. 5. d.
quo Diuus Paulus ad Epheſios inquit. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, &* Epheſ. 6 b.
ſanguinem; ſed aduerſus Principes, & Poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum.
At ne terreamini, ſed animo forti, fideli eſtote, nam Beata Virgo Maria pu-
gnat pro nobis, Deum ſuis precibus, & meritis placat, detinet, & antiquos
hoſtes valide propellit. De qua Diuus Bernardus inquit. *Maria detinet filium,* D. Bern. vbi
ne peccatores interficiat, & Dæmones, ne noceant. Ideo ad eius præſidium confugia- ſupra.
mus, & nobis neque Cælum, neque Terra, neque inferni habitatores no-
cebunt.
In memoriam veniat quod apud Quintum Curtium de Magno Macedone Quint. Curt.
Alexandro legitur. Hic cum exiſſet ad belligerandum, ad nouos populos & in vita Alex-
and. magn.

Digitized by Google

regiones, ſuo cum exercitu, ſibi copioſe parandas. Imperij regimen Olimpię matri penitus commendauit. Quę tanta clementia regebat, vt nullus omninò quantumuis graue delinquens vtcumque puniretur. Quod cernens Antipater conſiliarius, & Alexandri Amicus, de omnibus his ipſum Regem literis certiorem fecit. Qui magnus Rex, acceptas, lectaſque Epiſtolas mox ſcidit, & ſuis ibi domeſticis dedit, inquiens. *Neſcit Antipater quod vna matris lacrymula, omnes querelas, & accuſationes has delere poteſt.* O vos cuncti peccatores, & iuſti, attendite, quoniam ſerpens callidus, hoſtis antiquus, lucifer impius cunctis momentis nos aduerſus clamat ad diuinę iuſtitię Tribunal. Sed eia, ne timeatis, quoniam præces, merita, & lacrymę effuſę beatę Virginis matris Chriſti Marię poſſunt omnes querelas, & accuſationes nos ad verſus factas delere. *Ei commiſſum eſt miſericordię Regnū, & per eam innumerabiles peccatores veniam, gratiam, & ſalutem adepti ſunt,* Ait Diuus Dionyſius libro de quatuor nouiſſ. articulo ſexto de gaudio beatorum, D

Diu. Dion. Chart. de quat. nou. a b. de Cæleſti gaudio

Eodem ſcriptore Quinto Curtio referente. Pugnatores omnes exercitus eiuſdem Alexandri Macedonum Regis magni adeo in eius viribus, inuentionibus, & fortunis, victorijſque factis confidebant, audebant, vt eo præſentè nullos aduerſariorum impetus timerent, ſed impauidè ad pugnandum egredientes, vniuerſos hoſtes in fugam traijciebant victos atque dicebant, *Eo præſente nullum robur inimicorum timore nos incutit, ſed firmati robore maiori belligeramus, & victores euadimus.* Non diſſimiliter nos noſtro in propoſito tutius dicamus. Magna verè aduerſum nos Dæmonum agmina conueniunt, ſed conſiderantes adiutricem validam adeſſe præſentem, immaculatam Virginem Mariam, animo ne deficiamus, ſed valide audeamus, in eius adiutorio confidentes commendati, & victores inuiti euademus, *Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum; ſi conſurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo.* Ait præuidens, & admirans Pſaltes quod futurum erat. Hinc & Beata Bricitta ſuis in Reuelationibus inquit. *Ad ipſius Virginis nutum illicò pauidi fugiunt procul à nobis maligni ſpiritus.* Et ideo nulli ſit mirum, & ſi illa dicitur, vt caſtrorum acies ordinata; nam & ſi vnica, tamen mirum in modum potens, valida, & innumeri cum ea Angeli ad adiuuandos eius deuotos. *Horrent Principes tenebrarum Marię deuotam inuocationem, quia in circuitu eius valida acies innumerabilium ſpirituum beatorum ſibi deuotos defendentium.* Ad eius propterea præſidium recurramus, & feliciter facti victores ſalui erimus. E

Quint curt. vbi ſupra.

Pſal. 26.

B. Bric.

D. Bern ſuper. ſignum magn.

Denique concludentes, dicamus, ipſam intus, & foris optimè munitam præſidijs, clypeis, fortiumque cæleſtium armaturis. Nullum ideo Infernalis cætus cuneum, ſiue impetum timet, ſed omnem confringere valet; à nobis arcere, & in tutum nos ponere poteſt. De qua re Domino Deo Dauid. *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato.* Iuxta communem, & præcipuè ſanctorum Patrum hoc intelligitur dictum de Beatę Virginis cultu, quem populus fidelis ei exhibet, & de magna charitate, quam illa nos erga habet. Caſſiodorus verò verba præfata legit. *In veſtitu ſcutulato.* Ac ſi diceretur, firmiſſimè tuis à dextris manet, impenetrabilis circumuallata, circumoperta ſcutis. Diuus vero Hieronymus legit, *In ſcutulatis.* Quod eumdem ſenſum cum multiplicitate ſcutorum facit. Alij autem dicunt legendum, & quidem non minus benè noſtro in propoſito, *In ocellatis.* Amicta veſte oculis contexta pluribus, ne quis arbitretur non videri, non protegi ab ea. Iccircò Sanctus Epiphanius de ipſamet ait. *Multoculata effecta eſt.* Mille oculos habet ad nobis ſuccurrendum, ad Dæmonem arcendum. Huius veritatis optimum perhibent teſtimonium tabellę miraculorum appenſę ad Imaginem Beatę Virginis Marię in vniuerſis Catholicorum Eccleſijs, ſed præcipue in his noſtris Sancti Patris Auguſtini, vbi Beatę Virginis Imago colitur ſub titulo Sanctę Marię de Succurſu. *Cuius vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias.* Verùm de his hactenus hic cum alibi etiam diffuſius à nobis. F

Pſal. 44. D. Athan. Diu Greg. Tam. D. Gio. Di. D. Bernard. D. Petr. Da. Le. B. Caſſio. Ver. S. Hier. Alia Lect.

S. Epiphan. in bibliot. p. to n. 1 de Laud. B. V.

Eccl in feſto eius Natiu.

Vniuerſi

Digitized by Google

A

Vniuerſi fideles ſiue iuſti, ſiue etiam peccatores ad B. V. Mariam recurſum habeant; omnes enim libenter audit, & iuſta petentes ad ſalutem copieſe exaudiri facit.

Beatus homo, qui audit me, qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes Oſtij mei. Qui me inuénerit, inuéniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino. Pro. c. 8. b.

BENE quidem beatum dicit, eam qui audit; quoniam illa valide ſua-
det, & magna efficacitate inſpirat, atque operari dat, quod ad ho-
B minum ſalutem ſpectat. Quo pergunt, vbi manent Rex, & Regi- Simile.
na; ibi omnia bona cum eis, & gratię copioſe impertiuntur populis.
Hæc noſtra Cæli Regina, in eis ſe commendantibus protectioni, ac tutellę
eius, moratur, ergo & eiuſdem bona copioſę elargitur dicens. *In hæreditate
Domini morabor.* Hæreditas Domini ſunt homines, eius fideles, atque præſer-
tim electi omnes. In quibus ipſa per ſpecialem protectionem inuocata mo-
ratur, ergo talibus ipſa Regina generoſè donaria impertit, & ab inimicis eos
valide defendit. *Et dixit mihi in Iacob inhabita, in Iſrael hereditare, & in electis meis mit-* Eccl. c. 24 a.
te radices. Iuxta Hebraicę linguę profeſſores Iacob interprætatur ſupplanta- b. c. d.
tor; Iſrael verò, mens videns Deum. Ac ſi dicatur Beatę Virgini Matri à Do- Ibidem.
mino, in peccatorum ſupplantatoribus, in meditantibus opera Domini,
& fideliter intuentibus Maieſtatem eius, in tuis deuotis, fidelibus meis, per Interpr.
eorum erga te deuotionem, & tuam erga nos dilectionem, & protectionem; Hebræ.
firmiter maneas, donec eos omninò in tuto reponas. Qui autem radices e-
mittit, non facile ſe auertit. Quamobrem ſupplices, ac cernui deprecemur
fortiſſimam Turrem Dauidicam, Cæli Reginam, vt ſuę protectionis radices in
nobis mittere dignetur, vt quiſque deuotorum eius per eam peccatorum ve-
niam, & ſalutem æternam à Domino conſequi mereatur.

Quę beata Virgo immaculata Domini Dei iuſſa attendens, & magna volun-
tate faciens, ſubinquit immediatè dicens. *Et ſic in Sion firmata ſu, & in Ciuitate Sancti-* Ibidem.
C *ficata ſimiliter requieui, & in Hieruſalem poteſtas mea.* Sion iuxta eoſdem mandatum
interpretatur. ac ſi illa virgo beata dixiſſet, audito Domini mandato, libentiſ-
ſimè hominum protectionem, diuinę obtemperando voluntati ſuſcipio, ac
præcipue in ſanctificata Ciuitate, nimirum fideli, pio, deuotoque homine cō-
quieſcens habito. eſt enim etiam iuxta Platonem, quiſque hominum, velut Plato de Re-
quædam Ciuitas, cuius Princeps intellectus, ſeu ipſa rationalis anima; ſena- publ.
tus quæquę rationales potentię; plebs verò ceterę quoque potentię. Poſt Carthag. de
hæc in Hieruſalem dixit ſe habere poteſtatem, nempe in vtraque Eccleſia, in Aſſumpt. &
hac militantium, & in illa triumphantium ſupra. Poteſt in illa ſupernorum, Coronat. V.
vt quæque petita conſequatur à filio nobis impertienda. In hac verò mi- lib. 14. hom.
litante poteſtas ei, vt vniuerſis ad eius præſidium confugentibus generoſè 15.
ſuccurrat, de anguſtijs, Dæmonumque verſutijs eripiat. Qua de re Diuus
Bernardus ait. *Non deeſt Marię poteſtas, quia mater eſt omnipotentię: nec impetrandi indu-* D. Bernard.
ſtria, quia mater eſt Sapientię: nec voluntas, quia mater eſt miſericordię. Ne dum iuſtis, apud eund.
& pijs illa præſto eſt, ſed vniuerſis, & ſingulis, vt omnes ad Dominum in ſalu- hom. 17.
tem eorum lucrifaciat. prout infra diffuſius.

Vultis diuitias, & opes immenſas, nempe Spirituales? orationibus, ac pre-
cibus accedite ad beatiſſimam Cæli Reginam; ipſa namque, nobis etiam dan-
das, continet in ſe cæleſtes margaritas, Diuinos Theſauros. Quę ideò ait,

Eccl. vbi ſupra. *Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, et à generationibus meis adimplemini*. Sed quænam ſunt, dicetis generationes tantę matris? benedictus fructus ventris eius, Dei filius, quem concepit, & hominem factum peperit, cuius generatio paſſiua, diuina eſt, & humana; illa æterna, hæc vero temporalis, & iterum illa D
Ibidem. Virgo beata inquit. *Ego mater pulchrę dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctę ſpei*. Piè, deuotè accedamus, vt honeſta dilectione, vera rerum cognitione, Domini timore, atque firma, & ſancta ſpe confirmemur.

Ferunt de Alexandro Macedone magno, qui de magna inimicorum cæde victor reuertens, patriamque ingreſſus; ædificatam ſummis theſauris, quos de victoria parta tulerat, & præda domum repleuit. Inde ſuis militibus, & do-
In eius vita. meſticis ait. *Ecce domus theſaurorum, venite, & ſinus veſtros diuitijs replete*. Ecce turris, ecce Domus ſummi victoris, referta cæleſtibus gemmis, ò fideles accedite cupientes fieri locupletes bonis, præſertim ſpiritualibus. Quod attendens Sanctus Epiphanius dixit. *Maria eſt Mare ſpirituale habens gemmam Cæleſtem Chriſtum*.
D. Epiph. in Epiſtol. in bibl. p. p. tom. 2. de laud. B.V.M. Mat. c. 17. b. Mare ad operiendum, & euertendum Dæmonem in ſuę fluctibus poteſtatis, ſicut illud Rubrum Pharaonem, & vniuerſum eius exercitum. Mare pro nobis gratiarum. Iuſſu Domini perexit Petrus Apoſtolus ad piſcandum in Mare, & piſcem extraxit in ventre habentem nummum, quo Principibus cenſū ſoluens ſatisfecit. Supplices, atque ſolliciti nos ad hoc mare noſtrum ſpirituale accedamus, & myſticum piſcem Chriſtum cæleſtes Theſauros in ſe habentem inueniemus, quo noſtra debita Spiritualia ſoluemus, & Domino Deo ſa- E
tisfaciemus.

In memoriam, quæſo, ad propoſitum reuocetur illud Matthæi quinto.
Math. c. 5. g. *Qui Solem, ait, ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos*. Nullique mirum ſit, & ſi Virgo immaculata ſoli, prout ſupra, comparetur, nam ſuum ſplendorem eximium adiutorij, ſanctę inſpirationis, & ſolatij ſuper omnes nos generoſè quidem expandit. Ab eius radijs nè abſcondamur, nec prædelicti obſtinatione obſtacula ponamus. vt tantę lucis, tanti caloris participes efficiamur, tantoque lumine non orbemur? ſed ſupplices colluſtrati à non contradicente cunctis
D. Bernard. ſerm. de aſſumpt. V. Pſal. 86. ſubuenire ſuſcipiamur. *Nam inſtar ſolis omnes fouet, omnes exilarat, omnibus ſinum aperit*. Cuius etiam poſſunt eſſe illa, & quidem accommodata Pſalmigeri Vatis verba hæc. *Memor ero Rahab, & Babylonis ſcientium me, ecce Alienigenę, & Tyrus, & Populus Aethiopum, hi fuerunt illic*. Non contemnit, non obliuiſcitur ipſa, ſed optime recordatur etiā meretricis, dummodo ad pænitentiā reuertentis. Æquè ac ſi dicat, licet à me auxilium expoſtulent laici, & prophani, ac ſceleſti homines, opem tamen meam non continebo; ſed inſtar Solis conſuetę miſericordię meę radios in eos libenter diffundam, ad eorum videlicet conuerſionem, & ſalutem. Ad eam igitur inuocandam, ad conſequendam eius auxilio veniam, & gratiam à Domino, veniant Tyrij mercatores, Sydonij vſurarij, Æthiopes luxurioſi. *Hi fuerunt illic*. Quoniam omnes illos, ac alios ad pænitendum, capit longitudo, & profunditas Marianę charitatis; ita Ioannes de F
Ioann. de Carthag. Carthagena, perpendit. Omnes ergo tantum ſub præſidium confugiant, vt omnes conuertantur, & ſalui fiant.

Apud Imaginum effectores, & obſeruatores pingebatur Aurora, iuuenis puella facie pulcherrima, accenſum intortitium manu gerens, altera flores diuerſos ex ciſtula ijs plena, ſuper terram, & eius inhabitatores diſperdens
Cæſar Ripa Iconol. V. Auror. alata, roſiſque coronata, prout ex alijs antiquioribus Cæſar Ripa in ſua Inconologia obſeruauit. Appellabatur verò Aurora, quaſi roſas, & aurum rorans, & ſinum ſuauem ſuum ſic ſuper mortales tam bonos quam malos aperiens. Aurorę ſimilis itaque dicta eſt Beata Virgo Maria, & verè talis, immò ſuauior effecta eſt nobis, orbique vniuerſo. *Quaſi Aurora conſurgens*. Ipſa ſtellis
Cant. c. 6. b. coronata, ſole amicta, rorauit, roratque flores benedictionis, mentem ſerenat, intellectum illuminat, dormientes excitat, ſinum miſericordię ſuum ſuper nos aperit ad diſpergendum ſuauitatem gratiarum, largitatem donorū. Eia ſurgite omnes, & læti ſuſcipite. De qua Diuus Bernardus. *Omnibus, ait, miſericordię ſinum aperit, vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi. vnde eius illa vox eſt. Tran-*
D. Bernard. apud Carth. lib. 14. hom. 4. de Aſſūpt. *ſite ad me omnes, qui concupiſcitis me & à generationibus meis adimplemini*. Omnes vult ſuis locupletari diuitijs, & delitijs: contemnentes abhorret, ſuſcipientes diligit, fouet, reficit: deuotè accedamus, copioſè accipiamus, cū Eccleſia Sancta

frequenter

Digitized by Google

A frequenter cantemus ore, corde, piè, deuotèque iubilantes.

Aurora lucis rutilat, Hymn. Domin. in Alb ad mat. in laud.
Cœlum laudibus intonat,
Mundus exultans iubilat,
Infernus gemens vlulat.

Quę quamuis de Ieſu Chriſto à mortuis reſurgente concinantur, non inepte tamen de illius Beatiſſima genitrice, Aurora myſtica, etiam adduci poſſe videntur, quoniam ipſa nobis ſolatium, iucunditas, & ſubſidium; Dæmonibus verò timor, fuga, & afflictio, hæreſum fugatrix, & ſuorum afflictorum cõſolatrix optima.

Vniuerſi fideles recordentur illius dicentis, & promittentis beatam iucunditatem vigilantibus ad fores, & obſeruantibus ad poſtes eius quotidie. Verum dicetis quænam ſunt hæ fores, & hi poſtes eius? reſpondetur fortaſſe ea loca eſſe, in quibuſcunctis illa viuens ingemuerat paſſionem, & necem dilectiſſimi Nati ſui. Item ſunt eius feſtiuitates, gaudia, dolores, opera, paſſiones, Sanctiſſimi Roſarij Miſteria, & id genus vniuerſa; ſed quid ſibi vult in his euigilare, & obſeruare? ſanè quidem meditari, contemplari compati, & lætari iuxta illius viuentis dolores compaſſionis, nunc verò in cœleſtibus triumphantis gaudia. *Ponite corda veſtra in virtute eius, & diſtribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera.* Dictum præcipuè credatur Concionatoribus, Confeſſarijs, Pſal. 47.
B & familias patribus. vt præfacta diſtinctè meditentur, contemplentur, enarrãtes filijs, & auditoribus, atque pænitentibus ſuis, quam videlicet bonum præſens, & futurum cunctis fidelibus, deuotis ad tales Dominę noſtrę fores vigilantibus, & ad poſtes obſeruantibus. Canis ad oſtium Domini ſui vigilans, & obſeruans, eſt ſymbolum hieroglyphicum fidelitatis, & expectatę mercedis, hac cum inſcriptione. *Donec aſpiciat.* Ad prælatas Beatę Virginis fores vigilemus, vt per eam digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. Valerian lib. 5. c. Canis.

Etiam Mardochæus vir Hebræus ad magni Regis Aſſueri palatium, & eius ad fores obſeruans euigilabat quotidie, cui poſthæc magni propterea honoris culmen à Rege datum fuiſſe ſacra ibi narrat ſcriptura. Siquidem amictus ſtola Regia, Diademate quoque Regio redimitus, & ſuper huiuſmodi mulã ſedens acclamabatur ab Aman Tyrannorum Regis primo tali honoratus modo. *Sic honorabitur*, aiebat, *quemcunque voluerit Rex honorare.* Quid igitur continget vigilantibus ad fores, ad poſtes tantę Turris noſtrę, ad oſtia Beatę Virginis Marię, nimirum ad Natalem, & ad in Cælum Aſcenſionem eius? ſanè quidẽ maiora, nam tunc Mardochæo caduca, his verò æterna. Vnde quę Rex Pſalmigerus Vates ait. *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi.* Non ineptè quidem de ipſa Virgine Maria etiam exponi pro quoque noſtrum poſſe creduntur. Alij verò legunt. *Et inclinauit ſe mihi, vel caput ſuum mihi.* Sed quid ſibi vult inclinare ſe Regem, vel Reginam, inclinare commendantibus ſe caput? Heſter. c. 6. c. d. e. Pſal. 39. Pagnin. Alia lect.
C nimirum annuere, vt quod expetitur concedatur. O Beatiſſima Virgo Maria, ſicut Natus tuus in Cruce pendens mundo inclinauit caput languido, ad expirandum, & redimendum, ſic, ſic tu glorioſum de Cælo caput tuum inclina ad innuendum, vt generoſè concedatur, quod ad ſalutem petitur, quoniam benigna eſt miſericordia tua.

Ad extremum perpendatur illud quod ipſa pro ſuorum conſolatione piorum ait. *Qui me inuenerit inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino.* Non quod ipſa ſit vita formalis noſtra, ſed effectiuè quadam ſpirituali conſolatione, ea ſiquidem mediante, intercedente, nobis haud obicem ponentibus; ſed exorantibus vita, gratia, ſalus à Domino iugiter impertitur. De pretioſo lapillo Iaſpide gemma à Naturalibus fertur, quod ad conciliandam, & acquirendam Principum gratiam, virtutem habet. De quo Valeranus ita. *Iaſpidem*, ait *pro gratia poni Auctores tradunt: ſumptum ab eius rei effectu, quòd mortalibus perſuaſum eſt, gemmam eam hominum gratiam conciliare erga geſtantes.* Et iterum ſanè mirandum legimus apud Doctorem Incognitum ſuper Pſalmos, quod videlicet Pilatus à Cæſare Romam accerſitus, vt mortis ſententia damnaretur, venit ſubtus inconſutili veſte Chriſti amictus. Cui accedenti Cæſar aſſurgens, humaniſſime eũ pertractauit ſemel, atque bis. Tertiò demum accedens ea expoliatus veſte ab indignato Imperatore condemnatur, & in exilium mittitur. O fideles Prou vbi ſupra. Valerian lib. 4. de gemm. c. gratia. Incogn. ſuper Pſ. 57. ver. 609.

Ieſu

Ieſu Chriſti omnes, eſtote deuotiſſimi beatę Virginis Marię vniuerſi, ipſa gem- D
ma cæleſtis prætioſa, ipſa circundedit natum ſuum Ieſum, de qua eloquium diuinum: *Mulier circumdabit virum.* Cunctis viribus animę noſtrę maioribus enitamur, vt ipſam habeamus propitiam, qua vitam, gratiam, & ſalutem æternam à Domino conſequi valeamus.

Hierem. c. 31. d.

O fidelis, ò deuote beatiſſimę Virginis deiparę, toto cordis affectu, tota mentis deuotione ad eam recurre, ipſam deprecare, vt apud omnipotentem Regum Regem, te, tuaque dignetur commendare; & ne dubites, nam eius interceſſione, ac prece cuncta tibi profutura diſponentur, præſertimque ſalutaria. Cum Abraham in Ægyptum pergeret, illucque ingrederetur, & ſuam vxorem Saram conſpiciens, eſſe pulchram valde, rogauit eam, vt diceret eſſe ſororem ſuam, ſanè ea intentione, & ratione, vt ſibi proſpera forent propter eam. Sic, ſic nos Beatiſſimę Virgini Marię dicamus, eamque deprecemur, vt de ſe ita apud Omnipotentem affirmare pro nobis dignetur, vt propter eam cuncta videlicet nobis proſpera fiant ad ſalutem, & mentis quietem *O Sara noſtra dic obſecro, quod ſoror noſtra ſis, vt propter te bene nobis ſit, & ob gratiam tui viuant animę noſtrę in Deo. dic quod ſoror noſtra ſis, vt propter talem ſororem Ægyptij, idest Dæmones reuereantur, Angeli boni nobis coniungantur, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus noſtri miſereantur.* Ita Sanctus Bonauentura teſtatum dicendum reliquit ſuo in ſpeculo Virginis. Quę verba nos ſæpius vſurpare debemus, quouſque precibus Virginis Beatiſſimę, apud omnipotentem Regum Regem gratiam, atq; E demum gloriam feliciter in eius laudem, & noſtram ſalutem æternam inueniamus.

Diuus Bon. in Speculo. Virg. c. 6.

Illud vnum adhuc conſiderandum nobis remanet, ò fideles, quod illa vtiq; refugium peccatorũ eſt, veruntamẽ accedens ad ipſam pro auxilio inuocandam, prius humili reuerentia, & pio affectu exornari, ac repleri iure debemus ne noſtris petitionibus expertes recedamus. Alexandro ab Alexandro referente, in Lunę, ſeu Dianę Templum illi Gentiles antiqui ſubintrantes, calceis ſe expoliabant, nimirum ob reuerentiam, & honorem in dominam ſuam, quam plurimum venerabantur, facilius ſic vt exaudirentur. O vos cuncti beatę Virginis Marię deuoti, ad eius templa properate, eam deprecationibus, & cordis veſtri petitionibus inuocatę, ſed prius vos turpibus cunctis affectibus expoliate, inanium operum, & cogitationum inuolucra deponite, vt exauditos illa vos ſua bonitate, ac valida prece apud omnipotentem faciat. Et ego dicam vobis ſicut Moyſi ad Rubum accedenti Diuus Bernardus ait. *Verumtamen ſolue calceamenta de pedibus tuis, & inuolucra pone carnaliũ cogitationum ſi accedere concupiſcis.* Sic & nos imitantes operemur, vt ab ea verè beatiſſima protegi ſemper, & adiuuari mereamur.

Alexand. ab Alexand. lib. Genial.

D. Bernard. in ſer. ſuper c. 12. Apocal.

Immaculatę Virginis Marię deuotos decet, immò neceſſum eſt eſſe probos, innocentes, iuſtos velut eius imitatores. Ad eam inuocatione petendam ingrediantur iuſti, & egrediantur Sancti. Fertur de quodam viro, qui F ſupra ſuę domus oſtium poſuit hoc dicterium. *Non ingredietur quidquam mali.* Cui quidam Philoſophus argutè ſic ait. Quomodo id contingit, ſi tu peſſimus cũ ſis, illuc tamen ingrederis? A ſimili dicamus. Nonnulli Beatę Virginis Marię deuotionem profiteri videntur, in cuius rei ſignificationem, & ipſi ſuper Domus ſuę oſtium, vel à latere, aut in angulo eiuſdem domus imaginem benedictam Virginis Matris pictam, vel ſculptam habent, ore, corde dicentes; nihil huc mali poterit ingredi, & ipſi dum tamen mali plures diu, noctuque ingrediuntur, & egrediuntur. Quibus Adagium illud Hebræorum benè cõpetere videtur. *Abſolon in Hebron.* Ille namque voti, ac deuotionis cauſa finxit illuc ire, ſed re vera ſatagebat quid mali in Patris Regno moliri, & Patrem ipſum perdere. Bonum talia foris oſtentare, appendere, ſed opere pretium tales quoque intrinſecus eſſe, vt fidelium quiſque mereatur protegi, & defendi precibus, ac meritis Beatę Marię ſemper Virginis, atque ſic benè diſponatur ad eſſe aptus Domini noſtri Ieſu Chriſti Thalamus.

Exempl.

2. Reg. cap. 15. b.

Ad ma-

Digitized by Google

A

Ad magnę Auxiliatricis, ad Aduocatę potentis, beatiſs. Virginis Marię ſubſidium curramus, & mirum in neceſsitatibus adiutorium percipiemus.

O Chriſti Domini fideles, ô Beatiſſimę Virginis Marię deuoti omnes, quique in rerum diſcrimine, in afflictionibus, & mundi aduerſitatibus verſamini, auxilium ab ea expoſcite, ad eius præſidium confugite, potens eſt, & exquirit opem terre cunctis. Recordamini illius Arcę fœderis Domini, ob quam veneratione habitam in populis, Deus Iſraelitas gratiarum largitatibus munerabat, & victores ſuos aduarius hoſtes efficiebat. Sed hæc, hæc noſtra myſtica Domini Dei Arca, Virgo ſcilicet Maria omni ſemota comparatione excelſior ea. Cuius celſitudinem, & egregiam dignitatem admirans Diuus Brrnardus, in illa Dauidis verba. *Operatus eſt ſalutã in medio terrę*, ait, *operabatur ſalutem in medio terrę, in medio videlicet Virginis Marię, quę mirabili proprietate terrę medium appellatur: Ad eam enim ſicut ad medium, ſicut ad Arcam, ſicut ad rerum cauſam, ſicut ad negotium ſæculorum reſpiciunt, & qui in Cælo habitant, & qui in Inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos qui ſumus, & qui ſequentur, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis.* Cum autem audis, qui ſunt in Inferno, ne exiſtimes intelligi de illis, qui ſunt in termino, damnatis, ſed qui in Purgatorio. nos, qui viuimus, vt tuti ad ſuperna migrare valeamus, Dominum Deum, & matrem eius Mariam benedicamus, laudemus ex hoc nunc, & vſque in ſæculum:

B — Pſal. 34. D. u. Bern. ſerm. 2. in Feſto Pentecoſt.

Vates ille Pſalmigerus, & Rex expendens creaturas à Deo factas, & ſumma conſeruatas prouidentia, inquit ei. *Oculi omnium in te ſperant, Domine, & tu das eſcam illis in tempore opportuno: aperis tu manũ tuam, & imples omne animal benedictione.* Felix autem Auguſtinianus vertit. *imples omne animal benigna voluntate.* Alij vero, prout apud Titelmanum, legunt. *Satias omne animal iuxta deſiderium.* Scilicet eorum. Ac ſi dicatur, eis generoſe prouides de neceſſarijs, ideo ad te oculi omnium. Quemadmodum & Iudæis in deſerto ignitorum morſibus ſerpentium ſauciatis contingebat, in Æneum ſerpentem exaltatum oculos eleuantes ſanabantur. Et ecce, ecce Domina noſtra Virgo Maria ſuper choros Angelorum exaltata in Cælo, ad eam, in eam ſint quoque oculi noſtrę deuotionis aperti, atque prius ad Natum eius, vt à peccatorum morſibus ſanari, & in opportunitatibus cunctis adiuuari mereamur. Oculi noſtri ad te Domina, Virgo deipara, aperi tu quoque manum pietatis tuam, & impleas quemque noſtrum Domini Dei benedictione, & quorumque bonorum largitate. Igniti ſerptentes, nempe Dæmones recedant à nobis, nos vlterius non mordeant ſuis tentationibus callidis; ſed à peccatorum morſibus ſani, ſaluique conſurgere, te adiuuante, Deo dante, valeamus.

Pſal. 144. Ver. Fel. Titelm. Num. c. 21. d

C

In memoriam reuocemus illud, quod Iudicum quarto, & quinto legitur, nimirum de quadam valida muliere, Delbora nomine, totius Iſraelis populi gubernatrice. Hæc Iudicum munus ſub arboris palmę vmbra ſedens inter eos exercebat. Et populus ille miſerijs, atque calamitatibus multis ſuccubuit à Rege Chanaam oppreſſus, quouſque illa conſurgeret adiutura. De qua ibi Textus. *Ceſſauerunt*, inquit, *fortes in Iſrael, & quieuerunt, donec ſurgeret Delbora, ſurgeret mater in Iſrael.* Iudicis, matris, ducis ſic, ac valide protectricis officio fungebatur, adeo bene populum illum tuebatur. Quę omnia quàm melius competant accommodata beatiſſimę Virgini Marię, nullus ignorat. O myſtica Delbora noſtra, & vlla abſque comparatione valdę maior ea, Virgo immaculata, niſi quouſque per Natiuitatem tuam, & maternitatem conſurgeres Regina, nedum vnius populi, ſed totius mundi, ruebat vniuerſa hominũ multitudo, à tenebrarum Principe antiquo hoſte oppreſſa. Nunc, nunc ſub palma, ſub Nati tui vmbra, ad illius dexteram ſedens, corona glorię redimita

Iud. c. 4. & 5. a.

iura,

iura, & in mandatis dare digneris, vt impij Dæmones à nobis profligentur, D
Germ. Patriarc de Zona Virg. homines ſubleuentur, Domini gratia, & gloria munerandi. *Quis poſt filium tuū curā gerit generis humani, ſicut tu? Quis ita nos defendit poſtris in afflictionibus? Quis in ſupplicationibus adeo pugnat pro peccatoribus?* Ita Germanus Patriarcha de Virginis Zona ad ipſammet deuotiſſimè clamabat.

Ni Moyſes fidelis ſeruus Dei omnipotentis, in Iudæos rebelles factos ira & indignatione furentis, ſe deprecatorem, & interceſſorem obtuliſſet, populus ille totus in deſerto miſerrimè tunc interijſſet. *Et dixit, vt diſperderet eos, ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione, in conſpectu eius*. Cuius atem Hieronymus vertit. *Niſi Moyſes electus eius ſtetiſſet medius contra faciem eius*. Quaſi ſe opponeret vltrici iracundię Dei. Sed ecce pluſquam Moyſes, electa vt ſol, ſanctiſſima Domini Mater Maria, ſe nato ſuo, nos adperius, noſtra ob delicta, conſurgenti, indignato, vltori pijſſima opponit, materna extendit brachia, vt parcat condonet, deprecatur, & obtinet. De qua vir egregius nomine Idiota in Prologo ad contemplationem de Virgine: *Inuenta*, inquit, *Virgine Maria, inuenitur omne bonum; ipſa namque diligit diligentes ſe, in ſe ſibi ſeruientibus ſeruit. Ipſa ſuper dilecto, benedicto filio ſuo irato potentiſſimè reconciliat ſeruos, & amatores ſuos.* Atque iterum vbi ſupra idem Pater Idiota doctiſſimus eidem Dominę noſtrę dicebat. *Et ſæpe quos iuſtitia filij tui poteſt damnare, matris miſericordia liberat, quia theſaurus Domini eſt, & theſauraria gratiarum ipſius*. Quid ergo amplius? ad eam ſollicitè, deuotè confugiamus, & miro adiutorio eius (credatur) vacui non recedamus. E

Pſal. 105. Verſio, D. Hieron. Idiota in Prolog. ad contempl. de Virg. Idem vbi ſupra.

Multarum in eloquio diuino fœminarum generoſitas, decus, humilitas celebratur; ſed præcipuè in altero teſtamentorum de illa nomine Rebecca narratur, quę nedum Eliezer ſeruo Abrahę fideli ſitienti, potum expetenti libentiſſimè dedit, ſed, & eius quoque Camelis generoſè aquas exhaurire ſe ſe obtulit. *Quin, ait, & Camellis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant*. In altero autem de illa muliere Cananea legitur, quę quamuis à Domino aſperitate verborū exagitata, conſtanter nihilominus, & humiliter ab oratione, & petitione pro natę ſalute non receſſit. *Nam & catelli, ait, comedunt de micis, quę cadunt de menſa dominorum ſuorum*. Euangeliſta verò Marcus inquit, *Comedunt ſub menſa de micis puerorum*, Illum prudens mulier agnoſcens, & confitens Dominum ſuum, quin & puerulum ob humilitatem, innocentiam, & facilitatem ad impetrandum, conſequendum ab eo quidquid bene petitur. Quę ſic mirè peracta, quam egregiè ad Beatam Virginem Mariam deuoluantur accommodanda, legentibus, conſiderantibus patet. O myſtica Rebecca noſtra, exauri, ſume gratiarum aquas de illo perhenni fonte diuino, ſemper inexhauſto, & ex hydria manuum tuarum effunde ſuper tuos copioſè. Qualemque potum das, talem quoque cibum elargiri digneris. Tui catelli ſumus, tui deuoti exoramus, de micis menſę cæleſtis tui Nati Domini noſtri fac nos guſtare, repleri hic gratuitè, atque in cæleſtibus demum glorioſè. F

Gen. c. 24. c. Matt. c. 15 c. Marc. c. 7. d.

Non ego mente mea conſiderationes has reperi, ſed ex Diuo Bernardo ſic mirè ſcribente legi, lectaſque notaui. *Ciba*, inquit, *hodie pauperes tuos, domina; ipſi quoque catelli de micis edant. Nec puero Abrahę tantum, ſed & camellis potum tribuas de ſuperfluente hydria tua; quia tu verè puella es, prælecta, & præparata Altiſſimi filio*. O mundi Regina, ò Angelorum Domina, & hominum conſolatrix Aduocata, hoc vnum etiam præcipuum exoptatur ope tua, prece tua, de manu matris Domini, præter quotidianos, quos elargiris, fauores, & gratias, hoſtem antiquum, inſidiatorem, tentatorem importunum virtute magna, poteſtate obtenta longius à nobis expelle, pacem tuis protinus concede, vt continuò tui in laude, & gratiarum actione dignus incumbere valeamus. Cui, & Rupertus Abbas humilis, ac deuotus ait. *Contra malignos ſpiritus in procinctu es, ſecundum caſtrorum ſimilitudinem*. At valde maior, & fortior quolibet horum militū exercituumque apparatu. Dhe, quos oculis toruis inſpicientes tu per mortem ad cæleſtia migrando non vidiſti, horum impetus comprimat ope tua plebs fidelis, & deuota, vt eo magis nunc, & in ſæcula fiat aptus dilectiſſimi Nati tui Thalamus.

D. Bern. de Verbis Apocal. Rup. Abbas in cant. 7 b.

Ipſa Virgo Beatiſſima virtute pollet, voluntate præſtat, ac opere præuenit, vt indigentibus opem ferat. Qui palatium magna in Ciuitate magnus Heros in lo-

Digitized by Google

A in locationem ad inhabitandum ſumit, illud ingreſſus, & inhabitans profectò cenſum annuum ſoluere ipſi domino locanti tenetur. Sic ſuo egregiori mo- Simile. do dicamus. Altiſſimi Dei filius volens, in hunc mundum veniens, palatiũ ſibi bene competens ſumere ad inhabitandum, Virginis Mariæ vterum bene ſibi congruere iudicauit, idcirco Angelum Gabrielem ad extrahendum ab ea conſenſum miſit. Quo dato, Principum ſummus venit, intrauit, & inhabitauit factus homo. *Fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* Luc. c. 1. d. O Virgo veneranda, tibi ſummopere gratulor, cum digna facta ſis habitatio Filij omnipotentis Dei. *Quem Cæli capere non poterunt, in tua ſe clauſit viſcera factus homo.* 1. Reſpon. in in offic. paru. B. V. Marc. Dicatis mihi modo, nonne penſionem Altiſſimus ei ſoluere debet, quam illa quoque cui etiam voluerit dono dare poſſit? maxime. Sed quid? peccatorum veniam, donorum largitatem, gratiam, Cælũ, gloriam. *Quantus ſit Deus*, ait Chryſologus, *ſatis ignorat ille, qui huius virginis mentem non ſtupet, animum non miratur: pauet Cælum, tremunt Angeli, creatura non ſuſtinet, natura non ſufficit. Et vna puella ſic Deum ſui pectoris capit, recipit, oblectat hoſpitio, vt pacem terris, Cælis gloriam, ſalutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum Cæleſtibus parentelam; ipſius Dei cum carne commercium, pro ipſa domus exigat penſione, pro ipſius vteris mercede conquirat, & impleat illud Prophetæ. Ecce hæreditas Domini, filij merces, fructus ventris.* Diu. Petr. Chryſol. Rauenn. Epiſc. de Annuc. B. M. V. ſerm. 140. Hæc merces eius, hanc illa impertit domeſticis ſuis, quos tali præda donat, & gratos Nato ſuo reddit.

B Huc pulchrè venit illud Prouerbiorum de forte, ac admiranda muliere dictum. *Deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria Ancillis ſuis.* Prou. c. 31. a Vbi inſignis Gloſſa ait, ad intelligendum de Beata Virgine Maria. Verùm dicetis, quomodo prædã, quaſi rem vi raptam, violentiaque deductam? cum tamen pijſſima Virgo nulli violentiam faciat, ſed cum quibuſque hominum ſuauiſſimè agat? Inſig. Gloſſ. formoſũ quippe quod aſſertum id piè exponatur, & benè percipientis cor conſolatione replebitur. Renuenti Nato ſuo, noſtram ob cauſam, donorum largitatem impendere, ſed flagella volenti, paranti impijs delinquentibus infligere, illa ſe generoſè opponit. *Et quadam*, ait, *violenta oratione veniam ab eo pro nobis impetrat.* Quis? quis fidelium ad eius præſidium non confugiet? quis eius meritis, ac deprecationibus ſe toto corde non committet? O Virgo pijſſima, tuam imploramus clementiam, noſtra eſto aduocata; iram Nati tui iuſtam incurrimus, pro auxilio ad te confugimus, ab eo vt prædam huiuſmodi captam nobis impertire digneris. Verè ſpiritualia ſeruulis, & ancillis tuis cibaria.

Tantæ, atque talis eſt Beata Virgo Maria pietatis, vt nedum expectet, & ſuſcipiat omnes ad eam recurſum facientes adiuuandos, ſed etiam generoſè præueniat, vt copioſè indigentibus opem ferat, & auxilium. Reminiſcamini, quod nuptijs in Cana Galileæ factis illa quoque interfuit. *Et erat mater Ieſu ibi.* Quomodo? num vocata? num ex ſe profecta? num cum Diſcipulis à Nato Ioan c. 2. a. ſuo benedicto illuc deducta? hac de re ſcriptura non loquitur. Scio autem Maldon. ibi.

C pulchrè Maldonatum ibi dicere, etiam ex aliorum opinione, Beatam Virginem illuc iuiſſe inuitatam priorem, velut non longè habitantem; & poſtea iuiſſe quoque (propterea, quia ibi mater ſua) inuitatum ſimiliter Chriſtum Dominum. Inſig. Gloſſ. Inſignis temen Gloſſa inquit. *Ob eorum indigentiam.* Vt videlicet deficiente eis vino, Dominum rogaſſet, qui eis aquam in vinum conuertiſſet, ſuauius vtique quàm quod exhibitum prius. Ecce quàm magna B. V. Mariæ compaſſio, & pietas, præuenientis, & opem ferentis etiã nondũ expectantib⁹, quid verò exorantib⁹ atq; illius adiutorio ſe cõmendantib⁹ facit? Deprecemur Dominam hanc noſtram miſericordem, & piam, nos vt inſpicere dignetur, & audeo dicere, quodammodo ſic ſatis eſſe; non enim inſpicit, & deſerit: non diligit, & terga vertit; ſed amat, & neceſſitatẽ patienti præcurrens opem dat. Egregius Doctor Nicephorus aſſeruit, Beatam Virginem Mariam oculorum pupillas fuiſſe *Coloris Oliuæ*. Sic, ſic mirè dotata, vt facile cunctis intelligi detur, illam ſuper nos inſpicere oculis miſericordiæ, vt videlicet ſic ſemper indigentibus, inuocantibus miſericorditer habeat ſubuenire; eſt ſiquidem oliua miſericordiæ ſymbolum hieroglyphicum. Niceph. Laurent. apud. Comm. Symbol. de oliua. nu. 32 *Ad te clamamus exules, filij Euæ, ad te ſuſpiramus gementes, & flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo aduocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte, & benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende, ò clemens, ò pia, ò dulcis Virgo Maria.* Antiph. ſalue Reg.

Digitized by Google

D

PIÆ, AC MORALES CONSIDERATIONES

IN HVIVS MARIANÆ FESTIVITATIS EVANGELIVM.

Liber Generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham, &c.
Matt. c. 1. a. E

Gen. c. 1. a. & c. 5. a. Ordinar. & chriſ. D. ut. mato 10 hô. P. p. to. n. 4.

IVXTA Hebræorum conſuetudinem Matthæus in Chriſti Domini humanę generationis deſcriptione, atque ſacerdotum, & Regum progeniei enarratione exordium tale ſumpſit. *Liber Generationis Ieſu Chriſti &c.* Illi namque magnatum generationes deſcripturi mox ita incipere conſueuerunt. Prout notauit ex Chriſtiano Druthmaro Gloſſa Ordinaria. *Liber Geneſis, &c. iſtę ſunt Generationes Cæli, & terrę &c. Hic eſt liber generationis Adam.* Ita & Matthæus, vt Hebræi, atque quique ceteri facilius accommodarentur, diſponerenturque ad hæc omnia benè percipienda, rectè intelligenda, & fideliter credenda. Quemadmodum qui prudens medicus dat Ægrotis medicamina, potione, vel comeſtione ſumenda, inuoluit ea rebus, vel condit ſaporibus, quibus Ægrotos potandos, ſanandos, delectari, atque libenter ſic refici cognouerat. Hic liber, hæc generatio eſt proculdubio quibuſque credentibus optimum quoddam antidotum ad ſanandas, & ſaluandas animas ad tollendas omnes earum ægretudines. Verba ſunt Gloſſę Interlinearis deſumpta ex auctore operis imperfecti. *Liber hic*, aiunt, *eſt Apophtegma gratiarum, in qua omnis anima, quod neceſſe habet, inuenit.* Hæc qui nõ fideliter ſuſcipiunt, ſed potius negligunt, profectò ſanari, & ſaluari contemnunt. Sed qui iam fideli mente ſuſceperunt, ita vt bene operentur, vt Domini miſericordia ſanari, & ſaluari mereantur. F

Simile.

Auct. operis Imperf. hõ. 1. in Matth.

Illud vnum tamen hic iure mirandum, quod iuxta Euangeliſtę verba Dauid atque Abraham primò nominantur, è quibus ipſe Dominus geneologiam, & originem ſecundum corpoream molem trahere dignatus eſt. Sed nonne hi omnes primitus ex Adam primo quorumque hominum parente? maximè. Cur ergo non incepit ab Adam, ſed à Dauide, & Abraham, ita vt diceret Euangeliſta. *Liber Generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham?* Reſpondet D. Chryſoſtomus, id factum quoniam à Patre Adam ſuperbo, inobediente ſe prouenientem, & exortum Dominus appellari nequaquam voluit; benè tamen de ſeruorum ſuorum humilium domo, velut Abraham, Dauid, atque ſimilium non dedignatus eſt. *Noluit Chriſtus ſibi inobedientem Adam patrem nominari, ſed obedientem Abraham, vnde dicitur. Liber Generationis Ieſu Chriſti Filij Dauid, filij Abraham.* Nimirum, vt omnes intelligant, ab eo inobedientes, & ſuperbos reſpui; obedientes verò in eius Regnum admitti. Ad cuius imitationem Dauid. *Non habitabit in medio*, ait, *Domus meę, qui facit ſuperbiam, qui loquitur iniqua.* Verè male loquutus Adam, ac inobediens Deo ſuperbiam nimis præ ſe tulit, & cum Dominus ſuis Diſcipulis mandata daret, de ſeque exempla præberet, ait. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Quoniã ſummopere delectatur manſuetudine, obedientia, humilitate.

Dubit.

Reſponſ.

D. Chryſoſt.

Pſal. 100.

Matt. c. 11. d.

Verùm

A Verùm quo ad ſenſum per accommodationem dictum, pulchrè quidem arridet Ioanni de Carthagena ſuis in homilijs de cultu, & veneratione erga ipſam Virginem beatam, nec non, & Georgio Nicomedienſi ex Apocalypſis quinto, eamdem beatiſſimam Mariam eſſe velut huiuſmodi librum generationis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ad alicuius verò libri materialem integritatem multa requiri videntur, paginę, ſcripturę, imagines nonnullę, Titulus, & operimenta. Quę noſtro modo morali, ſeu accommodato in ipſa Virgine beata quoque conſideranda ſunt. Paginę ſubtiles, candidę, dicantur anima, & eius potentię rationales; ea enim de manu Domini præſeruata ab omni labe peccati. Cui cæleſtis Sponſus. *Veni*, ait, *De Libano, ſponſa mea coronaberis, &c.* Libanus autem, candor, vel candidatio ſonare dicatur. In hoc verò mirabili libro ſcripturę ſunt cæleſtes, & diuinę, puta quando Angeli loquebantur ei, quando cæleſtes, & diuinę reuelationes etiam ab eius Nato fiebant, quæque de illomet miranda audiebat, & videbat. *Maria autem conſeruabat omnia hæc conferens in corde ſuo*. Quaſi dicatur, quod ea velut ſculpta, ſcripta ſuo in corde, in anima retinebat.

Georg. Nicomed. Car. in homil. de cultu erga B.V. lib 3. hom. 1.

Cant c.4.c.

Luc. c. 2. g. Eccleſia in Miſſa.

Id peregregiè (nimirum quòd Beata Virgo Maria liber huius ineffabilis Generationis iure dicatur) ea Diui Epiphanij ſententia confirmatur, eam videlicet aſſerentis. *Librum incomprehenſum, qui Verbum Patris mundo legendum exhibuit.* Et iterum idem non minus eruditè ſcripſit Sanctus Ioannes Damaſcenus oratione ſecunda de dormitione Beatę Virginis Deiparę, eius de ſepulchro lo-

B quens. *Vbi*, ait, *nouum volumen, in quo ineffabiliter Dei Verbum ſine manu inſcriptum fuit.* Verum quid proderit nobis myſticus hic liber, continens verbum omni ſuauitate, ſalutarique virtute plenum, ſi eius literas characteresque legere ignorauerimus, nec adiſcere ſtuduerimus, nimirum admirandas virtutes eius, & optima probitatum exempla non imitati fuerimus? liber literis Hebraicis, vel Gręcis, ſiue Latinis, aut alterius idiomatis characteribus conſcriptus neſcienti eos ſi porrigatur, eique dicatur, lege. Abſque dubio reſpondebit. Neſcio literas, quomodo legere, intelligere, obſeruareque potero? O vtinam huiuſmodi dictum non verificetur de noſtrorum aliquo, circa præfatum volumen myſticum. Timeo, timeo illud Eſaię verificari modo. *Et dabitur*, ait, *liber neſcienti literas, dicetur que ei, lege, & reſpondebit. Neſcio literas.* Nemo ſit noſtrũ ò fideles, qui hunc librum, eiuſque literas, & characteres legere, imitari, obſeruareque ignoret. Accipiatis hunc per fidem, legatis per imitationem, conſeruetis per deuotionem.

Diu. Epiph. ſer. de V. M. D. Damaſc. orat. 2. de dorm. B. V. Apud carth. lib. 2. hõ 9.

Iſa. c. 29. d.

Hoc in libro antidotum optimum ad effugiendam Domini Dei iracundiã, ad placandum ipſum Dominum, quando ſuper nos, noſtra ob delicta, indignatione commotum. De Ageſilao Lacedemoniorum Rege fertur, quòd audiens quemdam ſibi amicitia valde coniunctum fuiſſe deprehenſum ab alio Rege Seleuco fortè, ſcripſit epiſtolam ad ipſũ amici demptorem, dicens. *Si in*

C *ſons eſt, dimitte eum: ſi ſons, pagina tamen mea dimitte.* Ac ſi dixiſſet. Dum innocens, non eſt quod captiuum detineas; nocentem verò ſaltim amore meo, cauſa mea dimitte, ſinas meum abire familiarem, quem volo liberum reuertentẽ. Et ecce noſtram immaculatam Virginem Deiparam de noſtrorum quocumque ad eius ſubſidium recurrente, ſuum ad Natum deprecari, dicereque pie credendum eſt. Si innocens, nullum quippequòd de ipſo ſupplicium ſumes: ſi verò nocens, & peccator, pagina mea, libro hoc tuo eum dimitte. Cupio, deprecor, volo factum dimiſſum, liberum, ſaluum, reuertentem ad profugium meum. De qua Diuus Bonauentura. *Ipſa quoque*, ait, *detinet virtutes, ne fugiant: detinet merita, ne pereant: detinet Dæmones, ne noceant: detinet filium, ne peccatores percutiat. Ante Mariam non fuit, qui ſic Dominum detinere auderet. Teſtante Eſaia, non eſt qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat, & teneat te.* Eaque ante tempora Diuus Pater Auguſtinus magnam Beatę Virginis Marię poteſtatem expendens, & nobis aperiens, ait. *Nec dubium eſt, quia quę meruit pro liberandis offerre pretium, poſſit plus omnibus impendere ſuffragium.* Recurre, recurre ad ipſam quis quis ex fidelibus es, & de ipſius admirando ſuper te ne dubites adiutorio. Ipſa poteſt, vult, intercedere, elargiri non denegat.

Plut. in vita Ageſil.

Diu. Bonau. opuſc. 3. de ſpe B. V. c 7.

Diu. Auguſ. ſerm. 3. de Natiuit. Apud carth: lib. 5. hõ. 7.

Titulus autem, ſiue Inſcriptio libri, quam clare ab ipſo Euangeliſta ponitur, de mirandis videlicet Arcanis, & ſummis myſterijs enarratio, dicente.

 D

PIÆ, AC MORALES CONSIDERATIONES

IN HVIVS MARIANÆ FESTIVITATIS EVANGELIVM.

Liber Generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham, & c.
Matt. c. 1. a. E

IVXTA Hebræorum conſuetudinem Matthæus in Chriſti Domini humanę generationis deſcriptione, atque ſacerdotum, & Regum progeniei enarratione exordium tale ſumpſit. *Liber Generationis Ieſu Chriſti & c.* Gen. c. 1. a. & c. 5. a. Ordinar. & chriſ. D. ut. maio 10 hô, P. p. 10 n. 4. Illi namque magnatum generationes deſcripturi mox ita incipere conſueuerunt. Prout notauit ex Chriſtiano Druthmaro Gloſſa Ordinaria. *Liber Geneſis, & c. iſtę ſunt Generationes Cæli, & terrę & c. Hic eſt liber generationis Adam.* Ita & Matthæus, vt Hebræi, atque quique ceteri facilius accommodarentur, diſponerenturque ad hæc omnia benè percipienda, rectè intelligenda, & fideliter credenda. Quemadmodum qui prudens medicus dat Ægrotis medicamina, potione, vel comeſtione ſumenda, inuoluit ea rebus, vel condit ſaporibus, quibus Ægrotos potandos, ſanandos, Simile. delectari, atque libenter ſic refici cognouerat. Hic liber, hæc generatio eſt proculdubio quibuſque credentibus optimum quoddam antidotum ad ſanandas, & ſaluandas animas ad tollendas omnes earum ægretudines. Verba ſunt Anct. operis Inperf. hô. 1. in Matth. Gloſſę Interlinearis deſumpta ex auctore operis imperfecti. *Liber hic*, aiunt, *eſt Apophtegma gratiarum, in qua omnis anima, quod neceſſe habet, inuenit.* Hæc qui nō fideliter ſuſcipiunt, ſed potius negligunt, profectò ſanari, & ſaluari contemnunt. Sed qui iam fideli mente ſuſceperunt, ita vt benè operentur, vt Domini miſericordia ſanari, & ſaluari mereantur. F

Illud vnum tamen hîc iure mirandum, quod iuxta Euangeliſtę verba Dauid atque Abraham primò nominantur, è quibus ipſe Dominus geneologiam, Dubit. & originem ſecundum corpoream molem trahere dignatus eſt. Sed nonne hi omnes primitus ex Adam primo quorumque hominum parente? maximè. Reſponſ. Cur ergo non incepit ab Adam, ſed à Dauide, & Abraham, ita vt diceret Euangeliſta. *Liber Generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham?* Reſpondet D. Chryſoſtomus, id factum quoniam à Patre Adam ſuperbo, inobediente ſe prouenientem, & exortum Dominus appellari nequaquam voluit; benè tamen de ſeruorum ſuorum humilium domo, velut Abraham, Dauid, atque D. Chryſoſt. ſimilium non dedignatus eſt. *Noluit Chriſtus ſibi inobedientem Adam patrem nominari, ſed obedientem Abraham, vnde dicitur. Liber Generationis Ieſu Chriſti Filij Dauid, filij Abraham.* Nimirum, vt omnes intelligant, ab eo inobedientes, & ſuperbos reſpui; obedientes verò in eius Regnum admitti. Ad cuius imitationem Pſal. 100. Dauid. *Non habitabit in medio*, ait, *Domus meę, qui facit ſuperbiam, qui loquitur iniqua.* Verè male loquutus Adam, ac inobediens Deo ſuperbiam nimis præ ſe tulit, & cum Dominus ſuis Diſcipulis mandata daret, de ſeque exempla præberet, Matt. c. 11. d. ait. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Quoniā ſummopere delectatur manſuetudine, obedientia, humilitate.

Verùm

Digitized by Google

A Verùm quo ad ſenſum per accommodationem dictum, pulchrè quidem arridet Ioanni de Carthagena ſuis in homilijs de cultu, & veneratione erga ipſam Virginem beatam, nec non, & Georgio Nicomedienſi ex Apocalypſis quinto, eamdem beatiſſimam Mariam eſſe velut huiuſmodi librum generationis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ad alicuius verò libri materialem integritatem multa requiri videntur, paginę, ſcripturę, imagines nonnullę, Titulus, & operimenta. Quę noſtro modo morali, ſeu accommodato in ipſa Virgine beata quoque conſideranda ſunt. Paginę ſubtiles, candidę, dicantur anima, & eius potentię rationales; ea enim de manu Domini præſeruata ab omni labe peccati. Cui cæleſtis Sponſus. *Veni*, ait, *De Libano, ſponſa mea coronaberis, &c.* Libanus autem, candor, vel candidatio ſonare dicatur. In hoc verò mirabili libro ſcripturę ſunt cæleſtes, & diuinę, puta quando Angeli loquebantur ei, quando cæleſtes, & diuinę reuelationes etiam ab eius Nato fiebant, quæque de illomet miranda audiebat, & videbat. *Maria autem conſeruabat omnia hæc conferens in corde ſuo.* Quaſi dicatur, quod ea velut ſculpta, ſcripta ſuo in corde, in anima retinebat.

Georg. Nicomed. Cart. in homil. de cultu erga B. V. lib. 3. hom. 1.
Cant c. 4. c.
Luc. c. 2. g. Eccleſia in Miſſ.

Id peregregiè (nimirum quòd Beata Virgo Maria liber huius ineffabilis Generationis iure dicatur) ea Diui Epiphanij ſententia confirmatur, eam videlicet aſſerentis. *Librum incomprehenſum, qui Verbum Patris mundo legendum exhibuit.* Et iterum idem non minus eruditè ſcripſit Sanctus Ioannes Damaſcenus oratione ſecunda de dormitione Beatę Virginis Deiparę, eius de ſepulchro lo-B quens. *Vbi*, ait, *nouum volumen, in quo ineffabiliter Dei Verbum ſine manu inſcriptum fuit.* Verum quid proderit nobis myſticus hic liber, continens verbum omni ſuauitate, ſalutarique virtute plenum, ſi eius literas characteresque legere ignorauerimus, nec adiſcere ſtuduerimus, nimirum admirandas virtutes eius, & optima probitatum exempla non imitati fuerimus? liber literis Hebraicis, vel Gręcis, ſiue Latinis, aut alterius idiomatis characteribus conſcriptus neſcienti eos ſi porrigatur, eique dicatur, lege. Abſque dubio reſpondebit. Neſcio literas, quomodo legere, intelligere, obſeruareque potero? O vtinam huiuſmodi dictum non verificetur de noſtrorum aliquo, circa præfatum volumen myſticum. Timeo, timeo illud Eſaię verificari modo. *Et dabitur*, ait, *liber neſcienti literas, dicetur que ei, lege, & reſpondebit. Neſcio literas.* Nemo ſit noſtrũ ò fideles, qui hunc librum, eiuſque literas, & characteres legere, imitari, obſeruareque ignoret. Accipiatis hunc per fidem, legatis per imitationem, conſeruetis per deuotionem,

Diu. Epiph. ſer. de V. M. D. Damaſc. orat. 2. de dorm. B. V. Apud carth. lib. 2. hô 9.
Iſa. c. 29. d.

Hoc in libro antidotum optimum ad effugiendam Domini Dei iracundiã, ad placandum ipſum Dominum, quando ſuper nos, noſtra ob delicta, indignatione commotum. De Ageſilao Lacedemoniorum Rege fertur, quòd audiens quemdam ſibi amicitia valde coniunctum fuiſſe deprehenſum ab alio Rege Seleuco fortè, ſcripſit epiſtolam ad ipſũ amici demptorem, dicens. *Si in-C ſons eſt, dimitte eum: ſi ſons, pagina tamen mea dimitte.* Ac ſi dixiſſet. Dum innocens, non eſt quod captiuum detineas; nocentem verò ſaltim amore meo, cauſa mea dimitte, ſinas meum abire familiarem, quem volo liberum reuertentẽ. Et ecce noſtram immaculatam Virginem Deiparam de noſtrorum quocumque ad eius ſubſidium recurrente, ſuum ad Natum deprecari, dicereque pie credendum eſt. Si innocens, nullum quippe quod de ipſo ſupplicium ſumes: ſi verò nocens, & peccator, pagina mea, libro hoc tuo eum dimitte. Cupio, deprecor, volo factum dimiſſum, liberum, ſaluum, reuertentem ad profugium meum. De qua Diuus Bonauentura. *Ipſa quoque*, ait, *detinet virtutes, ne fugiant: detinet merita, ne pereant: detinet Dæmones, ne noceant: detinet filium, ne peccatores percutiat. Ante Mariam non fuit, qui ſic Dominum detinere auderet. Teſtante Eſaia, non eſt qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat, & teneat te.* Eaque ante tempora Diuus Pater Auguſtinus magnam Beatę Virginis Marię poteſtatem expendens, & nobis aperiens, ait. *Nec dubium eſt, quia quę meruit pro liberandis offerre pretium, poſſit plus omnibus impendere ſuffragium.* Recurre, recurre ad ipſam quis quis ex fidelibus es, & de ipſius admirando ſuper te ne dubites adiutorio. Ipſa poteſt, vult, intercedere, elargiri non denegat.

Plut. in vita Ageſil.
Diu. Bonau. opuſc. 3. de ſpe B. V. c. 7.
Diu. Auguſ. ſerm. 3. de Natiuit. Apud carth. lib. 5. hô. 7.

Titulus autem, ſiue Inſcriptio libri, quam clare ab ipſo Euangeliſta ponitur, de mirandis videlicet Arcanis, & ſummis myſterijs enarratio, dicente.

Liber Generationis Ieſu Chriſti filij Dauid. &c. Quod præuidens ipſe Rex Pſalmigerus Vates, ſe videlicet in huiuſmodi ordinis, & ſeriei eo in libro enaratę poni, & quidem in ipſo exordio, ſpiritu Prophetico eleuatus inquit. *In capite libri ſcriptum eſt de me.* Vatablus verò vertit non minus ad propoſitum ſic. *In prima pagina libri.* Quid, quid ſcriptum præuiderat de ſe? nimirum, vt faceret voluntatem Domini, vt videlicet obediens, & obtemperans veneraretur, & gratias ageret ipſi Domino, qui de ſua progenie, & Regali Stirpe, Deus homo naſci dignaretur. Operimentum verò libri coniunctum ſubſtantialiter ei, fuit corpus puriſſimum eius, quod Sancti genitores ei confecere, perfecere formoſum, Ioachimus, & Anna. *O beatum par Ioachim, & Anna! ac profectò ex ventris veſtri fructu immaculati agnoſcimini.* Ita Diuus Damaſcenus eſt affatus. Pendent ex eo deniq; libro ſignacula ſeptem, quę non ineptè dici poſſunt eſſe ſeptē principaliores eius feſtiuitates, quas quæſierunt Patres aperire, nimirum iuxta S. Eccleſię ritum celebrare, & collaudare, de quibus & nos non pauca diximus in libro de gaudijs, ac doloribus Beatę Virginis, cuius inſcriptio eſt. *Lectulus Salomonis.* Qui & iam in lucem prodijt. D

Pſal 49. Vatabl.

Diu. Ioann. Damaſc orat 1. de Nat. V.

Lectul. Salo. p. 1.

Demum hoc in libro ſanè myſtico ſacrę, ac formoſiſſimę Imagines ſilentio non ſunt prætereundę, laudabiles valde. In ea Filius, in ea Spiritus Sanctus, ille ad ſuſcipiendam hypoſtatice humanam naturam deſcenderat, iſte verò in eam ſuperuenit. Ioſeph ſponſus eius fidelem curam geſſit. Matthæus quā plures enumerat Imagines, ſeu perſonas, viros, & mulieres, ex quibus hi tres E ſanctiſſimi, temporalem deduxerunt originem, nimirum Chriſtus, Ioſeph, & Maria. Item in ea imagines, naturę videlicet, & gratię, mirè quidem conſeruatę penitus illæſę. Cui cæleſtis ſponſus, *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* In præſentiarum autem ſermone, quàm breui conſiderandę nobis dumtaxat illę Ioſeph, Maria, & ipſe Ieſus Chriſtus Dominus noſter, prout in huius Euangelij fine, Euangeliſta dicente. *Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.* Diuum itaquè Ioſephum fuiſſe formoſiſſimum, ita vt poſt Virginem Mariam Domini Matrem, nullus extiterit Chriſto ſimilior docuerunt Iuſtinus Martyr, Gerſon Cancellarius Pariſienſis, & alij multi, Auctor verò ſummę Margaritę confeſſorum compendioſę ait. *Ioſeph fuit Chriſto ſimillimus, & per conſequens formoſiſſimus.* De formoſitate verò illius ſpirituali ſat ſit nobis cum quàm plurimorum Doctorum, & Patrum ſententia dicere, eū fuiſſe in vtero materno ſanctificatum, vt eſt videre apud Carthagenam. Sic, & in gratia confirmatum aſſerunt, itaut nullum penitus in toto vitę ſuę curriculo mortale peccatum commiſerit. Vt quoque docuit Diuus Pater Auguſtinus de natura, & gratia, quem ſecuti ſunt recentiorum quamplurimi.

Cant. c. 4 b. Iuſt. mart. in Dialog. cont Triph. Gerſon in ſer. de Nat. Virg. Marg. conf. apud Carth. de cultu, & deuotio. erga B. V. & Ioſeph lib. 18. hom. vlt. D. Aug. de nat. & grat.

Ad præfatarum, & excelſarum Sancti Ioſephi virtutum, ac meritorum cōfirmationem condigna quoquę ratio hæc non prætereatur, ex Diuo Thoma p. 3. habetur, quod quanto aliquid magis principio in quolibet genere appropinquat, tanto magis participat de illius principij effectus, ſicut quod magis F appropinquat ſoli, maiorem claritatem, & illuminationem recipit. Idem dicatur de igne, de fonte atque de conſimilibus. Vnde Sanctus Dionyſius de cæleſti Hierarchia aſſeruit quod Angeli, qui ſunt Deo propinquiores, magis participant de proprietatibus, vt ille ait, diuinis. Duo autem principia in ordine ſupernaturali, licet ſubordinatum alteri alterum, Chriſtus, & Maria, de illo Euangeliſta Ioannes. *Et de plenitudine*, ait, *eius nos omnes accipimus, &c.* De Matre verò eius Diuus Bernardus quàm eleganter, ſermone de Aſſumptione inquit. *O fœmina plena, & ſuper plena gratię, de cuius plenitudinis exundantia reſperſa reuiuiſcit omnis creatura.* Cùm igitur his duobus principijs, vtique ſubordinatis Chriſto videlicet, & Marię D. Ioſeph præ omnibus alijs Sanctis fuerit coniunctior, & propinquior, meritò quoquè præ omnibus de vtriuſque bonitate, formoſitate, integritate participaſſe, credendus, & dicendus eſt.

D. Thom. p. 3. q. 27. art. 5. o.

Ioann. c. 1. c.

D. Bernard. ſerm. de Aſſumpt.

Hinc optimè ratiocinando concludamus, præcipuè recurrendum ad Diui Ioſephi patrocinium, & adiutorium cunctis in neceſſitatibus noſtris; ceteri namque ſancti ſingularibus, vt ſic dicam, in neceſſidatibus ſubueniunt, & pia diuerſitate illarum ad hunc, vel ad illum confugimus; vt pro gutturis infirmitate ad Diuum Blaſium, pro dentium dolore ad Diuam Apolloniam, pro rebus perditis ad Sanctum Antonium de Padua, at cunctis in aduerſitatibus noſtris ad

Carth. vbi ſupra homil. 14.

tis ad

Digitized by Google

A ris ad Sanctum Ioſephum; vnde quidem egregiè Sanctus Doctor Angelicus ait. *Quibuſdam ſanctis datum eſt in aliquibus ſpecialibus caſis præcipuè patrocinari, ſicut ſancto Antonio ad ignem; Sanctiſſimo Ioſepho In omni neceſſitate, & negotio conceſſum opitulari, & omnes ad ſe pie confugentes defendere, fouere, & paterno effectu proſequi.* Vis autem gratum facere Chriſto Domino, & beatiſſimę matri eius Marię? vota precum appende, effunde ad Sanctiſſimum Ioſephum. Quod perpendens, & pro certò habens Iſidorus Iſolanus ait. *Gratiſſimum Deo dicere non veremur, ſi quiſpiam votis Sanctum implorauerit Ioſephum, & conſtanti tenemus fide, talia vota Deò immortali fore gratiſſima, nec non & Reginę Angelorum.* Inferius verò idem Auctor in præfatorum confirmationem, & eiuſdem ſanctiſſimi Ioſephi laudem quarta videlicet ſui operis parte ſubiunxit. *Cum Dei filius intuetur in lumine glorię quempiam Sancto affigi Ioſeph, illius ſtudere honori, eius implorare ſuffragia, gaudet profectò, vt filij nutritorem honoret, annuit votis, exaudit clementius, & pro paterna gloria abundantius munera impetrantibus effundit cæleſtia.* Verùm de his hactenus hìc, nam de Diuo Ioſepho, vbi de gaudijs beatę Virginis Marię egimus, non pauca quoque, vt eſt ibi videre deſſeruimus, ſic per ipſum noſtris precibus annuat ipſe Deus.

D. Thom. 4. ſent. d. 45. q. 3. a. 2. ad 2.
Iſolan. 3. p. c. 4.
Idem 4. p. c. 7. apud Carth. vbi ſupra

De altera verò Imagine, nempe ipſa beata Virgine Maria, de illius formoſitate, excellentia, poteſtate non nihil ſupradictum eſt, nec non alibi quoque à nobis. hic autem illud vnum tantummodo dicendum, ſed paucisſimis conſiderandum. *De qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.* Tanti fecit illam Dominus

B Deus, vt ex ea naſci, natumque appellari per ſacras Euangliſtarum ſcripturas voluerit. Quod & prædixerat ipſemet Deus à mundi origine, ſic verba faciens cum ſerpente. *Inimicitias*, ait, *ponam inter te, & mulierem, inter ſemen tuum, & ſemen eius, &c.* Per eam mulierem, iuxta communem intelligitur beata Virgo Maria, cuius Semen vnicum, & fructus ventris eius, Chriſtus Dominus Dei filius. Inter eos, & ſerpentem ſuis cum ſatellitibus inimicitię ſunt, ad victoriam eorum, ad confractionem iſtorum. Sed notandum, quomodo Dominus ab initio ſecummet de inimicis triumphatore mulierem, ſuam matrem futuram nominare, ac intelligere voluerit. Commune hominibus eſt, vt aliquam dignitatem magnam adepti, humili loco exorti, parentes reticeri velint; at nobiles, dignos, prudentes, nominari ſtudeant. Et ecce Chriſtus Dominus Principum ſummus, Altiſſimi filius ſuam nominari, & prædici matrem curauit, certiſſimum quippe quod indicium nobilitatis, excellentię, ac bonitatis tantę immaculatę matris, quam ipſe Dominus pro ſe talem fecerat.

Gen. c. 3. c. d.
Simile

In huius eximię Imaginis, nimirum beatiſſimę Ieſu Chriſti matris apparitione Infernus vlulat, mundus verò magna pacis abundantia rutilat. Apud Spartanorum Gentem mos erat, vt ad ſingulare certamen nobilium belligerantium quem deſcendentem patrinorum numerus comitaretur, quibus in medium afferrentibus virgam, illicò viſa, deponebantur arma, & pax inter pugnatores componebatur. Magna quippe controuerſia, & graue bellum inter

Plutar. in opus.

C hominem, & Deum ob peccata hominum, vnde præualebat nos aduerſus turba Dæmonum. Quod autem Beata Virgo Maria dicatur virga, diuinum id aſſerit eloquium. *Egrediatur virga de radice Ieſſę.* Et ecce ſic miſericorditer Deo ipſo annuente, adiuuante in medium protulerunt illi duo iuſti genitores Ioachim, & Anna hanc rectiſſimam virgam Virginem Mariam, & ex ea nobis Chriſtus Dominus, Dæmonem aduerſus, & peccata, baculus, ſerpentinū caput confringens, & hominum delicta deſtruens, vnde pacata fecit omnia, pace compoſita, & abundantia in Domini Dei turribus facta. De quibus Dauid Domino. *Virga tua*, inquit, *& baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.* Hæc venit, & lætificat fideles; conturbat verò, & expellit Dæmones.

Iſa. c. 11. a.
Pſal. 22.

Referunt Naturales, quod in capiendo tutè ſerpente baſiliſco, ſiue in fugam facile dando, eum aduerſus homo ſpeculis oriente ſole circundatus progreditur ſic ſplendore reflexo, vel obcæcatur, & capitur, vel mox in fugam Ceraſtes ipſe datur. Sic, ſic ſuo egregiori modo de Beatiſſima Chriſti Domini Matre dicatur, ſpeculis virtutum, & poteſtatis circundatur clariſſimis; ſole veſtitur, in eam propterea Dæmones proſpicere non valent, tantum eius ſplendorem ferre nequeunt, iccircò perditi, perfidi fugam arripiunt. *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato.* Diuus Hieronymus, prout ſupra dicebatur, vertit. *In ſcutulatis.* More, ac inſtar ſpeculorum refulgentibus. Nos verò

Pſal. 44.
V. Diui Hierony.

tantę

tantę figurę efficaci ſplendore ſuaui,pro nobis explicato exultemus, & lætemur in Domino ſuę tantę matris effectore. D

De formoſitate verò, ac ſplendore eximio optimi Reparatoris noſtri, tum corporeo, tum ſpirituali non eſt quod loquamur; nam ſermo quiuis tum hominum, tum Angelorum vix vi attingere permittitur tanti immenſitatem ſplendoris. Illud attamen vnum minimè adnotare non poſſum. Hominibus naturale cunctis, vt in amiſſione ſanguinis pallore conficiantur, ex mentis perturbatione, in membrorum percuſſione pulchritudinem amittant, quam conualeſcentes paulatim acquirant. At Christus Dominus venerationis ſplendorem, viri venuſtatem, Summi Sacerdotis grauitatem, Regis maieſtatem etiam dum multis vapulabat ab impijs nequaquam amiſit. De quo Regius cecinit ita Vates. *Speciosus forma præ filijs hominum.* De vtraque illius formoſitate ibi Dauidem intellexiſſe, ſpirituali videlicet, & corporali teſtatur Diuus Thomas in commentario huius loci, in cuius comprobationem rei adducit ibidem Sancti Patris Auguſtini verba hæc. *Nobis cernentibus vbique ſpecioſus, pulcher in manibus parentum, pulcher in miraculis, pulcher in flagellis, pulcher deponens animū, pulcher in patibulo, pulcher in ligno, pulcher in Cælo.* Cuius pulchritudinem ſol, & luna mirantur; in cuius formoſam faciem proſpicere Angeli non ſatiantur. Eſt enim, vt diuina inquit ſcriptura. *Candor lucis æternę, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius.* O ſerena lux perpetua, cor noſtrum illumina, mentis tenebras fuga; ò ſpeculum illuſtre, immaculatum, fac nos noſtra cernere, abluere delicta; ò imago Paternę Maieſtatis, tuę ſanctę imaginem gratię nobis elargiri, confirmareqne digneris. E

Simile. Pſal. 44. D. Thom. D. Auguſt. apud Carth. de cult. & deuot. erga B. V. lib. 18. hom. vlt. § 3

Hanc demum ſemper venerandam Imaginem, ſanctiſſimum videlicet puerulum contemplabatur, iureque aſſerebat Sanctus Pater Auguſtinus pulcherrimum in brachijs, in manibus parentum, nempe Matris Marię, & Ioſephi Patris putatiui. Eo in loco, vbi natus homo diuiniſſimus puerulus, fortè paupertatis occaſione, lumen lucernę, vel candelę non aderat, ſed ipſe Agnus Dei ſplendor erat fulgidiſſimus, vniuerſum ibi cunctis hoſpiciolum illuminans. Formoſam vidi Romę tabellam, ſic pulchrè depictam. Puerulus Ieſus in Præſepio poſitus, circumquem flexi Mater, Ioſeph, & Angeli nocte vllo abſque ignis ſplendore in hoſpiciolo venerabantur, eorum tamen facies mirè fulgebant colluſtratę ex puero Ieſu, ſuauiſſimos, lympidiſſimos fulgoris radios explicante in eos, quam ego ratione pietatis emi. O ſanctiſſimè puer, ò formoſiſſima imago. *Illuſtra faciē tuam ſuper ſeruū tuum, & ſaluum me fac in tua miſericordia. Quoniam tù illuminas lucernam meam, Domine Deus meus illumina tenebras meas. Et nox ſicut dies illuminabitur.* Ex eius lumine diuino micante tantam ſuauitatis lætitiam percipiebant, vt venerandas facies ſuas pie, deuote ridentes ſuper puerum Ieſum oſtendere viderentur. Sic vidi, ſic & ego corde adoraui.

Simile. Pſal. 30. Pſal 17. Pſal. 148.

Quid poſtea dicemus de illiuſmet formoſitate, ſplendoreque etiam in patibulo, & ſuper Crucis ligno? tantus erat, vt quantumuis tenebroſa caligo ſuper vniuerſam terrę faciem obrepſerat, attamen ille benè fortunatus miles Centurio, eſſe Dei filium agnouerit, ideo clamauit. *Verè filius Dei erat iſte.* O mirabile auditu, quem iuſtum ante non dicebat, eo ſplendore illuminatus, mox Deum, & hominem eſt confeſſus; cui Sanctus Pater Auguſtinus. *Quem viuum contempſiſti, mortuum Deum eſſe acclamaſti.* In Cælo autem immenſo emicat ſplendore, homo Deus, diuini fulgoris flamma lætificans feliciſſimos Ciues illos homines & Angelos. De illa cæleſti Ciuitate ſuperna Ioannes multa ſibi dixit oſtenſa, atque demum in ea deſcendit verba. *Et Ciuitas non eget ſole neque luna, nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius eſt Agnus.* Quamobrem iure Sanctus Pater Auguſtinus ait formoſum ſemper Chriſtum, & vbique locorū O pulcherrima ſine quarumque comparatione imago, mirè refulgens in Cælo, & in terra, ne dedigneris, precamur, ad noſtrum immo tuum diuerti Thalamum ſpiritualem, myſticum, hunc tu ipſe digneris tuę gratię ſplendore exornatum reddere, vbi paſcas, vbi cubes in tui laudem, in Beatiſſimę Matris tuę honorem, & noſtrarum animarum ſalutem. F

Marc. c. 15. d. D. Auguſt. Apoc. c. 21. g

Sed nequeo huc vltimò non referre, & conſiderare, hoc nimirum diuiniſſimę Incarnationis opus eſſe ex immenſitate diuini amoris factum. Memorię quæſo, reuocetur, quod inter Poetas, & Mythologos communiter fertur.

Alci-

Digitized by Google

A Alcibiades Strenuus pugnator, & Æthenienſium Dux pro inſignibus ſuo in- Franc.
vexillo tuliſſe dicitur Cupidinem,ſeu Amorem, iacula, ſagittas fulmina omni Alum. fab.
no confracta manibus tenentem. Ac ſi indicare voluiſſet, potius amicitiam, mund.
& quietem, quam bella, & occiſiones quæritare, & efficere. Quoddam ſi-
mile, ac magis noſtri propoſiti expreſſiuum eſt illud Andreę Alciati emble- Alcia. Embl.
ma. Iouis fingebatur indignatione percitus è ſurſum ideo ſuper homines mit 107.
tens iacula, ſagittas, fulmina; ſed Amor per aera ſe ſe opponens, ea fulmina
ſimul cum ſagittis arripiens confringebat omnia, & necandi inſtrumenta ſua
uem in pluuiam conuertebantur. *Omnia vincit amor*. Verùm in propoſito cla
rius intueamur hoc ſub inani cortice ineffabile opus latere. Hominum ob
delicta Deus verus, viuus iuſta indignatione, iracundia motus ad perdendum
vniuerſum genus humanum erat paratus. De quo Rex Pſaltes. *Sagittas*, ait, Pſal. 17.
ſuas ardentibus effecit. Sagittę tuę acutę. Atque alibi de re huiuſmodi quamplurima Pſal. 44.
ſcripſerat idem.

Sed quid? quid inde peractum? indignationis, & vltionis diuinę ſagittis, ac
fulminibus ſe ſe Diuinus ipſe amor bellè ſumma pietate oppoſuit, & loco ſagit
tarum perditionis, fulminum, ijs omnibus confractis, è Cælo miſit ſuauem
pietatis, & miſerationis pluuiam. *Fulgura*, inquit Pſalmiſta, *in pluuiam conuertit*. Pſal. 134.
Quando? quando? cum Verbum caro factum eſt in Virgineo Beatiſſimę Vir-
ginis Marię vtero. Qua de re idem Rex Pſalmigerus prædicens ait. *Arcum con* Pſal 45.
B *teret, & confringet arma, & ſcuta comburet igni. Ibi confregit potentias, arcum, ſcutum, &* Pſal. 75.
bellum. Quamobrem luce clarius patet diuiniſſimę Incarnationis opus eſſe
ſummi amoris, & immenſę pietatis, charitatiſque pluuiam. Hinc & ſub plu-
uię nomine Dei filius ipſe ad hoc opus de Cælis deſcendit, prout apud Pſaltē
ſic dicentē. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus*. In cuius deſcenſu nullus auditur ſtre Pſal. 71.
pitus, nullus efficitur fragor; ſed magna cum quiete vellus madidum, ac ro-
re Cæli plenum mane reperitur.

Item hoc idem egregiè comprobatur eo, quod Domini Angelus de Bea-
ta Virgine Maria dixit Ioſepho. *Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt*. Ni Matth c 1.d
mirum concepit non de viro, ſed de Spiritu Sancto. Sicut & Sancta Mater
Eccleſia canit. *Conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine*. Clarum apud Symbol. fidei.
omnes Theologos, opera Dei ad extra eſſe indiuiſa, omnes ad ea diuinę ſan-
ctiſſimę Trinitatis Perſonę concurrunt. Diuina incarnatio eſt opus ad extra
Quare igitur potius Spiritui Sancto tribuitur, quam Patri, vel Filio, qui & ea
natura humana aſſumpra hypoſtaticè indutus? Reſpondent, præcipueque D.
Thomas, hanc eſſe rationem, quia operatus fuit Spiritus Sanctus ad præpa-
randam ex puriſſimis ſanguinibus Beatę Virginis materiam Corporis Chriſti.
Et quia cum ſint quædam appropriata attributa diuinis perſonis, vt Potentia
Patri, ſapientia Filio, Amor Spiritui Sancto; ideo opus hoc diuinę Incarnatio-
nis illi tribuitur, quoniam ex diuino amore, ex Dei miſericordia factum. *Cō-*
C *ceptionem*, ait, *Corporis Chriſti tota Trinitas eſt operata, attribuitur tamen hoc Spiritui Sancto,* D. Thom. 3.
quia hoc congruit cauſę Incarnationis, quę conſiderantur ex parte Dei; Spiritus enim Sanctus eſt P q.32.a.1.o
Amor Patris, & Filij. Hoc autem opus incarnationis ex maximo Dei amore prouenit. Idem
affirmat Diuus Bonauentura, Sanctuſque Petrus Chryſologus Rauennas Diu. Bonau.
Epiſcopus clamat. *O quam magna vis Amoris*. Et nos cedamus amori præcipuè 3. ſent. d. 4.
diuino, ex amore obtemperemus voluntati diuinę: Deus enim ex amore, & a. 1. q. 1.
nimia charitate factus eſt homo, vt pro nobis pateretur, moreretur, vt nos D Petr.
viuificemur. O bone Ieſu Chriſte, per illum amorem, qui te volentem in- Chryſol. in ferm.
carnati, pati, mori pro nobis impulit, rogamus te, vt ab omni peccato nos
emundes, liberes, vt tibi placere valeamus, & gratias perpetuò agamus:

SEPTI-

SEPTIMVM
MYSTICI THALAMI
ORNAMENTVM.
IN FESTO SANCTÆ LVCIÆ VIRGINIS, ET MARTYRIS.

Cuius occaſione dicentis, caſtè, & piè viuentes eſſe templum Spiritus Sancti, atque inuitè violatis caſtitatem reduplicari ad coronam, de caſtitate, pietate, mentis integritate, boni operis poſſibilis neceſſitate: de magna Domini largitate, atque de conſimilibus mirè adnotandis, tum ante Paraphraſes Euangelij, tum in ipſarummet enarratione multa ſtrictè conſiderantur.

DOMINVS Deus Sanctis, & electis ſuis ſingulares gratias, & fauores ſemper afferre conſueuerat; caſtos tamen, & puros ſingulariori modo elegiſſe, amaſſe, priuilegijſque ſpecialioribus donaſſe, & ornaſſe legitur. Cum de ſelecta olim habitatione Altiſſimi valde perornata Diuinus Vates Pſalmigerus verba faceret, inquit. *Elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem ſibi.* O quam magna conditio, & prerogatiua, fieri thalamum, atq; templum Domini! Sed quare non elegit ſic præcipuè Ciuitatem illam Ieruſalem, quę pacis viſio interprætatur? atque de ipſomet Domino dicitur. *Factus eſt in pace locus eius.* Attendatur, quæſo huius nominis, Sion, interpretatio, quę quidem eſt, ſpeculum, per quam moraliter bellè intelligi dicunt, hominem caſtum, & purum inſtar ſpeculi in conſpectu, & oculis Domini. Talem ipſe ſibi elegit, & ſuam habitationem facit. Audiatur quomodo etiam id pulchrè ab Eccleſia de Beata Virgine Maria concinitur. *Beata Dei Genitrix Maria Virgo perpetua, Templum Domini, Sacrariũ Spiritus Sancti, ſola ſine exemplo placuiſti Domino noſtro Ieſu Chriſto, &c.* Suppoſita ſic immaculata. Virgo puriſſima ſeligitur, & efficitur Thalamus, habitatio, templum, & ſacrarium Spiritus Sancti. O quam benè id agnouit, quę ſancta Virgo Lucia immani Tyranno dixit. *Caſtè, & piè viuentes templum ſunt Spiritus Sancti.* Vultis o fideles fieri, & vos tales? caſtè, pièque viuatis, & gratia Domini Thalamus eius perornatus eritis. Quod attendens, & Rex Pſalmigerus Vates ait. D

Pſal. 131.

Pſal. 75.

Antiph. ad bened.

In eius vita.

In ſole

Digitized by Google

A *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*. Ex textu autem Hebræorum alij legunt. *Solem poſuit tabernaculum ſuum*. At ſol numquam inficitur, numquam turpis in ſe redditur, ſed ſemper clarus, ſemper lucidus incedit quocumque gyrando tendit. Quiſque ſimilis ſuo modo exquiritur, vt Domini dignum tabernaculum efficiatur. Pſal. 18. Alia Lect.

Si alicuius figura, & imago ad ſui locationem, & receptionem amat, requiritque in loco candorem, & claritatem, quantò magis ipſum figuratum, & imagatum expetere dicendum? Rabbi Salomon, & ex illo alij in illud Exodi decimo ſexto. *Nomen eius Man, quod erat quaſi ſemen coriandri album.* Aſſerunt illud Man candidum mane à Iudæis repertum inter duas cruſtulas eiuſdem coloris ſub, & ſupra bene conſeruatum. Manna verò illa proculdubio typus, & figura extitit Christi Domini, præcipuèque in Sactiſſimo Altaris Sacramento Sanè vt vniuerſi fideles ſciant, ſuſcipiendum, conſeruandum Dominum in loco puro candido innocentię, ac puritatis candore. Quo pariter venit cōſiderandum hoc. Cum Dauid Iuuenis à facie Saulis diri perſecutoris fugeret in via famem obſonaret, atque in Nobę perueniſſet, à Sacerdote Achimelech petijt panem ſibi atque ſuis comitantibus dari. *Et reſpondens ſacerdos ad Dauidem, ait illi, Non habeo laicos panes ad manum, ſed tantum panem ſanctum ſi mundi ſunt pueri maximè à mulieribus, &c.* Alios immunditię carnalis modos non nominauit, tamquam omninò illicitos? ſed ait à mulieribus, quoniam cum eis licitus B quis nempe matrimonialis concubitus. Verum dixit mundos ab eis, vt intelligi detur pro ſuſcipiendo Domino candidum, & purum debere eſſe thalamum noſtrum myſticum, & præcipuè caſtitatis candore, pietatiſq; ſplendore. Rabbi Salō. in Exod. cap 16. g. 1 Reg c. 21. b.

Caſtis Dominus, maximopere delectatur, & cum eis præſertim commorari dignatur. Cum Cæleſtis ipſe ſponſus ſuę dilectę formoſitatem ſingula ferè per membra recenſeret, ſingulariter tamen ait. *Mel, & lac ſub lingua tua*. Quę nihilominus ſub lingua non manent, ibi nō conſeruantur, ſed ore hauſta mox ad interiora tranſmittuntur, quare ergo ſic dicitur? de literali ſenſu modo nobis haud elaborandum, ſed magis allegoricè id conſiderantes, dicamus. Mel diuinę laudis, & lac puriſſimę caſtitatis debent ſemper permanere, illud in corde, ac ore; iſtud verò in anima, & corpore; Sub lingua, vt de his ſit ſermo, non hoc de mundo, non de eius doloſis altercationibus. De illo autem canit. Cant c. 4. d.

Alternantes concrepando;
Melos demus vocibus.

De hoc verò Vates Domini Ieremias exponendum dixit in lamentationibus ſuis. *Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, &c.* Verum quomodo tantus in eis candor? mortuorum potius, quam viuorum eſt huiuſmodi pallor. Numquid de mortuis, & non de viuis ille ſermonem habebat? non ita credendum, ſed lacte, quod ſugitur, & niue, qua foris operitur quis, facillimè moraliter intelligendum, Nazaræos Domini, miniſtros videlicet eius tem- Tren. c. 4 bi
C pli oportere eſſe candidos intus, & foris, nimirum mente, & corpore, cogitatu, & ſermone. Cui propoſito mirum inmodum facit illud Sancti Petri Apoſtoli ad vniuerſos fideles. *Sine dolo*, ait, *lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem*. Sed ſi non omnes infantuli lactentes, verùm alij ætate prouecti, alijq; ſeniores facti, vt quid igitur hominibus intimare, ſeu ſuadere cunctis lac appetendum, & ſugendum? iuxta moralitatem dicamus, id exponendum de lacte, puritatis, innocentię, atque caſtitatis, & ſic nulla dubitandi occaſio, cum huiuſmodi lactis candor, & ſuauitas ſanè cunctis in nobis deſideranda ſit, ad eſſe præcipuo modo nos cæleſti ſponſo dilectos, & ita in ſalutem creſcamus. Ecce quomodo caſtitas concreſcere, non multiplicari prole faciat. 1. Petr c. 2. a.

Et iterum cæleſtis ſponſus in hortum ſuum myſticum ad Sāctas cum deſcendiſſet delitias, ait, ſe delicata quædam comediſſe, atque bibiſſe. Ad quod ita faciendum, ſimiliaque ſumendum amicos, & cariſſimos inuitauit. *Comedi fauum*, inquit, *meum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo*. En fauum, & mel in cibum, vinum verò, & lac in potum ſumpſerat, omnia caſtitatem ſymbolicè indicantia, fauus, & mel apum ſunt opus, quę & caſtitatis hyeroglyphicum ponuntur. De quibus Pierius Valerianus ita. *Incorruptam*, ait, *ad hæc virginitatem; & caſtum animi propoſitum per Apem ſignificari id argumento eſt, quod ipſe homines à coitu olidos oderunt, &c.* Bibit verò vinum, viuacitatem ſcilicet fidei, cum Cant. c. 5. a. Valerian. lib. 26. c. caſtit.

Digitized by Google

lacte caſtitatis puriſſimę. Quibus ſuos dilectos, atque cariſſimos iucundiſſimè inebriari cœpit, & inuitat, nimirum ſic repleri, atque ita conſeruari, veſcentes, & bibentes de huiuſmodi cibo, & potu ſuo. A

Bene quidem lacte ſuo (non mundi, & inanium hominum) quo ipſe paſtus in ſæculo, viuitque talis perpetuo caſtus, innocens Agnus, & Virgo. De quo infra eodem Canticorum capite ſponſa. *Oculi eius ſicut Columbę ſuper riuos aquarum, quę lacte ſunt lotę, & reſident ſuper fluenta pleniſſima.* In quem diuinę ſcripturę locum Lyranus exponendo ait, oculos corporis myſtici, Eccleſię videlicet Catholicę eſſe viros, caſtos, præcipuè religioſos, qui debent ſuper riuos & fontes lacrymarum ſuarum, tum pro ſe, tum pro populo fontes reſidere; lacte rigari, hoc eſt puritatem, & caſtitatem profiteri, atque enixè eam obſeruare. Quemadmodum Columba intus ſine fele pura, & foris vt plurimum alba, ſi verò lacte madet, tota formoſa eſt, duplici quippeque ratione, natura videlicet, & arte candidá. Cui fideles, dum ſimiles, cæleſti ſponſo dilecti, & quam ſuaues erunt.

Vbi ſupra, Lyran.

De excellentia, & mira conditione Sancti Ioannis Euangeliſtę ſuo loco nonnulla dicimus, attamen hic ad propoſitum hoc etiam recenſendum. Prę ceteris Chriſto Domino gratos, ille dilectus ei dicitur. *Hic eſt Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus.* At nonne etiam dilecti alij eius Diſcipuli, ceterique omnes Sancti, & Sanctę Dei, ac omnes viri iuſti? maximè quidem, ſed per quandam anthonomaſiam ille magiſtro ſuo dilectus extitiſſe dicitur, quemadmodum cum Propheta nominatur, inter ceteros Pſaltes intelligitur; inter Apoſtolos, Paulus; inter Poetas Latinos, Maro, & ſic de conſimilibus. Ita cum Diſcipulus Domino dilectus auditur hic præcipuè Ioannes Euangeliſta eſſe intelligendus tenetur. Benè quidem ſic, ſed vnde tanta ei prærogatiua? Huius ſanè negotij rationem intrinſecam, magiſque quidditatiuam ipſe ſcit, qui eſt ſic diligere, & ab alijs ita nuncupari voluit. B

Ioan. c. 21. d. Et in 3 reſp. eius feſti.

Attamen illud vnum in medium puto afferendum, quod ab Eccleſia Sancta teſtatum legimus. *Diligebat autem*, ait, *eum Ieſus; quoniam ſpecialis prærogatiua caſtitatis ampliori dilectione fecerat dignum. Quia virgo electus ab ipſo, virgo in æuum permanſit.* Quod ſi dicas quomodo tam dilectus magiſtro Ioannes Euangeliſta, cum de Baptiſta ipſemet Dominus ore ſuo benedicto protulerit. *Non ſurrexit inter natos mulierum, maior Ioanne Baptiſta?* Reſpondetur, quod aliud eſt eſſe maiorem & aliud eſſe magis dilectum. Illud de Ioanne Baptiſta, hoc de Euangeliſta aſſeritur, Vel reſpondeatur ita, teſtimonium Ieſu Chriſti de Ioanne Baptiſta intelligi, pront & dictum de natis mulierum, at Ioannes Euangeliſta licet primo natus de muliere corrupta, tamen poſtea filius fuit factus Beatiſſimę Virginis Marię. Quamobrem ſicut Ioannes Baptiſta non intelligitur maior Chriſto Domino, qui de Virgine natus; ita vt ſic dicam, ſuo pio modo poteſt ab illa Domini ſententia ſecludi Ioannes Euangeliſta, de quo Dominus ſuę Matri de cruce dixit. *Ecce filius tuus.* Hæc & ſimilia quippe magna operatur caſtitas, ſeu potiſſimum eſt in cauſa, vt caſtis impertiantur hæc, & pijs. C

In reſponſ. S. feſti.

Matt. c. 11. d

Ioan. c. 19. f.

Quoddam valde formoſum, & amabile Chriſto Domino coram virginitas, & caſtitas eſſe dicatur, Cum ſponſus dilectę ſuę laudes celebrans, de ea vult aliquam dare ſimilitudinem, profecto non turpi, ſed formoſiori cuipiam rei aſſimilat, quemadmodum de ſua Salomon ait. *Pulchra vt luna, electa vt ſol.* Et Sanctus Euangeliſta Matthæus cum faciei Domini ſuper monte Tabor ſe glorioſum oſtendentis claritatem, & veſtium candorem indicare vellet, eam ſoli, & hæc niui aſſimilauit, *Reſplenduit facies*, ait, *eius ſicut ſol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.* Non quod ſol Chriſti Domini facie formoſior, neque nix veſtimentis eius candidor, ſed quoniam (vt alias alia occaſione conſiderauimus) nil lucidius, nilque candidius hoc in ſæculo Euangeliſta proſpexerat, ideo illis comparauerat. Ita & Gloſſa Interlinearis aſſeruit. *Non habet clarius quid, cui comparet.* Formoſiſſimis tamen rebus ita comparare intellexit. Tunc ſic dicamus, & nos, Chriſtus ipſe Dominus apud Euangeliſtas, volens aliquã de dilecta Eccleſia ſua comprehendentium, vel militantium dare ſimilitudinem ad ſuorum conſolationem fidelium, eam virginitati, ſeu virginibus cõparauit. *Simile*, inquit, *eſt Regnum Cælorum decem Virginibus.* Qua ſimilitudine ſumpta intelligi datur, quàm ſpecioſa virginitas, quamque pulchri virgines,

Cant. c. 6. d

Matt. c. 17. a.

Interl.

Matt. c. 25. a.

& caſti

Digitized by Google

A & caſti in oculis, in conſpectu Domini.

Huiuſmodi virtus eſt quoddam diuini amoris vexillum ſuper profitentes
eam. *Dilectus meus candidus, & rubicundus.* Candore caſtitatis, rubedine martyrij. Cant. c. 5. c.
Alij verò ex aquila legunt. *Vexillum amoris, vel vexillatum amoris.* Sed notandum Alia Lect.
præcedere caſtitatis candorem, ſubſequi martirij rubedinem, quaſi prius, ac Sept. Sym.
principalius illum Dominus intueatur, & eſſe in nobis exoptet, nam & mar- Aquilę. D. Ambr. lib.
tyrium ſine caſtitate, caſtitas verò non ſine martyrio. *Non ideò laudabilis virgini* 1. de Virgin.
tas, quia & in martyribus reperitur, ſed quia ipſa martyres faciat. Huius profeſſionis ve-
xillarius ipſe virginum, & martyrum Rex Chriſtus Dominus, vexillaria beata
Virgo Maria. Vtrumque ſequamur, vtrumque imitemur, vt eo dante, ea-
que adiuuante demum cum electis eius gloriemur in cæleſtibus.

Mirandum ſanè quod Domini ſponſa dicitur pulchra ſuauis, & decora in
delitijs. *Quàm pulchra es, & quàm decora, cariſſima in delitijs.* Sed ſi de delitijs agitur, Cant. c. 7. b.
earum quippe ratione quàmplurimę feminarum, atque ferè omnes eſſent in
modum pulchrę, atque decorę, ac ideò cariſſimę Domino, cum vt plurimū
nimis incumbant delitijs. Verùm pro veritate, conſiderandum, duplices eſ-
ſe delicias, inanes videlicet, & honeſtas: corruptibiles, & æternas: huius ſæ
culi, & alterius; temporales, & ſpirituales: illę condemnantur, iſtę collau-
dantur; illę omninò contemnendę, iſtę complectendę: illis operam dantes
ſunt turpes viri, ac mulieres; iſtis incumbentes ſunt cæleſti ſponſo coram pul
B chrę, decorę, ſuaues, & cariſſimę. In quibus maximoperè collaudatur bea-
tiſſima Virgo Maria. *Specioſa facta es, & ſuauis in delitijs tuis ſancta Dei genetrix.* At- Antiph. ad
tendatur autem, quoniam dicitur. *Tuis.* Non in quibuſque delitijs, non cetę Veſper.
rarum ferè omnium feminarum, ſed tuis. at quænam fuerè beatiſſimę Virgi-
nis delitię? ſanè virginitatis perpetuę, puritatis, & Innocentię. His delecten-
tur ceteri, & erunt Deo cariſſimi.

O pius, & caſte Dei Religioſe, conſerua, quam profeſſus es caſtitatem, vſ-
que ad extremam tuę vitę horam, vſque ad ſpiritus emiſſionem dimica cum
hoſte antiquo, carne rebelli, mundo pugna, vt peruenias, vbi tutus non præ
liaberis vlterius. Cum Sanctus Domini Elias ſurſum igneo curru eſſet eleuan 4. Reg. c. 2. b.
dus, ſecum deferebat pallium. O bone mi vir, quorſū ita? ſurſum tendis hanc
ſuper aeris regionem, curru igneo, ad terreſtrem Paradiſum, nebulis immu-
nem, vbi frigus nullū, & ad humeros ſtringis quod habes pallium? vt quid ſuper
flua tecum? Per Zonam ad mamillas, & per pallium ad lumbos, caſtitatem
intelligi dicunt. Elias, niſi cum in curru veheretur, niſi cum ab hinc eleuare
tur, pallium dimittere non eſt auſus, eo expoliari non eſt paſſus, niſi cum o-
mninò remotus à Iezabele, & quacumque alia muliere. Sanè vt intelligi no
bis detur, numquam dimittendā caſtitatem, ſed potius tollendam omnem
turpitudinis occaſionem. Vt ſic dilecti Deo eleuemur, & commoremur in
beatorum Paradiſo. Sententia, & expoſitio prædictorum eſt diui Bernardi in
C ſermone de Tranſitu Elię dicentis. *Poſuit tamen Elias pallium ſuum, non eſt quod* D. Bernard.
timeat, ſed non dum tangi, nec dum teneri ab adultera vereatur. Exemplum nobis imitan ſerm. de tran
dum, vt cum Elia dilecti ad tutiorem, Deo adiuuante, perueniamus locum, ſit. Elię.
vecti caſtitatis curru, operti puritatis pallio.

Noluit Elias, niſi cum in curru, illud ſuum dimitere pallium, indicando ſe
timentem, ne ſi deorſum relinqueretur, virtute illa ſanè tanta, eo pallio ſigna
ta, fortaſſis expoliaretur. Retinebat ſignum, denotans velle eo magis con-
ſeruare ſignatum: non dimittebat pallium æſtimans ſummopere caſtimoniā,
virtutum ſingulare cinctorium. Caſtitas quoddam militię Chriſtianę mirā-
dum eſt inſigne. Cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſuos hortaretur ad ea,
quibus benè diſponeretur ad ſuſcipiendum ipſum Dominum reuertentem de
nuptijs beatorum, ait. *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernę ardentes in manibus veſtris.*
Per quas dubio procul vniuerſa bonorum operum genera denotantur. Sed Luc. c. 12. d.
quare lumbi eſſe præcincti iubentur? ſanè ad innuendum reſtrictam, & conſer
uatam in nobis caſtitatem, qua magis ad ipſa opera recta ſuccinti dirigamur,
& conſurgamus, acquiſitaſque virtutes non amittamus. Qua de re Sanctus Diu. Petr.
Petrus Chryſologus Rauennas Archiepiſcopus ait. *Neſcit vincere vitia corporis,* Chryſolog.
virtutis cingulum qui deponit. Sicut enim filo, ſiue litio flores in faſciculo com- Rauenn. Epiſcop.
poſiti colligantur, ſic ſuo nobiliori modo virtutes mentis, & corporis ſimul Simile.

vna faſciculo caſtitatis conſeruantur: Quibus talia bonorum operum gene- D
ra facientes, profitentes, bellè ſuaues euadunt, & decori in conſpectu Dñi.

Quid vlterius dicam de caſtitatis virtute? hæc amatorem ſuum, & profeſſo
rem velut Angelum fulgentem, & candidum reddit admirandum. In Apo-
ſtolorum Actibus de miris operibus, & dignis laudibus Sancti Stephani enar-
Act. c. 6. d. ratur, ſed præcipuè eum velut Angelum aparuiſſe. *Et intuentes eum omnes, qui ſeder ent in concilio, viderunt faciem eius tamquam faciem Angeli:* Stephanus homo paſ
ſibilis lapidandus erat, & vultũ Angeli impaſſibilis, immortalis habebat. Quod
D. Aug. ſer. 5. de ſanct. Stephan. ſi vnde quæras. Audi Diuum Patrem Auguſtinum dicentem. *Teſtimonium id fuit eius ſinceriſſimę caſtita:is.* Quę omnes Domino Deo coram, & hominibus,
ſanctis Angelis ſimiles eſſe facit. Sed quid dico tales? addamus, caſtè, & piè vi
uentes eſſe quadam veneratione dignos, quibus, quodammodo adhibeatur
Thus. Abulenſe ſuper Geneſim referente. Abraham, mortua vxore prima,
nimirum Sara, aliam duxit, nomine Cetura, quę interpretatur Thurificata,
ſeu Thurificanda; & aſſerunt Hebræi eam fuiſſe Agar Ancillam olim, e domo
eius deiectam. Cui tribulatio demum conuerſa fuit in conſolationem, & gau
dium. Quę & toto tempore, quo extra Abrahę domum fuit, ſe caſtam o-
Alphonſ. Thoſtat. in Geneſ. c. 25. mnino conſeruauit, & ideo Cetura, nimirum thurificata. *Hebræi quidam, ait, il-le, dicunt quod iſta Cetura, ideſt turificata, fuit Agar, & vocatur Cetura, ideſt ſecundum in terpretationem Hebraicam, Thurificata, quia poſt quam de domo Abrahę ereſta fuit, ſemper ſe cuſtodiuit immunem, & immaculatam ab actu venereo.* Hi ſunt profectò mirandi ca- E
Lectul. Salõ. ſtitatis effectus, de qua, atque de illis nos alibi, nimirum in libello de Gaudijs
& Doloribus Beatę Virginis Marię plura diximus.

Caſtè, & piè viuentes templum ſunt, &c. Demum, iuxta hoc diuę Lucię verbum,
quiſque huiuſmodi templum Spiritus Sancti propemodum fieri exoptaret,
ſed prius neceſſum noſtro ſpiritu malo expoliari, priuari, & poſt hæc repleri
eò Sancto Domini, non enim illuc, vbi ſpiritus malus, nempe Diabolus, &
profeſſio eius, venit ad inhabitandum Sanctus Domini Dei Spiritus. Benè id
Pſal. 103. intellexiſſe credendus, Domino Deo, qui dixit. *Auferes Spiritum eorum, & defi-cient, & in puluerem ſuum reuertentur: Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terrę.* Non prior tui ſpiritus emiſſio, ſed eorum ſpiritus eiectio, vt per
ſeparationem à ſpiritu malo, paretur, detur locus ſpiritui bono: & in præfa-
ta Dauidis verba Diuus Pater Auguſtinus Domino ait. *Auferes ſpiritum eorum,*
D. Auguſt. in Pſal. *ſpiritus eorum, eſt ſuperbia ipſorum, auferes ſpiritum eorum, & deficient in ſe, clamabunt ad te, cito exaudi me, deficit ſpiritus meus. auferes ſpiritum eorum, non habebunt ſpirituum ſuum, ſed tuum.* Ac ſi diceretur, quia in puluerem verę humiltatis conuerſi ſunt, iccir-
eo ſpiritum tuum à te miſſum habebunt, eos gratia replentem, & mirè viui-
ficantem. noſtro turpi ſpiritu priuemur, vt cæleſti viuificemur.

In memoriam, quæſo, veniat illa Sancti Ezechielis viſio. Cum eſſent quę
dam oſſa nedum ſuo ſpiritu priuata; verùm & arida, prius in ſe ſicca, inde ſpi-
Ezech. cap. 37. d. ritum à Domino ſuſcipientia reuixere. *Et dedero, ait, ſpiritum meum nobis, & vixe ritis.* O ſuperbe, ò luxurioſe, tum luxurię, ac ſuperbię ſpiritum dimittas, vt F
Domini Dei ſpiritum bonum recipias, & eius templum fias. Audeo dicere,
adeo peroptare Spiritum Sanctum nos ſuum templum facere ad inhabitan-
dum, vt dato per nos obſtaculo, contriſtetur, ſuo videlicet modo. hoc idem
Ephes. c. 4. g Diuo Paulo ad Epheſios ſic dicente. *Et nolite contriſtare Spiritum Sanctum Dei.* Ve-
rùm diceñti, & quomodo Spiritus Sanctus poteſt contriſtari, ſeu non con-
Ibidem. triſtari? reſpondetur per ea. quę ibi ſubſequuntur Diui Pauli verba. *Omnis a-maritudo, & ira, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia.* Tolle à te
vitiaquæque ſpiritus turpitudinis, & nequitię omninò renunties, & cum Di-
ua Lucia tunc Spiritus Sancti templum euades. Ait autem Apoſtolus omnẽ
tollendam amaritudinem, & ex conſequenti omnem apponendam virtutum
moralium dulcedinem, vt eo magis ad nos Spiritus Sanctus delectetur, alle-
Simile. ctetur venturus. Dat Sanctus Ioannes Chryſoſtomus exemplum de Aluea-
D. Chriſoſt. rio Apum. Os eius, ait, cuſtos ab omni amaritudine purgans, etiam melle
indulcorat, vt eo libentius ad inhabitandum, & mira ibi operandum, adno-
lantes ingrediantur. Ita & tu te moraliter exorna, vt repleatis Spiritus San-
cti gratia.

Nequeo tandem hoc in loco præterire ſilentio quoddã munimentum in

luxu-

Digitized by Google

A luxurioſa turpitudine viuentibus iurè dandum, atque ab omnibus bene attendendū viuentibus, ne inficiantur, nempe hoc luxuriç peccatū eſſe omnimodā ſuorum amatorum, & profeſſorum deſtructionem. Quod quàm clarè denotatum videtur per illud, quod illa mulier Samaritana, audiens quædam ſibi cum veritate à Chriſto Domino dici ad fontem Iacob ab ea potum expetente, relictis ibi mox hidria, & ſune velox reuerſa in Ciuitatem ipſorum Samaritanorum clamare cepit. *Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcunque feci*. Et quænam dixit tibi, ò mulier alieni viri? nimirum quod quinque viros habuiſti, & quem tunc habebas; tuus non erat. Et hæc ſunt omnia, quæcum que feciſti? & tot vitia, quę conſequuntur Luxuriam, atque amatores, ac profeſſores eius? numquid ea tibi, ac ſimilia dixit? Euangeliſta Ioannes de his nullum habet verbum. Ergo eam, cui incumbis luxuriç turpitudini, omnia quæcumque feciſti eſſe aſſeris? Hanc eamdem dubitationem ſuis in ſermonibus mouet Diuus Petrus Chryſologus Rauennas Archiepiſcopus, & reſpondens ſimul ait. *Quia omnes diſſolutiones ſunt in peccato luxuriç, & in luxurioſo peccatore*. Atque ſimilia adhibet ille verba. Quamobrem prædicta recogitent quicumque viuentes, & ab huiuſmodi delicto, atque à quoque alio recedant, vt Spiritus Sancti fideles piè, & caſtè viuentes templum fiant. Ioann. c. 4 c. Diu. Petr. Chryſolo. Rauenn. Archiep in ſer.

Attendite viuentes, ne voſmet conſtringatis, callumque obducatis hoc in vitio turpitudinis; nam magna difficultate conſurgetis; quandoquidem requiritur præcipuè ad conſurgendum ex eo magna vis Altiſſimi, & vt ſic dicā miracula eius. In memoriam, quæſo, reuocetur quod apud Ioannem Euangeliſtam legitur de illis nuptijs in Chana Galileç factis. *Nuptiç, ait, factç ſunt in Chana Galileç, & erat mater Ieſu ibi, vocatus eſt autem Ieſus, & Diſcipuli eius ad nuptias, &c.* Aderat ergo Chriſtus Dominus, aderat Mater eius, & Diſcipuli ipſius Domini. Atque, vt ferunt, illç nuptiç erant Ioannis Euangeliſtę, vxorem ducere volentis: Quare notanter conſideratur, quod Dominus volens retrahere illum à copula carnali, à feminę nuptijs, & ipſemet iuit, & initium ſignorum ſuorum, ſeu miraculum ibi fecit, fortè vt facilius reuocaret Ioannem, quem virginem conſeruandum voluit. Similia ibi Lyranus refert. *Dicunt, ait, communiter has nuptias fuiſſe Ioannis Euangeliſtç, à quibus eum Dominus ſic reuocauit ante conſumationem matrimonij per carnis copulam, & virginem conſeruauit eum*. Conſideretur itaque quot, quantaque ſimul magna ibi conuenere pro hac re facienda, & ſtabilienda, Dominus illuc perrexit, & Mater eius Virgo Maria, atque Diſcipuli ipſius Domini quoque ibi erant, nec non & miraculum factum de aqua in vinū conuerſa. Et nihilominus Ioannes adhuc non nouerat illam mulierem deſponſandam. Quid quid vobis viris in fornicatione, in adulterio morantibus? videte ne in illud, vel conſimile cadatis, nam difficilimè conſurgetis. B Ioann. c. 2. a Nicol. Lyra.

C

De pietate nonnulla conſiderantur, atque præſertim de illa Domini Dei, quam tenemur prę viribus imitari, vt efficiamur templum Spiritus Sancti viuentes.

NOBIS ſufficere caſtitatem, alijs ſine virtutibus, non eſt arbitrandum, illudque aſſerere eſt omninò abſurdum. hinc ſponſa fidelis, & dilecta. *Fulcite me*, ait, *floribus, ſtipate me malis*. Flores ſunt virtutes, mala verò earum effectus: flores, & fructus petebat, quę virtutibus, & eorum effectibus repleri, ac ſuperabundare cupiebat; quę & alibi ſuo cæleſti dilecto ait. *Trahe me, poſt te curremus*. Si ſolam trahi poſt Dominum petijt, cur plures fore currentes aſſeruit? quoniam ſe multis virtutibus, & earum effectibus comitatam Cant. c. 2. b. Cant. c. 1. a

mitatam poſt eum, & ad eum ſollicitis, ac frequentibus proficiſci paſſibus cu piebat. Et alibi ſub nomine ſapientię, vel beatiſſimę Virginis Marię inquir. *Flores mei, fructus honoris, & honeſtatis*. Et cur non ait flos? quia non vna tantum virtus, ſed plures cum earum effectibus ad Sponſam Domini, ad ſeruum Dei requiruntur. Dequo Eccleſia Sancta concinit, D

Eccl. c. 24 c.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobrius, caſtus fuit, & quietus,
Vita dum præſens vegetauit eius
Corporis artus,

Videte quomodo humilitas interſer itus, qua ſine nequeunt alię virtutes prodeſſe, & niſi prius fidelis humilietur, ad ipſum Deum magnus non proficiſcitur. *Iſte puer magnus coram Domino, nam & manus eius cum ipſo eſt*. O bone Deus ſi puer, quomodo magnus? Si quiſque Domino coram eſt quaſi punctus, quomodo ille magnus? reſponderi poſſe videtur, eum dici magnum, quem talem, ac tantum Domini manus efficiebat dum cum eo erat. Occidente ſo le rerum vmbrę extolluntur, vnde res earum eſſe magnę videntur; ſol iuſtitię clariſſimus Dei filius è Cælis deſcenderat, in vtero Beatę Virginis homo factus paſſibils moriturus erat, in cuius ideo aſpectu, & conſpectu Ioannes poſitus, propterea & magnus ex manu Domini appellatus, ſed noſtrum quoq; ad moralę propoſitum conſideretur, qui puerum dicit ſanè humilem, paruulum, & obedientem, aſſerit, qui & propterea talis apud Deum magnus, alio in ſæculo extollendus. *Qui ſe humiliat exaltabitur*. Hic magnus in Regno Calo rum vocabitur, E

Vltima Antiph. ad Veſp feſti S. Ioannis b.

Luc. c. 14. c.

Etiam noſtrę verę pietatis expertes id cognouere, neminem ſcilicet debere ſe magnum, eleuatumque hic dicere, ſed paruum, ac minimum ſe aſſerere. Athamanarum Rex formoſa humilitatis inſigna hæc ſibi errexit, ſuæ oblitus, ſeu oblitum faciens eleuationis. In fundo Sphерę turtur, ſiue columba erat, pagellam roſtro ferens, his literis inſcriptam, *Nemo magnus in puſillo*. Suam purpuram, ſceptrum, coronam paruipendens, ſed humilitatem magni faciens. Nullus in ſæculo hoc magnus, niſi virtutum magnitudine, & Domini Dei opę. Humiliemur ſub potenti manu Dei, & exaltabit nos in tempore viſitationis magnę. Colligat nobis ceteras virtutes caſtitas, & ſuauiores eos reddat neceſſaria humilitas,

Hieron. Ruſcell.

Verum noſtram ad rem reuertentes, dicamus pietatem cunctis fidelibus neceſſario congruentem imitantibus eam omnipotentis Dei, verè pij, verè miſericordis ſuper omnia opera ſua. Quamuis è contra ſe gerant homines diri, & immanes, parùm aut nihil Domini pietatem imitantes, licet ſuper ſe maiorem ſemper fieri deprecantes, Si memoriam tenetis, ille homo Euangeli cus pro quodam aduena, neceſſitatem habente, atque media nocte domum ſuam aduentante, perexit ad ædes amici, petens ſibi panes neceſſarios accomodari, ſemel, atque bis pulſans domum eius, & petens exaudiri protinus, Quis cōmorantiū, dormientiū intus audiuit? reſpondit? ſubuenit? Ipſe pater familias, & dominus. Attendatur Euangeliſtę ſcriptura. *Et ille de intus reſpondens dicat. Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, nō poſſum ſurgere, & dare tibi, & c.* Sed nonne conſueſcunt ſeruuli deorſum prope domus fores dormire? vt dato quouis leui ictu in oſtio, mox audiant, conſurgant, & quid agant? Dominus verò eorum in interiori, & ſecretiori parte domus, vt excitetur minus? ita eſt; verum ille ſolus audiuit, & prope ianuam lectulum ſuum poſuit, qui vocem quæritantis, pulſantis ſolus expectare ſtuduit. Conſideratio hæc Sancti Petri Chryſologi Rauennatis Epiſcopi eſt dicentis. *Primus, & ſolus audiuit vocem pulſantis, neceſſitatem habentis, qui lectulum ſuum poſuit ad ianuam*. Parabula verò, prout ibi, intelligitur de ipſo Deo audiente ſolo, & exaudiente pio petitiones, & deſideria neceſſitatem patientium, vn de ſequitur. *Et ego dico vobis, petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis*. Dominus enim Deus videt, & audit nos pius, & miſericors Sæculi verò potentes egentibus claudunt, oculos, & ſurdeſcunt eorum aures, ne videant miſeros, neue audiant eos prę inopia gementes. F

Luc. c. 11. b.

Diuus Petr. Chryſol Rauenn. Epiſc. in ſerm.

Luc. vbi ſup.

Differt quandoque Dominus petita impertire, ſed ne pigeat te pauliſper expectare, iterum, atque iterum pulſare, vigilat, non dormit, differt, non auſert

Digitized by Google

A aufert. Quandoquo tardat, vt cumulatius afferat. Iſaac cum eſſet annorum
quadraginta vxorem duxit; cum verò annum ſexageſimum ageret, ex ea filiū
ſuſcepit, vnde tuge clarins apparet quod annis viginti ad Dominum Deum
preces fundere nō ceſſarat, vt promiſſam ſibi prolem à coniuge ſterili Rebec
ca videre dignus efficeretur. *Abraham genuit Iſaac, qui cum quadraginta eſſet annorū* Gen. c. 25 e.
duxit vxorem Rebeccam. Deprecatuſque eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, eo quod eſſet ſterilis
&c. Sed ſi Abrahę promiſſum erat, fore ſemen eius ſicut ſtellas Cæli, & are
nam maris multiplicandum, quare ſic Deus cum ſeruis ſuis geſſit, & ea pro re
tot annis exorari voluit? Reſpondet ſic Rabbi Salomon ibi, quia Deus vni- Rabbi Salō.
cè diligebat Iſaac, ideo iucundius ei eſſe, tandem videlicet, optata, rogata
obtinere. Mos diuinę largitatis eſt, vt differat impertire, quod gratius vult
ſuſceptoribus eſſe, & cumulatius eis concedere.

Chriſtus Dominus audito nuntio à Martha, & eius ſorore Maria miſſo, lan
guorem dilecti Lazari narrante, quamuis amator earum certior ea de re fa-
ctus, expetentium, & expectantium adiutorium, ſollicitus; attamen illuc ci-
tò pergere adiuturus, ſanaturus haud quaquam fuit, ſed eo in loco adhuc
tres dies remanſit. Quare tantam facere moram? Quare ſic ſuis cum dilectis
Dominus egit? ſanè vt inde gratius concedendum haberetur, & copioſius idē
ab ipſomet largitore impertiretur. Diſtulit, & non ſine pia ratione id fecit,
ſtatim ad eum ſanandum non cucurrit, ſed gratias egentibus cumulauit. prò Ioan. c. 11. a.
B tunc miſſis nuntiis quod facturus erat, non manifeſtauit, ſed eas ſorores duas
mentis compotes copioſius effecit. Ad fratrem ſanatum concupierunt ve-
nire, quem Dominus intellexit ſuſcitare, nec mox ſepultum, ſed fætentem
quatriduanum. Conſideratio, & præfatę dubitationi reſponſio eſt Diui Pe-
tri Cryſologi Rauennatis Archiepiſcopi ſuis in ſermonibus dicentis. *Sed Chri* D. Chryſ.
ſtus, cuius amare illud eſt; non vt dilectum alleuet, ſed ab inferis, vt reuocet. Dilecto non me Rauenn Ar-
dicinam languoris, ſed reſſurrectionis gloriam mox parauit. Non igitur doleas, & ſi Do- chiep. ſerm. 63.
minum gratias differre audias, nam ſummę pri s vult ideo concedere copio-
ſius, & eſſe iucundius tibi, quod diutius accipere rogaſti.

Tuam cupit Deus orationem, gratam habet deprecationem, vt ſic inue-
niat, cui munerum largitatem impertiat. De quo Diuus Vates Pſalmigerus.
Extendit manum ſuam in retribuendo. Sed quomodo retributionis ratione, ac mo
do concedere dicitur, quod ipſe ſua ſponte largitur? eſt modus dicendi, vt eo Pſal. 54.
magis indicetur pietas, & magnificentia Domini, atque quanti faciat, vt ab
eo te munerari ſollicitè petas. Quis nobilium virorum manu florem, vel po-
mum gerit, ab amico expetitur, vt dono ſibi detur. Ille huiuſmodi depreca Simile.
tionem tanti facit, vt pro magno ſtudio, ac fauore ſibi facto arbitretur, adeo
vt quodammodo de iure vero illi id in retributionem dare teneatur. A ſimi-
li ſuo maiori, atque nobiliori modo dicatur. In manu Domini vera quęcū-
que bona, qui gratum ſic habet, vt ab hominibus pro eorum largitione pe-
C tatur, vt hiuſmodi deprecationem quodammodo pro dono ſibi facto habeat
atque propterea dando retribuere dicat. Tu petis ab eo ita exoptante, ille
pius donat, tu laudes dicis ei, & gratias ipſe copioſius redonat, ſic quædam
retributionis viciſſitudo ex Domini bonitate, ac pietate videtur procedere.
Quid retribuam Domino pro omnibus, quę retribuit mihi. En vterque dicitur retribue-
re, ſed Rex Dauid ex obligatione, Dominus verò ſua pietate, & magna lar- Pſal. 115.
gitate. Verè toto corde fateamur, inter ea omnia, quę omnipotens ipſe
Deus profitetur, primum congruere locum eius immenſę bonitati, miſeri-
cordię, ac pietati.

Verum quod ibi dicitur, notanter conſiderandum, extendere aſſeruit ma
num, eo præcipuè vtens vocabulo. *Extendit manum ſuam.* Anteaquam Chri- Vbi ſupra.
ſtus Dominus noſter crucifigeretur, eorum qui Cruci affigebantur plurimi
funibus huiuſmodi ſuper lignum ligabantur, poſtea vt morerentur eis crura
frangebantur. Qua de re Iacobus Gretſerius de Cruce Chriſti ait. *Negari non* Iacob. Gret-
poteſt crucifigendos aliquādò funibus tantum fuiſſe aſtrictos, nam Auſonius ſuum Cupidinem ſer. lib. 1. de
crucifixum facit ita. S. Cruce c. 19. a.

Deuinctum poſt terga manus, ſubſtrictaque plantis Lipſius de
Vincula merentem. Cruce.

Quorſum ita? cur illi quique funibus, clauis verò Dominus? eſſentialem

huius rationem ipſe ſcit, qui ſic fieri voluit. ad hominem tamen, & noſtrum D
ad propoſitum dicamus, dum viri brachia præſertim prope manum ligantur
ſuper lapidem, vel lignum procul dubio ex reſtrinctione neruorum, manus
clauduntur in pugilli modum. E contra dum clauis ipſę manus figuntur, ſi
quidem dilatari videntur, atque ſic apertę conſeruantur. Id circo fortaſſe
Chriſtus Dominus noſter ſuper Crucem non funibus ligari, ſed clauis Cruci
ſię voluit affigi, vt extenſas apertaſque ad piè, generoſeque nobis dandum
Pſal. 144. manus habere non ignoremus, Cui quidem iterum Dauid. *Aperis tu manum
tuam, & imples omne animal benedictione.* Si tu ſalutari muneribus non locupleta-
beris tua culpa erit, nam pius Dominus apertis manibus te, ad tibi munera
Prou. c. 1. d. magna dandum, rogantem, accepturum expectat. *Extendi*, ait, *manum meam
And. Ebor. & non fuit, qui aſpiceret.* Dionyſius Syracuſanorum Tyrannus videns ſuos ina-
tom. 2. de nes Deos apertis expanſis manibus onuſtos diuitijs, ornatos palijs auro, ſer-
contem. Re- ricoque contextis, ea ab illis ſurripiebat. Quid? quid agis ò dire, & immanis?
ligion. Val Max. lib. ab offerrentibus ſumo. à porrigentibus accipio. Et tu Chriſtiane, ab offeren
2. c. 2. te pio, a porrigente Domino Deo viuo, vero nolis accipere ſpiritualia, &
æterna dona? vide, audi, accipe, & noli eſſe tibi perditus, & ſummo largito-
ri pio ingratus.

Quàm pius, quàmque miſericors Dominus ſit, ad cunctis prodeſſe, ad nul
lis obeſſe, vt exemplum aliquod ſuis fidelibus daret, ſolis luci ſe aſſimilare vo
Ioann c. 8. a. luit; *Ego ſum*, ait, *lux mundi*. At nonne opportunius, & congruentius videba E
tur, vt ſolem potius diceret, quam lucem ſe tantum eſſe aſſereret? ſol namq;
eſt generis primitiui, lux verò deriuatiui ab eo; At Chriſtus Dominus Deus
de Deo factus à nullo, ſed Dei verbum per quod factum eſt vniuerſum. Atta
men moraliter conſiderandum ſe lucem, non ſolem dixiſſe, fortaſſis quoniā
lux nemini obeſt, lux cunctis prodeſt; at ſol quandoque nimio calore ſuo cō
tingit, vt pernitioſi cauſa ſit effectus, nimirum aliquibus æſtum patientibus.
Sicut factū in eloquio diuino legimus cuidam puerulo mulieris Sunamitidis
4. Reg. c. 4. d. filio, dicenti in campo Patri ſuo. *Caput meum doleo, caput meum doleo, &c.* O bo
ne Ieſu dulciſſime. lux de luce, Deus de Deo, miſerere populo, quem rede-
miſti ſanguine tuo. Sic prius, ſic bonus eſt ipſe Dominus, qui diſcipulos ſuos
in hoc præcipue ſibi ſimiles, & validos imitatores effecit, & eſſe tales aſſeruit,
Matth. c. 5. b. *Vos eſtis*, ait, *lux mundi*. Non ſolem dixit, ſed lucem, cunctis iuuamen afferē-
tem, & iter ad cæleſtia regna colluſtrantem. Quiſque prę viribus Domini
pietatem, miſericordiam, bonitatem ſic imitari nitatur, vt ſibi quoque ſimi-
lia impertiri mereatur.

Eumdem ſenſum facere videntur, quę idem Dominus alia occaſione ſuis
Matt. c. 10. b quoque Diſcipulis verba hæc fecit. *Ecce ego*, ait, *mitto vos ſicut oues in medio lu-
porum.* Et cur potius ſicut oues, quàm cameſos, & boues, hominibus vtilio-
res ouibus? ſic fortè quoniam oues cunctis proſunt, neminem lædunt; per-
territę, percuſſę fugiunt; dentes, vngues ad vltionem non vertunt, occiſori- F
Ioann. c. 1. d. bus etiam lupis nullam vendictam retribuunt. Ideo & ipſe Dominus à Ioan-
ne nuncupatus Dei Agnus, oues, & Agnos, nimirum eis ſimiles ſuos eſſe iuſ
ſit. Quibus & ſupra dixit, vt prę ceteris, quę in via eos portare negauerat,
non baculum, ſeu virgam, neque peram ſecum haberent, ſed omnino depo
Matth. vbi nenda, & nullatenus accipienda curarent. O bone Ieſu mi dulciſſime, qua-
ſupra. re ſic? in pera panis fruſtum, lapiſque, ac ſudariolum poni poteſt; & baculo
quiſque à canibus, ac inſidiantibus ſe facilius tueri poteſt, & eos tu Domine
ea commoditate, neceſſitate priuari iubes? maximè, cuius ratio moralis eſ-
ſe poſſe videtur, quoniam baculus ad vltionem potius, & pera ad reponen-
dum etiam rapta deſeruire videntur. Dominus autem ſuos vult eſſe mites,
pios, terrena odio habentes, ad dandum potius, quàm ad recipiendum para
tos, ipſiuſmet Domini pios imitatores factos. Immo dicere audeo, quod
quo magis pius quis, eo valde magis timorem incutiens ceteris. *Quis non time
Apocal. cap. 15 b. bit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia ſolus pius es.* Ideſt ſuper omnes talis
es. Sed ſi fortes, & robuſti ſolent proprie timeri, quare ſic Ioannes ait? quo
niam in via Cæli, in ratione Domini ita contingit, & ſic fieri Dominus ipſe
voluit, eſto pius, & eris tu timor ceteris.

**Dominus pietatem magnificauit, & eam ab hominibus obſeruari ad hibe-
ri voluit.**

Digitized by Google

A rivoluit. Miſſis à Ioanne Baptiſta Diſcipulis ſuis duobus ad Ieſum Chriſtum audiendum, & ſequendum ipſe Dominus commiſit quædam Ioanni prius per ipſoſmet renuntianda hæc. *Et reſpondens dixit illis. Euntes, renuntiate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis.* Nec abſque morali ratione dixit, quę audierunt, & viderunt, quoniam ad exemplum imitatione dignum, dandum, non ſat eſt dicere, prædicare, ſed opus & ipſa opera bona præſtare. Verùm ad rem noſtram notandum, quod ſuperiori capitulo Euangeliſta narrauit à Iudæis Dominum probro impiè datum, eo quoniam in Sabbato ſanaſſet, & diſcipulos eius murmuratione corroſos, eo quia, vt pauliſper refocillarentur die Sabbato ſpicas ad educenda, & comedenda grana confricabant. Ac ſi dixiſſet Chriſtus Dominus. Ecce quomodo videndum, quomodo bene procedendum laceſſitus parco, prouocatus indulgeo, offenſus pro malo bonum læſoribus reddo. Sequimini veſtigia, imitamini exempla; eſtote vos quoque pij, & hæc renunciate Ioanni. Ioan c. 7. d. Cap. 6. a b. c

Mentionem faciunt Euangeliſtę de data omni poteſtate Chriſto Domino ab omnipotente Patre ſuo, vt quidquid ipſe vellet, omninò ageret. Sed pręſertim tranſiturus ad ipſum Patrem per ſuam paſſionem, & crucem conſiderauit ſibi datam huiuſmodi poteſtatem. *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, &c.* Benè quidem, ſed ad quid, quomodoue vſus fuit ea poteſtate ſibi data? audi tunc immediatè ad humilitatem, miſerericordiam, largitatem faciendā. Ioann. cap. 13. a.

B Diſcipulis pedes lauit, ſe ipſum ſacramentaliter in cibum dedit, Iudam proditorem tolerauit, ſimiliaque peregit. *Surgit è cena, & ponit veſtimenta ſua. Et cum accepiſſet linteum, &c.* O vere mirandum immenſę pietatis, & largitatis genus; ac monimentum, omni recordatione maiori dignum! ibique ſubiunxit ipſe. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Sic pius, ſic miſericors eſt Dominus, vt vix ad miſerendum expetitus, mox magnam faciat largitatem, & miſericordiam, confeſtimque iterum gratias agendi det occaſionem optimam. Lecta quacumque matutini lectione, lector ipſe ait. *Tu autem Domine miſerere nobis.* Et ſtatim chorus reſpondet. *Deo gratias.* Nimirum de benedictionibus, beneficijs petitis, & acceptis. Semper accipimus, Deo gratias dicamus. Atque tales nos eſſe diſcamus in ſcola Chriſti Domini, miſericordes, & pij, vt templum euadamus Spiritus Sancti, & perornatus Ieſu Chriſti Thalamus ad ipſum hic ſuſcipiendum, vt ab eo ſuſcipiamur, & deducamur in Cælum. Ibidem. Ibidem. Lect. breu.

Et ſicut ipſe Dominus verè miſericors, & pius eſt, ita quoque te ad imitationem eſſe talem, tuaque opera pietate referri, ita comprobari optat. Omnipotens ipſe Deus prima rerum creationis die, vel ſecunda, aut tertia, ſeu quarta, ſeu quinta hominem de limo condere potuit, attamen eum ſexta facere ſibi complacuit. Quare non alia die? Nonnulli ex Pico Mirandolenſe reſpondent, quoniam Dominus Deus voluit prius homini habitaculum præpa- Pic. Miran.

C rare, & illud formoſis, ac neceſſarijs referre ornamentis. Noſtro tamen magis in propoſito adducitur illa Anaſtaſij ratio moralis, quoniam numerus videlicet Senarius eſt pietatis, ac indulgentię typus. Vt homo non ignoret, in ipſa pietatis conſideratione, ac ratione ſe conditum eſſe, vt & ipſe magis ad pietatem, quam ad feritatem, habere pronitatem naturalem recordetur. D. Anaſt. Niceni.

Quò itaque ad primam pręfatę inquiſitionis partem optimè facit illud quod de numero ſenario Petrus Bongus ait. *Hinc quia prius erat conſtruenda Aula regia, atque ita Rex introducendus omni iam caterua ſtipandus.* Quo verò ad ſecundā expoſitionem, ſiue ſenſum noſtro magis propoſito facientem, nimirū quod ille ſenarius rerum conditionis numerus ſit perfectionis, miſerationis, ac pietatis indicatiuus, pulchrè facit, quod referente eodem Bongo, ait Diuus Pater Auguſtinus. *Senarij perfectionem nobis à ſacris literis commendatam recepimus in eo maximè, quòd Deus ſex diebus perfecit opera ſua, & die ſexto fecit hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam.* In quorum confirmationem perpendit idem Bongus, hinc ſex diebus colligendum fuiſſe Manna, & ſexta die duplum prout Exodi decimo ſexto. Hoc autem magnum largitatis, & pietatis Dominicę etiam figuratiuè indicium. Et iterum Diuus Pater Auguſtinus vbi ſupra. *Sexta, inquit, ætate Deus hunc venit viſere mundum factus homo, qui etiam ſexta hora ætate perfecta, iuxta puteum ſedens fatigatus mulieri Samaritanę Diuini fontis fluenta aperire dignatus eſt.* Propterea & Petr. Bong. de num. ſen. c. 6. D. Aug. de Trinit. lib. 4. apud eumdē Bongum. Ibidem & in Gen. lib. 4. D. Aug vbi ſupra de Trinit. apud eumdem.

Digitized by Google

rea &idem apud Ioannem ſubiunxit, iam tunc incipere myſteria. Immo & mense ſexto, nempe Martio, Annunciante Angelo, Beata Virgo Maria cōcepit, & peperit ipſum hominem, Deum. Addunt, & alij, inquit Bongus, feria ſexta natum, & prout ex Euangelio feria ſexta paſſum, quę omnia ad pietatem ordinata, ſanè vt ſciamus ea die ſexta conditum hominem in largitatis, & pietatis reminiſcentiam. Nec mirum cuiquam videatur, & ſi, iuxta Bongum, menſis Martius hic ſextus dicatur. Quandoquidem Iudæis duplex annus fuit, vnus reſpectu ſolemnitatum, incipiens ab ipſo menſe Martio; alter verò communis, incipiens à menſe Septembri. De hoc intelligitur illud Exodi. *Solemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro, & c.* Hac de re ſimiliter videndus Ribera in caput quartum Ioannis, illa ſuper verba, Nonne dicitis vos, quia adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit. D

Exod. c. 31 b
Ioann. c. 4. e.
Ribera ibi.

Cui non minus illud Euangeliſtarum facit, pietatis, ac deuotionis cauſa. illę mulieres deuotè cum vnguentis optimis ſummo mane iuerunt ad monumentum vngere dominum. ille attamen ſelegit prius reſurgere, quam huius earum boni operis complementū expectare. *Et valde mane vna Sabbathorum veniunt ad monumentum orto iam ſole, & c.* Sed cur ita Domine? eas quare ſic, ſui effectu recti priuare deſiderij? ferunt hanc moralem eſſe Diui Bernardi reſponſionem, quoniam videlicet Dominus gratum habuit, vt ab eis mulieribus piis illa pretioſa vnguenta venderentur, & eorum pretia pauperibus erogarentur, vt fidelium quiſque pro certo habebat, Dominum delectari nedum tua erga eum pietate, verùm etiam eadem tuum in proximum. eſto tu talis, miſericors, & pius, vt fias aptus Ieſu Chriſti Thalamus, & Sanctum Spritus Sancti Templum. E

Marc. c. 16 a
Luc. c. 24 a.
Ioan. c. 2[illegible].
D. Bernard.

Nequeo tamen ſilentio præterire hoc vnum valde notandum. Quibus homines multum delectantur, in ijs plurimum allectati commorantur, nec quodammodo ex eis ſe explicare poſſe videntur, vt ſunt menſę, ioci, delitię, & id genus vniuerſa; verum ab eleemoſynis dandis, miſerationibus faciendis, à domeſtijs, atque conſimilibus ſe citò expediunt, quoniam in illa maiorem, quam in ista procliuitatem ſua profeſſione habent. at Deus è contra, nam Vniuerſale Iudicium, in quo omnia omnium hominum delicta, ſtricto examine diſcutienda, ſententia immutabili condemnanda, vnico die expedienda ſanciuit, tempus autem miſerendi, & condonandi totam hanc hominis vitā eſſe voluit. Quod admirans, ac ſtupens Diuus Petrus Chryſologus ait. *Hæc eſt Chriſti magna, larga, ſola miſericordia, quę iudicium omne in diem ſeruauit vnum, & homini totum tempus ad pænitentię deputauit inducias.* Quid dicemus ad hæc? quorſum ita? ſanè quoniam vult vtique Dominus iudicium, & iuſtitiam facere; ſed miſerationem, miſericordiam, pietatem ſuam magis dilatare conſideret, diſcat imitetur fidelis homo, & non diſcedat à Domini Dei ſui exemplo. F

Diu. Petr. Chryſolog. Archiep. Rauenn. ſer. 42.

Bona voluntas copioſo præmio muneratur, quę ad malum non cogitur, licet quandoque in opus ipſum ad extra non egrediatur impedita.

INTEGRITAS bonę voluntatis collaudatur, ſuo præmio non priuatur, ſed bonum opus poſſibile faciendum requiritur; quod mirum inmodum hic, & alibi compenſatur. *Manus meę*, ait, *ſponſa diſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima*. Mirabile dictu, ſi quidem diſtillare eſt extra effundere; repleri verò eſt in ſe recipere, quomodo igitur manus eius ſtillabant, extra effundebant, & digiti eius in ſe recipiebant, intus eo replebantur liquore pretioſo? dimiſſo literali ſenſu, hunc attendamus moralem. Manus eſt hieroglyphicum operis, vt iuxta Valerianum, nos alibi pluries diximus.

Cant. c. 5. b.
Valerian. de manu.

Digitized by Google

A mus. Qui itaq; bona, & recta opera facit elemoſynamq; impertit huius animę rationales potentię, digitis intellectę, ſpiritualib' replentur, & aliquando etiã temporalibus bonis ipſe pius largitor cumulatur. *Centuplum accipietis, & vitam ęternam poſſidebit.* Matth. cap. 19. d. Centuplum quandoque hic etiam bonis ex temporalibus accipitur, & alio in ſæculo vita æterna poſſidetur. Exemplum, prout alias nos de Beato Bonifacio, qui puerulus, matre vidua ad audiendum ſacra pergente totum de ſolario frumentum pauperibus erogauit, & reuertens mater plus dato, immo totum ſolarium tritico plenum inuenit, cuius elemoſynarius natus vitam æternam poſſidet. In eius vita & ex Diu. Greg. lib. 1. dial. c. 9.

Bonum eſt, & laudabile immo neceſſarium benedicere Dominum; at bonum opus agere alio etiam in genere operepretium eſt, alioquin in caſſum lingua laborat, ſi opus malum, non bonum intermediat. *In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite Dominum.* Pſal. 133. Iubetur benedicere Dominum, ſed antea facere opus bonum, ille manus in ſancta extollere dicitur, qui hominũ ſaluti cooperatur, qui eleemoſynam Chriſti Altaribus, & pauperibus, eam in cæleſtes theſauros deportantibus, elargitur, qui ſic peragit pluribus locupletatur bonis, etiam quandoque temporalibus, atque demum æternis, dummodo non recedat à cepto itinere bono. In memoriam reuertatur illud quod Regum primo de Saule Cis filio legitur. Hic mediam ſtateris partem in eleemoſynam Samueli Prophætę Domini dedit, & mox iuſſu Domini, vn- Primo Reg. c. 9 b.
B ctus ab eo viro ſancto in Iſraelis Regem fuit, ab optimis tamen inſtitutis receſſit, & Regnum, ſimulque vitam ammiſit. Recta tu cum voluntate opera ſac quę decent bona, & proſequere, nam prius hic manus coronam merentur, inde verò capiti debetur. *Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.* Pſal. 20. Alio videlicet in ſæculo. Tertullianus de corona militis narrat, quod milites victores è bello reuerrentes in Imperatoris triumphum cum ducerentur, ceteris ſuper capita coronas gerentibus, vnus ſingulariter eam manu geſtabat. Qui expetitus à triumphi rectoribus, quare ſic ipſe à ceteris diuerſimodè? Reſpondit. *Quoniam non decet bonum Chriſti Athletam capite hic, ſed manibus gerere coronam.* Tertull. lib. de coron. milit. Alludens vir probus fore gerendam capite. Interim manibus debetur, quę recta operantur.

Bonę voluntatis rectitudine tu te gerens, & per bonorum operum ſemitas quærens Deum, inuenies eum, mentiſque optata conſequeris æterna. *In die tribulationis meę Deum exquiſiui manibus meis nocte contra eum, & non ſum deceptus.* Pſal. 76. O Rex mi Domini Vates quid ais? vt quid ita loqueris? cur potius nocte, quã die? & numquid tu cæcus, vt palpans, quæreres manibus? aut numquid Deũ arbitraris corporeum, vt manibus eum comprehendere tentes? minimè ità sed ſenſus, quæſo, huius loci attendatur moralis. Tribulatio in toto vitę curriculo. Nox ſæculum, iuxta Diuum Ambroſium: manus, boni operis hieroglyficum ſymbolum, quo quęrimus Dominum, & inuenitur ſic in ſalutem D. Amb lib. 2. in c. 2. luc.
C quærentium. Iure autem ait contra eum, quia pergebat bene ſic ad ipſum, expectantem ita inueniri ab opere bene quæritantis viri; cuius opus non fruſtatur, ſed ipſe mentis fidelis optata proſperè conſequitur. Duo hęc ſimul vna ad hauriendam vitam æternam vnita requiruntur, integritas affectus, ſiue bonitas voluntatis, & ipſius poſſibilis exequutio operis.

Quod bellè denotatum videtur eo, quod primo Regum legitur. Ionathas Saulis Regis filius victoriam non minimam aduerſus Philiſteos facturus, ſuo 1. Reg. cap. 14. b. cum armigero prius per rupes, manibus, & pedibus reptando aſcendit. Manus ſunt opera, pedibus denotantur affectus, vterque neceſſarius, vt Chriſti athleta victurus aſcendat tutus. Cuius quippe rei exemplum dedit ipſe Chriſtus Dominus, qui victoriam mirè facturus, crucem aſcendit, bella gerens aduerſus Dæmonem, peccata, mortem, manibus, ac pedibus extenſis, clauis Cruci affixis; ferroque latere ſciſſo, quibus denotaretur, quanta id fecerat voluntate, quanto id operatus fuerit affectu. Nullus itaque arbitretur ſibi ſufficere ad ſalutem mentis tantum integritatem, nam cum fideli affectu requiritur etiam bonum opus in manu. Audiatur Diuus Paulus ad Hebræos hæc ſcribens. *Sancti per fidem vicerunt Regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, &c.* Hebr. cap. 11. g. Inuenti enim ſic fuere digni promiſſionibus Ieſu Chriſti. Sed quomodo? fideliter credendo; enixè diligendo: maximè; verùm etiam adde,

iuſtitiam operatus. Dum vales, in opus bonum exeas neceſſum, & ſimul ha D
beas fidelem affectum, ac voluntatem operum integritati paratam. Huius rei
ſymbolum hieroglyphicum eſt, Pirum ſuo cum folio in manu viri, id ſuum ad
os porrigentis. Adde hoc verbum, ſi vis. *Simul vna*. Nempe lingua, cor, &
opera. Tunc iuſtus, fidelis, & pius cum ſanctis Chriſti Domini promiſſiones
conſequeris.

Opus tamen ad extra bonum in oculis hominum abſque bona facientis vo
luntate, eſt oculis Domini monſtrum horribile deteſtandum. Hinc illemet
Iſa. c. 1. d. Iudæis per Prophetam ſuum Iſaiam. *Calendas*, ait, *veſtras & ſolemnitates veſtras odi*
uit anima mea, facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens. Vix viſero, dum vos ſundi-
tus non euerto. O ſanctiſſime Deus, quid audio? volebas, iubebas ea fieri,
& poſtea odiſti? quę tuo pro cultu diuino debent neceſſario fieri, facta neque
unt à te ſuſtineri? quomodo quorſum hæc? Ceſſet admiratio, dominicique
dicti dicatur eſſe ratio, quoniam eorum ſolemnitates & calendę non comi-
tabantur eorumdem bona voluntate, ſed indirecta, & praua intentione, lu-
xuriandi, lucrum faciendi, ſimilibus modis delinquendi. Propterea Iudæo-
rum inſignia ſuper eorum domus, vel templum ponenda eſſe potuiſſent. Lu
Apocal. cap. 16. d. pus ouina pelle indutus; circulatorum vas ſerpentibus plenum: calix babi-
2. Reg. c. 15. b. lonicę meretricis. Abſalon pergens ad ſoluendum in Hembron votum, Ioab
loquens pacificè ſub dolo cum Abner, Caim ad egrediendum fratrē in agrū
3. Reg. c. 3. e. Gen. c. 4. b. Gen. placidè incitans, & ſimilia verbis his additis. *Deteriora latent*. Ea intus intueba- E
tur Deus, non hominum oculus. Illis formoſa foris, Domino autem deſpe-
cta, penetranti vniuerſa. *Non reſpexit Dominus ad Caim, neque ad munera eius*. Quo-
niam non erant grata, ſed offerentis mala voluntate referta. Fruges erant corti
ce formoſi, intus verò vermine, ſcilicet mala offerentis voluntate corroſi.
Voluptatis bonitas, & rectitudo ſanè optimum tui operis condimentum; be-
ne fac, bene velis, & opus tuum, tu ipſe quoque Domino gratus eris.

Abortum facit, qui ſine bona voluntate opus aliquod licet ſuo genere bo
Pſal. 65. num peragit, vnde quid mirum, ſi quandoque oras, & petis in caſſum? *Ad*
iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus. Velut roſa in cuius medio
aculeus, eſt deprecantis oratio cum intentionis, & voluntatis dolo, quam
vtique audit, ſed deſpiciens Dominus non exaudit. Ideo notanter de Antio
2. Math. c. 19. b. cho legitur. *Orabat autem hic Scelestus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecutu-*
rus. Sed nonne bona, neceſſaria, & exaudienda oratio eſt vtique ſi fiat cum men
tis integritate, intentioniſque rectitudine. At ille non erat exaudiendus quo
niam tunc ſaltem in corde Sceleſtus. Vis Domino placere? bonum fac opus
cum mentis integritate; vis à Deo tuam exaudiri deprecationem? operis exe
cutionem cum corde puro habeas, & mentis rectitudinem; alioquin quæres,
& non inuenies: petens non conſequeris.

Cant. c. 5. b. Etiam ſponſa dum ſurrexit de lectulo, vt oſtium aperiret dilecto. *At ille de-*
clinauerat, atq; tranſierat. O ſponſe cæleſtis caſtiſſime, ſi tibi aperiri requiris, cur F
poſt modum ab aperiente recedis? attendite quoniā illa ſurgere recuſabat, &
quamuis inde conſurgens, forte tamen in delitijs aliquibus, & lectuli plumis
voluntatem habebat. Parum, aut nihil tibi opus quod agis, prodeſt, à quo
bonitas voluntatis tuę moralis abeſt, quem quam intus nucleum Deus intue
tur, & quandoque velut in baculo peregrinantis gladium, vel globum igneū
1. Reg. cap. 16. d. ad impiè occidendum. *Deus autem intuetur cor*. Boni ſacrificantis, vel offeren-
tis munera Deo, ſymbolum eſt vir, manum tenens ſutim ſuper caput, alterā
verò ad pectus admotam ante Domini altare. *Voluntariè ſacrificabo tibi*. Prius,
Pſal. 53. en, voluntas apponitur, poſteà verò opus bonum ſubſequitur; prius recta
voluntas, quàm manus perficit, quod offers Domino Deo munus.

Memorię reuocetur illud prę ceteris, quod Chriſtus Dominus miraculum
fecit, à natiuitate cæco lumen oculorum reddendo, de quo apud Ioannem
Ioann. c. 9. a. ſic dicentem. *Expuit in terram, & fecit lutum, ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos*
eius, &c. Verùm vt quid ex ſaliua lutum facere? non ne ſuffecerat manu ei
oculorum foſſulas tangere, & ſic ſanum facere? vtique, ita ſi plus, & omni-
D. Auguſt. Theophil. apud Malđō Themuſt. potens Dominus voluiſſet, qui ſolo verbo facit, & reſtaurat vniuerſa; ſed præ
ter allegoricum ſenſum à Diuo Patre Auguſtino allatum, hunc etiam Theo-
philacti non ignoro dicentis. *Voluit etiam Euangeliſta ſignificare, Chriſtum non ſolum*

verbis,

A *verbis, ſed factis, verbis ſequentibus, quis eſſet declarare*. Exquo non ineptè eliciunt, verbis bonis correſpondentia facta eſſe copulanda quoniam (puto, vt ait The miſtius lingua, vel os, manu vero denotatur opus. Ac ſi diceretur, qui benè ſentiens operum integritati ſana verba ſuperaddit, hic interim miracula facit, & ſurſum ad Regna Cælorum iter ſuum vertit. Bene quidem id nouerat (prout alibi adduximus) qui Dominum Deum alloquens inquit. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam, qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua, nec fecit malum proximo ſuo*. Videte, quomodo pulchre cum cordis puritate, cum verborum fidelitate opera bona nectit, ſine dolo iuſtitiam; quibus homo iuſtus viuit, & exauditus pro æternę mercedis conſequutione euadit. Pſal. 14.

Exquirit à nobis Deus noſtra cum bona voluntate opus, hoc illi nimirum bonę voluntati cum ſermonis rectitudine copuletur, & noſtro morali hoc in uolucro Altiſſimus delectabitur. Cui quidem propoſito plurimum ſanè facit, quod ipſe omnipotens Moyſi enixè obſeruandum mandauit. *Eruntque*, ait, *verba hæc, quę ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, &c.* En quomodo tria ſimul vna copulantur, ſibi correſpondentia cor, os, & manus: cor ob acceptationem, & meditationem; os ob alijs enarrationem & hortationem; manus ob rectam ipſius operis factionem. Vbi Nicolaus Lyranus ſic ait. *In corde ad firmiter tenendum: narrabis de dilectione Dei ceteris: ligabis in manu tua, ideſt in operibus tuis; quia manus eſt organum organorum*. Quod belle comprobatur eo Iud. cap. ſeptimo. Vbi Gedeon pugnaturus Madianitas aduerſus, iuſſu Domini, trecentos viros dumtaxat elegit milites, eos videlicet qui ad flumen potandi aquam cauſa profecti manu ad os ſuum apponebant lingendam. *Qui manu*, ait Dominus, *& lingua lambuerint aquas, ſicut ſolent canes lambere ſeparabis eos ſeorſum, &c.* Quibus paucis copioſum Madian exercitum in fugam traiecit, & victoriam fortis bellator tulit. Notate ad lingendam aquam, mentionem de manu, de lingua factam; quia manu ad os porrigitur aqua, quam lambat lingua. Plerique Codices latini habent tantum, *Lingua*, verùm noſter textus hic vtramque potuit, & Græcus quoque legit. *Manu ſua, & lingua ſua*. Non aliena. Vbi Origenes & Adamus aiunt, ſic in propoſito exponentes. *Quia manu, & lingua debemus operari in litteris Chriſti, ideſt opere, & verbo, qui enim fecerit, & docuerit hic magnus vocabitur in Regno Cælorum*. Ne ignoretur, cum cordis rectitudine, & ſermonis integritate opus benè factum Deo ſic volitum atq; valde gratum. Deut. c. 6. b. Lyran. Iud. c. 7. b. Text Græc. Origen. in homil. Adam hom. 9 apud Origen. Matth. c. 5.

B

Opera vtique bona exquiruntur ad faciendum Domino Deo gratum. *Vulnerasti cor meum ſponſa in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui*. Quorum altiſſima verborum Iſidorus Clarus legit. *In vno ornamento colli tui*. Et ſequitur ibi dicens. *Ornamenta ſunt opera*. Nimirum bona quibus fidelibus ſponſa Deo dilecta fiebat. Cum Daniel vir Dei cæteris cum filijs Iſrael eſſet in captiuitate ductus à Babylonis Rege, vidit à Deo viſiones, ac virum cæleſtem miſſum conſolatorē, & ab eo mire ſic ſe refocillatum ait. *Et erexit me ſuper genua mea, & ſuper articulos manuũ mearũ*. Sed cur hoc modo ac diſpoſitione ſeruus Dei ſubleuatur, nimirum ad ſuper genua & manuum articulos ſtandumſ fortè quoniam per genua flexa humilitas denotatur; per manus verò, & earum articulos opera bona ſignificantur; talia enim facientes iuſſu Domini ab Angelo cælitus miſſo erectione, & mira coſolatione nunciantur, atque ad cæleſtia eleuatione valida diriguntur. In memoriam reuocetur illud Geneſis ſecundo. *Et factus eſt homo in animam viuentem*. Ecce cor, & internus quoque ſpiritualis homo. Alij verò legunt. *In animam loquentem*. Ecce oris effectus, & ſermones. Nonnulli denique aſſerunt poſſe legi. *In animam operantem*. Quem Deus in Paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum, poſuit. Ecce demum propterea neceſſariç manuum quoque operationes ad vitam ſpiritualem & ſalutarem. Quos tres ab homine rectos effectus, nempe cordis, oris, ac manus expectat, inſpicitque miſericors ipſe Deus, vt in cæleſti Paradiſo glorioſis commuuniat cum donarijs? Cant. c. 4 d. Iſidor. Clar. Daniel c. 10. b. Gen. c. 2. b. Varię lectur.

C

Debemus vtique nos per bona opera ſatagere, & per ea continuo noſmet exercere; verùm non ſolùm moralia, ſed & meritoria, nimirum danemes ne faciamus ea in delicto, ſed prout fieri poteſt, in Domini Dei gratia, alioqui

apud

apud ipſum Deum aut parui ponderis, aut nullius momenti ſunt. In memoriam reuocetur illud opus laudabile, bonum Mariç Magdalenç. Quando bis D
pretioſum effudit vnguentum ſuper pedes Domini, primò in Phariſæi domo,
Luc. c. 7. f. inde in Lazari fratris ſui. De prima vice dicitur. *Attulit alabaſtrum vnguenti, &c.*
De ſecunda verò vice ſignanter dixit Euangeliſta Ioannes. *Maria ergo accepit li-*
Ioan. c. 12. a *bram vnguenti Nardi piſtici pretioſi, & vnxit pedes Domini*. Magnç quidem conſideratio differentię. Tunc nulla mentio fit de illius pondere vnguenti; nunc verò Ioannes fuiſſe ponderis, ſeu menſurç vnicus librç notauit. Vnde, quare ſic? Reſpondet ex recentioribus doctor vnus ita. Quoniam tunc nondum iuſtificata erat Magdalena. Quando autem in domo Lazari effudit, facta iam
Ex recenſ. Doctor. pius. erat Domini diſcipula, dimiſſiſque ei à Domino peccatis. *Quia*, inquit, *opus ſine iuſtificatione, & gratia nullum apud Deum pondus habet*. Sollicitè nos in operibus bonis exerceamus, ſed vniuerſa delicta euitare diligenter ſtudeamus.

Proſequitur Auctor idem argumentum, demoſtrans, quòd impedito deforis bono opere noſtro, ſua tamen corona voluntas fidelis, & parata non priuatur. E

ET quamuis bonum opus noſtrum, quandoque data occaſione impediatur, non tamen bona ipſa voluntas, & promptū ad obſeruationem mandatorum iuſti deſiderium ſua mercede magna priuatur; ſed æquo, atque vlteriori præmio donatur. Abrahç fideli ſeruo Domino, memoria ſi tenetis dictum ab Angelo, vel ab ipſomet Angelorum Domino fuit.
Gen. c. 22. d. *Quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas Cæli, & ſicut arenam, quę eſt in litore maris*. Bene quidem ait iuxta earum rerum genera, quoniam non omnes eius prolis ſalui, ſed non nulli etiam reprobi, quorum illi per ſtellas Cæli, iſti verò per arenam maris intelligi non ineptè quidem poſſunt. Sed quam nam rem fecit? natum nō ſacrificauit, ſed in vita remanenti ergo pepercit. Quomodo, quare igitur tam ei magna promiſit, & iuxta factam promiſſionem conceſſit? rem verè magnam ille fecit, qui natum vnicum ad montem necandum, ſacrificandūq; duxit, manibus ad humeros ligauit, ſuper holocauſti altare poſuiſti, gladium verſus collum eius denudatum eleuauit; at Dominus Iſaac ſic mori, ſic percuti noluit. Verùm Abrahç promptam paratam ad obediendum voluntatē F
intuendo ſat habuit, & ſuum Patriarcham fidelem ibi, ac alibi magna mercede munerauit. Qua de re Diuus Hieronymus ait. *Et ſi filium re ipſa non occidit,*
D Hierony. epiſt. 34. ad Iulianum. *voluntate tamen iugulauit*. Quoniam vbi opus, & ſi extra impeditur, mens tamen intus à Domino donanda premio clariſſimè inſpicitur, & ſine corona mercedis eſſe non permittitur.

Noſtrum hoc ad propoſitum, quæſo, illud Sancti Dauidis Pſalmigeri Vatis conſideretur. *Beatus, ait, vir, qui timet Dominum in mandatis eius eius volet nimis*.
Pſal. 111. Alia Lect. Alij verò ex Hebræo vertentes legunt. *In mandatis eius cupit nimis*. Nimirum obſeruationem eorum. Mirandum ſanè, dixit beatum in ſpe, & poſt hæc beatum ipſa re, ei beatitudinem fore, quoniam timens Dominum in mandatis eius cupit, vult nimis, quid? ea enixe obſeruare. Sed cur non ait, operabitur nimis, faciet plurimum ſatis? Aliam nequeo afferre reſponſionem modo, præſertimque in propoſito, niſi hanc, quoniam opus licet bonum quādoque impeditur, voluntas autem non cogitur, ſed in bonitate morali, & obſeruandorum mandatorum deſiderio ſe conſeruans, magnç mercedis corona donatur. Et iterum cum Senatus, plebſque Iudæorum reuerti ad Dominum Deum quærerent, vt eo coram, & miſericordiam, & ſalutem inuenirent,

Digitized by Google

A rent, de illis textus diuini eloquij, ait. *In tota voluntate quæſierunt eum, & inuenerunt.* 2. Paralip. c. 15. d. Sed cur non ait, in toto opere? expetitus namque Chriſtus Dominus pro æterna vita conſequenda, quid videlicet agendum inquirenti dixit. *Hoc fac, & viues.* Luc. c. 19 c. Nimirum vita tandem in cæleſtibus ſempiterna. Quare ergo nō dicuntur feciſſe, non ipſo opere, ſed tota voluntate ab eis Dominum fuiſſe perquiſitum, & ſic inuentum? prout ſupra videtur ſic reſpondendum, quoniam opus ſæpe præpeditur, atque tunc bene optantis facere voluntas mercede compenſatur; non enim incaſſum concupierat bonum, quod opere Dei amore, data occaſione contraria, complere nequiuit.

Beatiſſimus Franciſcus Aſſiſij ſplendor, egregia norma minorum, immò & decus orbis totius mirandum, toto cordis affectu concupiuit, quæſiuit Ieſu Chriſti amore martyrium ſubire; eum tamen ſic mori noluit Altiſſimus. *Ipſe cupiens ſibi aliquam dari martyrij occaſionem migrauit in Syriam; vbi à Rege Soldano liberaliſſimè tractatus, cum nihil proficeret rediit in Italiam.* Lect. Breuiar. Nec non alijs Sanctorum plurimis ſimilia contigiſſe credendum. Sed cum optato, perquiſitoque martyrio cælitus dignati non fuerint, numquid martyrij palma, ſeu mercede priuatos dicemus? non audeo id aſſerere, verùm de illis, ſicut de Beato Martino Turronenſi Epiſcopo, potius aſſerendum dicerem. *O ſanctiſſima anima, quam & ſi gladius perſecutoris non abſtulit, palmam tamen martyrij non amiſit.* Secund. Antiph. ad Mag. feſti. Voluntatem enim eius, & deſiderium vidit Deus eſſe optimum, & ſimul mercede non ſinit

B eſſe caſſum. Qui validum dedit martyrij deſiderium, impertiuit, & meritum; iuſtorum ſuorum corda intuetur, & eis copioſam mercedem elargitur. Nō poſſum non admirari, quod vates Pſalmigerus Domino Deo dixit hoc. *Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore.* Pſal. 118. Et quid poterat ei prodiſſe huiuſmodi ſtudium de iuſtificationum Domini deſiderio? huic inquiſitori bellè ſatisfacientem audiamus Diuum Ambroſium ſic dicentem. *In beneficio reddendo plus animus operatur, quam cenſus.* D. Amb. de offic. c. 32. In ſimilibus attenditur, ac valet quandoque plus deſiderium, cogitatio, quam ipſa operatio, quod habet præcipuè locum apud omnipotentem Deum.

Homines opera, non corda intuentes, ob cenſum receptum, non ob animum retribuunt, quoniam quod cogitaueris non norunt. Quo in propoſito non prætereundum ſilentio, quod Pſalmiſta Domino dixit. *Domine ante te omne deſiderium meum.* Pſal. 37. Sed numquid in dubium vertebatur, an hominis deſiderium Domino Deo coram eſſet notum? non ita. Sed cur non ait. Omne opus meū ante te Dn̄e poſitū? D. P. Auguſt. Dauidis aſſertum perpendens, ait. *Ante te deſiderium meum, vt ſit conſpectu tuo dignum.* D. Auguſt. Ac ſi dixiſſet Propheta, te Domine rogo, vt deſiderium meum tuo ſit couſpectu dignum. Benè quidem ſic, ſed cur adeò elaborare de deſiderio, & non de opere facto? fortè quoniam ſciebat opus prætenſum impediri, vel factum quandoque multa imperfectione; iuſtum autem deſiderium, & bonam voluntatem, eſſe Domino ſem-

C per gratam, & ſine magna mercede à Deo non dimittendam, quam magni facit, & ob eam opera non contemnit. Subiunxit tamen Propheta. *Et gemitus meus à te non eſt abſconditus.* Ibidem. Sic bono deſiderio opus ipſum copulando.

Liberato, atque in tuto poſito Dauidi ſuis de inimicis iuſſu Domini Propheta Natan, multa, & magna promiſit, quę conceſſa paſſim eius in ſcripturis legimus, ſtudia, fauores, priuilegia, quinimo, & ob eum filio ſuo Salomoni tunc naſcituro, ſuper patris thronum ſeſſuro, cuius Regnum ſtabilitate firmandum. atque de conſimilibus Natan Dauidi locutus. Sed quando illi Regi hæc dicta, oblata, promiſſa fuere? Sanè cum ageretur de templo Domini ædificando. Verùm non Dauidi, ſed filius eius Salomon poſtea ædificauit illud. Iccircò ibi dictum fuit Dauidi. *Suſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo Regnum eius. Ipſe ædificabit domum nomini meo.* 2. Reg. c. 7. b. c. d. Quamobrē ea omnia conſiderantur promiſſa, impertita ob domum Domini conſtruendam. At ſi Salomon eius ædificator fuit. Quomodo Dauidi promittuntur, & ob eum thronus Salomonis ſtabiliendus dicitur? Ideo & plebs Iudaica Domino Deo. *Propter Dauid ſeruum tuum, non auertas faciem Chriſti tui.* Pſal. 131. Quod allegoricè intelligunt dictum, de facie Chriſti Reparatoris noſtri; ſed iuxta literę atque hiſtorię ſenſum, de Salomonis facie credunt intelligendum. Quamobrem præfatę dubitationi ex modernioribus Doctor egregius ita ſatisfacit,

dicens,

Digitized by Google

dicens, magnam huiuſmodi retributionem Dauidi promiſſam, non quidem ex eo quoniam templũ Domini ipſe ædificauerat, ſed quia magno deſiderio illud ædificare concupierat; quoniam animum non minus, quàm ipſum opus mercede compenſat Deus. Cui propterea Dauid ſuum hoc deſiderium dixit non eſſe abſconditum, ſed eo coram poſitum. D

Cum igneo curru Elias Propheta ſurſum vehendus eſſet, ſe bene tractatum plures annos ab Eliſæo expendens, cauſa beneuolentię, atque remunerationis aliquod ei relinquere munus decreuit, ideoque quid ei gratum, quid ue magis exoptaret, quæſiuit. Cui amantiſſimus, fideliſſimuſque Diſcipulus, ait. *Obſecro, vt fiat in me duplex ſpiritus tuus.* Sed quomodo hæc, ô vir bone mi, fieri contingunt? Si Elias vnum dumtaxat ſpiritum, vnam tantum gratiam habebat, vt quid duplicem eius tibi petis fieri? & nihilominus petita omnino Elias non denegauit, ſed rem poſtulaſſe difficilem aſſeruit, conditionatè promiſit, & voti compos tandem Eliſæus euaſit. Ad hoc idem maximopere Sãctus Ambroſius ſuis in ſermonibus admirans inquit. *Elias cum ſimplicem ſanctitatis ipſe haberet ſpiritum Eliſæo duplicem dereliquit. Mirum ergo immodum, plus Elias gratię dimiſit in terra, quam ipſe portauit in Cælos.* Quis in admirationem non protraheretur audiens Eliam hinc diſcedere, in Cælum conſcendere vno cum ſpiritu, & duplicem ſuo concedere Eliſæo? Verum ex moderníoris Doctoris reſpõſione admiratio hæc euaneſcat, nam, ait, ille, cum Eliſæus optimi eſſet animi promptiſſimæque ad bonum voluntatis, Dominus Deus eum exaudiuit, & quod vnus Elię ſpiritus non potuit, ipſe Dominus ſua gratia ſupleuit; Eliſæũ ſui voti compotem fecit, qui ſic duplicem ſpiritum ſanctus vir obtinuit. E

4. Reg. cap. 2. b.

D. Amb ſer. 89.

Cum itaque Ieſu Chriſti amore, ad obtemperandum mandatis eius, ad faciendum quodlibet opus bonum præpeditus peruenire nequieris, bonos multiplicare animi conceptus, mente conſimiles peruoluere cogitationes ne deſieris, talia mentis optata continuò ad ipſummet Dominum noſtrum dirigendo, quoniam tibi ab ea promittuntur multa, & magna nimirum beatitudo ſanctorum, hic in ſpe, deinde illic in ſpecie. De qua re magnus Vates Pſalmigerus ait; *Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram.* Quid ſibi vult in his Dauid? & qui adhuc natos non habet paruulos, quomodo allidere poterit eos ad petram? Sed & numquid habens ſic allidere cum periculo vitę eorum debet? Ideo ſciendum, quod mentis cogitationes, & cordis conceptus paruuli poſſunt iure nuncupari, & in ordine videlicet ad ipſa foris opera, nã velut in vtero matris infantuli. beatitudo promittitur in meriti, & mercedis ratione paruulos ſuos dirigentibus ad Ieſum Chriſtum petram. *Petra autem erat Chriſtus.* Fidelium quiſque de eo cogitet, vt ei diſerniat, & valens in ipſum opus exeat, præpeditus autem optet, diligat, meditetur. Qua de re Diuus Ambroſius in libris de pænitentia inquit: *Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram. Hoc eſt qui infirmas, & lubricas cogitationes ellidet ad Chriſtum.* Benè autem ait Propheta. *Tenebit.* Quia vere nimis celeriter, & lubricè euaneſcunt noſtrę quæque præſertim bonę cogitationes; eas ideo teneamus, ad Chriſtum dirigamus, eum circa ligemus, velut Magdalena ad pedes Domini comas, vt ſecum Dominus ſurſum trahat nos deſideriorum, & bonorum cogitationum ei vinculis deuinctos. F

Pſal. 136.

1. Corinth. c. 10. b.

Diu. Amb. lib. 2. de pœnit. cap. 11.

Luc. c. 6. f.

Adeò Dominus Deus noſtra voluntate bona delectatur, vt in deſiderijs, & voto habitum opus bonum, licet non executioni datum, periucundum tamen illud habeat, ac veluti ſi peractum eſſet, vel ſaltem peragere tur, generoſe petita ipſe concedat, & munera largiatur. Cui pulchrè facit illud Pſalmiſtę dicentis. *Ego dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Quo in loco Diuus Pater Auguſtinus expendens celeritatem Domini ad audiendam petitionẽ iuſti, & ſi nondum fecerat opus, quod promiſerat, ait. *Vox mea in ore nondum erat, ſed auris Dei in corde aderat.* Quoniam non minus diligit Deus deſiderium tuum rectum, quam opus ipſum operantis bonum. Cuius quippe rei ſymbolum eſſe poſſet. Arca fœderis Domini foris inuoluta operimentis lineis, laneis, pelleque caprina; ſed intus aurea, cum Moyſis virga, lege, manna. *Omnis gloria filię Regis ab intus, &c.* Quoniam externis operibus, operimentis delectatur Deus, & ei iucundioraquę ab intus.

Pſal. 31.

D. Aug.

Pſal. 44.

Præuidens idem Rex Pſaltes ſuorum temporum holocauſta vitulorum nequaquam

Digitized by Google

A tempore ſuo fore gratum Domino, ſed Euangelicæ legis tempeſtate vſque ad ſæculi finem ſuper altare offerendum eſſe Domino corpus, & ſanguinem Ieſu Chriſti hominis Dei, fortè vehementi tenebatur deſiderio reperiri his & ipſe diebus, vt tam excelſa hæc offerret & ipſe ſacrificia, cum verò id ſibi minime concedendum intelligeret, precatus Dominum eſt, vt ſuum huiuſmodi deſiderium eſſet Deo gratum, & velut opus acceptum. *Quoniam*, ait, *ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem, vtique holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum non deſpicies.* Quod copioſè conſecutus à gratias largitori frequenter egit. Qui magnus Deus magnis muneribus donat voluntatem, & deſiderium peragere cupientium multitudinem bonorum operũ, quamuis aliquando præpediti, data occaſione, operari nequeant. Pſal. 50.

Valeat inuiolata voluntas, quę corpore in diuerſa coacto, diuaricato, nũquam propriè cogi, numquamque violari poteſt, vt per egregiè aſſerunt, & probant de libero arbitrio Doctores, ſed præcipuè Diuus Thomas, & Ægidius Columna Romanus. Cuius firmę voluntatis ſymbolum eſſe poſſe videtur. Enſis in vagina ſua foris circum ligata vinculis. Hæc ſtringitur, gladius facile tamen educitur, illæſus ferire paratus, defendere aptus. *Corpus non anima.* Poteſt Tyrannus tuum vincere, interrimereque corpus; animam verò, & voluntatem cogere non. Illud vinculis concluditur, multiplici modo occiditur, & ignita amore Ieſu Chriſti roborata voluntas non vincitur. *Nolite ti-* D. Thom. 2. Sent. d. 52 q p a 5. Ægid Rom. 2. Sent. p. 2. d. 25. q. 1 a. 6.

B *mere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, &c.* Id optimè agnouit; id impauide confeſſa fuit Beata Virgo, & Martyr Lucia. Bonę voluntati delicta abhorrenti, reſpuenti quæque violentia ab impijs illata, per miſericor- Matt. c. 10 e.

C dem Dominum, ad coronam reduplicatur, & nos ſequamur, toleremus, imitemur, vt Domini templum, & exornatus thalamus eius efficiamur.

At illud vnum omnino tenendum, conſeruandum videlicet nobis neceſſario eſſe mentis puritatem, adeo vt cunctis turpibus expers ſit cogitationibus quę mentis candorem, & conſcientię nitorem in modum deturpare componuntur, ne aptum euadamus Spiritus Sancti templum caſtè, pièque decoratum. Quamobrem diuinum ſuper hoc imploremus frequenter auxilium, dicentes:

Omnipotens, & mitiſſime Deus, reſpice propitius preces noſtras, &
libera corda noſtra de malarum tentationibus cogitationum,
vt Sancti Spiritus dignum fieri habitaculum mereamur.
Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

PARAPHRASES, ET MORALES CONSIDERATIONES

In huius feſtiuitatis Euangelium.

Simile eſt Regnum Cælorum Theſauro abſcondito in agro, & c.
Matth. c. 3. f.

SÆPE Dominus in parabolis loquebatur Diſcipulis, atque turbis D
illis, ſanè vt eo firmius, quę ob earum inſtructionem tradebat,
memoria conſernarentur, ſed præcipue de ſui cæleſtis Regni ſi-
militudine frequenter vtebatur, quo quidem ſermone de ipſorũ
Cælorum regione Dominum veniſſe ipſum bellè denotabatur.
Ex Vrbe Roma patritiorum quis aliò ſe conferens, multas alibi ceremo-
nias, & conſuetudines intuetur, atque frequentius vna cum comitantibus ac
Simile. alijs audientibus, ait, etiam in Vrbe, in Patria mea hæc fieri conſueſcunt;
quantum ad huiuſmodi hoc, & illud negotium, atque factionem, ſimilis eſt
Patria mea his. Magnus quippe theſaurus, & ineſtimabilis, gloria æterna cæ
leſtis, quę in beatorum animabus recipitur, ſuo quippe modo, velut in agro
Vbi ſupra. *Simile eſt Regnum Cælorum Theſauro abſcondito in agro.* Item in cæleſtibus perpetua
ſeruatur caſtitas omninò inuiolabilis. *Simile eſt Regnum Cælorum decem Virginibus.*
Luc. c. 1 e. Ibi Rex æternę glorię facit ſuos diſcumbere, & eis cibum perpetuę beatitudi-
Matt.c. 24.a. nis adminiſtrat. Ibi continuò nuptiarum Agni celebritas decantatur. *Simile eſt
Regnum Cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo.* Atque de conſimilibus dica-
tur, quę videns Dei filius fieri in terris, mox ad cæleſtia ſuo modo referebat,
ijs comparabat: e Cælo venit, qui ſimilitudines has adhibuit, & è ſurſum ve-
Cant. c. 5. c. niſſe inſinuare voluit. *Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus meus loquutus eſt.* Quid
loquendo dixerat, non recenſuit, ſed ex dictis eius ſe amore liquari ſenſerat, E
quę è Cælo venientem, Deum hominem factum agnouerat.

Regnum Cælorum, Inquirenti cur Dominus tam frequenti vteretur de Regno
Cælorum ſimilitudine, reſponderi poſſet, vt quotidie magis memoriam, &
affectionem ſuorum ad illud optandum, & exquirendum excitaret, vt & quę
quę aſpera, & difficilia, magna voluntate, eius deſiderio, & amore ſubirent,
Matt.c.11.b. de quo ipſemet Dominus ait. *A diebus Ioannis Baptiſtę, vſque nunc, Regnum Cælorum
vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Et antea res non ſic ſe habebat? ad Regni
Cælorum acquiſitionem difficultas non erat? & vis tanta, atque talis non re
quirabatur? immò maior extitiſſe videtur. Iccircò, & plures noui, quam ve
teris teſtamenti tempore, Domini gratia, & bonitate ſalui fiunt. Iudæi nam
que in fide Chriſti venturi, ſed integerrimam habere contritionem exquire
D. Thom 4 ſent.d 17.q 2 a. 1.& alibi Nauarr. de pœnit. d. 5 conuertimini. n. 5. bantur, ideo pauciores ſalui fiebant. At modo legis Euangelicę diebus plu-
res valde vitam conſequntur æternam, quoniam virtute Sacramenti, & cla-
uium vi de attritis paſſim fiunt contriti. Qua de re Nauarus inquit. *Frequen-
tiſſime quis de attrito fit contritus, per calorem, & virtutem ſacramenti pænitentię ſuſcepti.*
Quamobrem ita reſpondendum ad præfatam dubitationem videtur, quod

A non maior ad ſalutem felicitas anteaquam modò, ſed quodam morali reſpe-ctu, & conſideratione ſic aſſertum creditur.

Nam ſi Ioannes Baptiſta in matris vtero ſanctificatus, ibique Spiritu San-cto repletus tam aſperam duxit in deſerto vitam; qui peccare nequierat, er-randi occaſiones tam enixè vitarat. De quo Sancta canit Eccleſia.

Antra deſerti teneris ſub annis
Ciuium turmas fugiens, petiſti,
Ne leui ſaltem maculare vitam
Famine poſſes. In eius Natiu. Hymn.

Sanctique Apoſtoli Domini Spiritu Sancto, & gratia confirmati; ſimiliter, & ceteri eiuſdem Martyres Sancti ad Regni Cælorum optabilem ingreſſum, ad conſequendam cæleſtis gratię coronam, tam dira tolerauere, tam fera ſuſti-nuere, tam immania paſſi fuere. Quid? quid igitur nobis peccatoribus ma-gnis delinquentibus nimis ad perueniendum ad illam feſtiuitatem æternam, agendum? attamen ob minimę paſſionis approximationem dolemus, eam omni virium conatu fugimus, terrenis commoditatibus, atque lucris vaca-mus; & ideo non mirum, & ſi Dominus frequenter de Cælorum Regno ſer-monem habebat; nam id, vt nos ad toleranda facilius probra, ad ſuſtinen-das irriſiones Regni amore cæleſtis excitaret.

Simile eſt Regnum Calorum, &c. Mirandum profectò in modum, rem adeo ma-
B gnam, qua nil ſupra, Regnum videlicet Cælorum, vbi Deus trinus, & vnus glorioſè manifeſtatur; vbi omnes beati perpetuò lætantes glorioſi, huius ſæ-culi rebus, & quandoque, vt alibi, minimis aſſimilatur? atque per ipſummet mundi conditorem, ac Reparatorem Chriſtum? quaſi deerant ei maiores in Cælo, & in terra huius tantę rei comparationes? qui apud Lucam ait. *Cui ſi-mile eſt Regnum Dei? & cui æſtimato illud? ſimile eſt grano ſinapis, &c.* Luc. c. 13. d. Quod expendens magnus ille Rauennatenſis Eccleſię Antiſtes, Diuus, inquam, Petrus Chry ſologus, in conſimiles, atque valde maiores trahitur admirationes, iuxta ſui mirabile acumen ingenij, de ipſo Reparatore optimo dicens. *Et ille ſolus ver-bum, ſcientię fons, dicendi flumen, qui omnium corda rigat, ſenſus aperit, ingenium dilatat, in inueniẽda ſimilitudine nunc laborat? ſed quid inuenerit audiamus. Simile, inquit eſt Regnum Calorum grano ſinapis. Quærens in Calo, & in terra nil inuenit, niſi granum ſinapis, in quo po tentiam totam supernę dominationis includat, & illud Regnum ſingularitate potens, æternitate felix, diuinitate fulgens, diffuſum toto Calo, tota terra dilatum, in grano ſinapis coarctat, & concludit anguſtias.* Diuus Petr. Chriſol. Rau Epiſcop. ſer. 98 Sequiturque ibi vere miranda dictu, & auditu de huiuſmo-di ſimilitudinibus per Dei verbum adductis exquirens, & enarrans. Ipſeque ſibimet reſpondendo, id factum, atque dictum aſſerit, vt facilius totum intel ligatur, inquiratur, acquiratur, minimę videlicet Regno Cælorum rei aſſimi latum, propterea ſerendum facilius in noſtrorum cordium campis, in men-tibus noſtris, vt magnam in intelligentiam nobis creſcat, in deſiderium veniat
C atque toto virium conatu adipiſcendum quæratur. *Quod de ſupernis, ait, affertur verbo; ſuſcipitur auditu, fide ſeritur, credulitate radicatur, ſpe creſcit, confeſſione diffunditur, virtute tenditur, ac dilatatur, &c.* Idem. Ibidem. Nec deerant altiores ipſi verbo Dei ſimilitudi nes tantę rei, ſed his vti dignatus, quoniam magis communi hominum vſui facientibus.

Simile eſt Regnum Calorum, &c. Perpendit idem Sanctus Chryſologus, Domi num aſſimilaſſe quoque huiuſmodi Regnum fermento per manum feminę in farinula abſcondito, verè humili negotio, factu facili; ſed non ſine magno morali myſterio. *Cui ſimile æſtimabo Regnum Dei? Simile eſt fermento, quod acceptum mulier, &c.* Luc. c. 13. e. Supra, inquit Chryſologus, aduxerat Dominus virum, hic verò mulierem; ibi virum grana ſeminantem, hic mulierem fermentum farina o-perientem ad conficiendum panem; vterque ſexus deliquerat, vtrumque Dominus ſanare, ſaluare aduenerat. Huiuſmodi rebus Regnum Cælorum comparauit, vt ab eo vterque vocari ad ſalutem non ignoret. *Bonus Dominus,* ait Chryſologus, *amatorum Chriſtus, Regni ſui ſimilitudines iterat, variat comparationes, quas non de occulto ſumit, non captat de caleſtibus; ſed profert de quotidiano vſu, de communi conuerſatione proponit, vt ad omne genus hominum perueniat, quod eſt omnibus profuturum.* Diuus Petr. Chryſol. Rauenn. Epiſc. ſerm. 99. Conſideretur, quæſo, Dominum de ipſis operibus externis ſumpſiſſe Regni Cæleſtis comparationes, ſanè quidem, vt cunctis intelligi detur, cuilibet ſal-

Digitized by Google

uandorum ſuo modo eſſe operandum, quoniam oportet donec dies eſt nos operari, non otio torpeſcere; nec ſat eſſe dicere, commendo me meritis, ac orationibus ſanctorum, piorumque viuentium; nam operepretium eſt, nos quoque, prout valemus, ad opera dare manus. *Res de vſu*, ait, *geritur, vir in agro ſæpius arborem ſerit, domi mulier fermentum procurat, & panes præparat alimoniæ, quia virum foris expectat labor; intus mulierem domeſtica cura conſtringit.* An putas, bona cæterorum opera tibi profutura, dum turpibus curis, & otioſitatibus incumbis? id ſi exiſtimas, toto cælo erras; id ſi credis, omnino tu te fallis. Fac tu quoque bona opera, nec prætermittas neceſſaria, ſed perfice, labora. D

Idem. Ibidem.

In memoriam, quæſo, veniat illud quarto Regum. Vocatus Eliſæus ad ſuſcitandum mulieris ſunamitis filium, mox baculum Giezi ſeruo ſuum dedit, vt cito pergens ſuper mortui pueri faciem poneret, qui rediuiuus ſurgeret. *Pones*, ait, *baculum ſuper faciem pueri, &c.* Iuit poſuit, & puer non reuixit. Quam obrem dubia hic duo ſoluenda conſurgunt. Primum, cur Eliſæus non dederat Giezi Palium Eliæ, quo multa faciebat miracula, potius quam baculum ad ponendum ſuper faciem illius pueri, de morte ad vitam hanc reuocandi? Alterum, quare non ſurrexit puer baculi poſitione ſibi per manum Giezi iuſſu Eliſæi? vtrumque dubium mouet, atque pereleganter ſoluit doctiſſimus Alphonſus Toſtatus. Ad primum itaque ait, *Quia vtebatur Eliſæus palio Eliæ pro operimento, & tunc ſi dediſſet illud Giezi ad ſuſcitandum puerum, manſiſſet ille nudus, & ſe non habere: honeſtè, & quia etiam erat baculus res ſua, & propter meritum ſuum ſuſcitaretur puer.* Ad alterum nonnulli dixere, non ſuſcitatum tunc per Giezi puerulum, ob matris diffidentiam, non credentis poſſe ſeruum, licet merito, & baculo Eliſæi, ſuſcitare natum. Quod fertur in contemptores ſeruorum Dei. Quam tamen ſolutionem confutat ipſe Toſtatus, iuſtas quidem ob rationes. Ait vero à Giezi puerum minime ſuſcitatum. *Quoniam in operatione miraculorum Deus volebat, quod niſi ſancti veteris teſtamenti per ſe ipſos facerent miracula.* Totum profectò, vt quam clare denotetur, operandum eſſe proprijs etiam manibus, non tantum in aliorum precibus confidendum, & meritis. E

4. Reg. cap. 4. e.
Dubia.
Solut. Alphonſ. Toſtat. Ibidem. q. 49.
Idem. Ibidem q. 49

Et quodnam, qualene tempus ad bene operandum vlterius expectare prætendimus? numquid bonum opus, ac pænitentia peragenda ad vitæ noſtræ extremum differenda? minimè; non nos, ſed Deus ſcit, quando, vbi, quomodo illud agemus nouiſſimum. O quàm multi ſic laborant incaſſum! Tempus tunc præmiorum, meſſis colligendæ potius, quam meritorum ſemina ſpargendi. Dicatur, quæſo, mihi, quare mors horrida cum falce potius, quam arcu, ſagitta, gladio, lancea permittitur in Eccleſia depingi? ſanè quoniam falce, non alio inſtrumento triticorum meſſes colliguntur, non grana ſeminantur. Hinc & Alexander Alenſis in ea Pſaltis verba. *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius*, ait, *planè pretioſa, quoniam magno pretio, quod ſufficit coram Deo, ad omnium peccatorum abominationem, & ad Regni cæleſtis, ac iudiciariæ ſedis emptionem.* Omnium in morte errorum occaſio finit, & laborum, in exituque iuſtorum æternæ vitæ glorioſa ſecuritas incipit. Diuuſque Bernardus inquit. *Iure pretioſa mors ſanctorum, pretioſa planè tamquam finis laborum, tamquam victoriæ conſumatio, tamquam vitæ ianua, & perfectæ ſecuritatis ingreſſus.* Nunc tempus recti laboris, tunc tempus magnæ mercedis, æterneque retributionis: boni operis dilationi in craſtinum, nempe tunc ad faciendum, valde magnum ineſt periculum: benè tota in vita tua operare, ſi vis tutus eſſe, atque benè hinc ad aliud ſæculum exire. F

Alex. Alenſ. in Pſal. 105.
Diu. Bern. in quad. Epiſt. apud Thom. Hibera.

Æternæ ſecuritatem ſalutis dextro, beneque fælici latroni dans Chriſtus Dominus ait. *Amen dico tibi, hodie mecum, eris in Paradiſo.* Nil propemodum illi iucundius, nil hoc verbo certius, vnde coronæ gloriæ donatus modò triumphat in Cælo. Bene quidem ſic, ſed quare non ædificantur ei templa, non eriguntur altaria, ad inuocandum ibi eum, et, vt apud Altiſſimum pro nobis interpellet; optimas non deeſſe huius ſtitutationes arbitror, fortaſſis tamen ea vna videtur non contemnenda, quoniam ad extremum vitæ ſuæ diem, in articulo mortis pænitentiam egit, bonum opus tunc agere cœpit. Potius exorandi, qui nobis exempla probitatis integerrimi operis in vitæ ſuæ curriculo præbuerunt. Adeoque omni imitatione digni ſunt, vt & nos ſecum ita præmio donari mereamur in Cælis.

Luc. c. 23 f.

A Non enim eſt diſcendum ab eo latrone dextro pænitentiam differre vſque ad extremum vitę, neque quodcumque opus bonum operari tantùm in nouiſſimo dierum noſtro; ſed imitemur Sanctorum monimenta martyrum, atque diuturnam in aduerſis tolerantiam iuſtorum. *Quotieſcumque fratres cariſſimi Sanctorum martyrum ſolemnia celebramus, ita ipſis intercedentibus expectemus à Deo conſequi temporalia beneficia, vt ipſos martyres imitando, accipere mereamur æterna. Ab eis enim ſanctorum in veritate feſtiua gaudia celebrantur, qui ipſorum martyrum exempla ſequentur.* Ita Diuus Pater Auguſtinus ſuis in ſermonibus de Sanctis teſtatum reliquit. Similitudines itaque Regni Cælorum ſumpſit Dominus ab opere bene laborantium, vt otia omnino tollenda, operi autem recto manu continuò dandam, ac ſalutatrem pænitentiam minime differendam, ſed citius agendam eſſe diſceremus. D. Auguſt. ſerm 47. De ſanct.

Theſauro abſcondito. Magnus quippe Theſaurus, & ineſtimabilis, eſt gloria cæleſtis, beata Sanctorum viſio, maior omni theſauro temporali. Attendens beatus ille vir Iobus ſtatum, ſeu manſionem Sanctorum Patrum tunc in limbo eorum, concupiuit per mortem illam cohabitationem, dicens eos replentes ſuas domos auri, & argenti theſauris. *Nunc dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem cum Regibus, & conſulibus terrę, qui ædificant ſibi ſolitudines, aut cum Principibus, qui poſſident aurum, & replent domos ſuas argento.* Bene quidem ſolitudines ſibi ædificare dicuntur, qui ab huius ſæculi fluctibus vtcumque ſeparantur. ibi Ordi- Iob. c. 3. b.

B naria dicente. *Solitudines ædificare eſt à ſecreto cordis terrenorum deſideriorum tumultus expellere*. Principes verò illi, & ſancti omnes Dei nouiſſimę vniuerſalis ſententię conſultores, ſeu teſtes eius, replebant tunc Domos ſuas nempe conſcientias, ac animę potentias auri, & argenti theſauris. Sed quibus? quomodo? nempe cæleſtis beatitudinis certiſſima, tutiſſima ſpe. Oh igitur quanto magis illa in re ipſa theſaurus iure dicendus? nunc autem abſconditus ab oculis noſtris ſummus theſaurorum, ineſtimabilis, acquirendus cunctis viribus. Ordin. Interl.

Theſauro abſcondito. Ad quem ideo inueniendum, & acquirendum labor, ſtudium, ſudor expoſcitur, non enim res parua, ſed rerum ſumma inquiritur, cui propoſito bellè facit illud Beati Iobis. *Qui expectant*, ait, *mortem, & non venit, quaſi effodientes theſaurum; gaudent vehementer, cum inuenerit ſepulchrum*. Labor præcedit, lætitia, & exultatio ſubſequitur, inuento theſauro, qui ab effodiente inquiritur. Nocte ſurgentes, inſtrumenta defaticandi ferentes pergunt, effodiunt, nulli parcentes labori, inuento cophino lætantur reuelato. ſuſcepto theſauro exiliunt, cuiuſque adhibiti laboris obliti. Addidit verò Iob exoptandę memoriam mortis, quoniam huiuſmodi theſaurum, Regnum videlicet Cælorum viuentes exquirunt, bene morientes acquirunt; qui quærentes, de iuſtis faciundis non prætermiſerunt. Vbi, quando, quomodo? fideles in agro Eccleſię Catholicę viuentes, præcepta Domini obſeruantes, & quod ſupereſt egenis impartientes. Quid eſt effodere? labori non parcere: quid Iob. cap. vbi ſup. d.

C eſt in propoſito quærere theſaurum? ad Regnum anhelare Cælorum; quid eſt inuenire ſepulchrum? per mortem peruenire ad gloriam cæleſtem: quid eſt vehementer lætari? æterna demum beatitudine donari, & quis igitur pro tanto non elaboraret, non pateretur theſauro. *Non ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis*. Laborum inſtrumenta ſume, nocte diu, noctuque ſic fodere, pati, ſuſtinere pigeat, vt indeficientem Regni cæleſtis theſaurum inuenias poſſidendum. Rom. c. 8. d.

Abſcondito in agro. Ex Diui Pauli verbis theſaurum maiorem, ac ditiorem nullum, neque alium aptiorem theſauro tali agrũ aſſeramus, quàm diuinitatem in Ieſu Chriſti humanitate abſconditam hypoſtaticè. *In quo*, ait, *ſunt omnes theſauri ſapientię, & ſcientię abſconditę*. Cuius nam ſapientię, nimirũ diuinę, reuelatę, experientialiter acquiſitę. Huius vberrimi agri totum, & vt ſic dicam, partes quæque, ac loculi ſunt aurum obrizum, ſunt diuinę ineſtimabiles diuitię. *Locus Saphiri lapides eius, & globę illius aurum*. Etiam Sponſa fidelis ipſa id non ignorans, caput eius aurum, manus aureas, pedes argenteos, manuſque plenas hyacinthis aſſeruit, quem ideò inuenire, poſſidereque omni virium conatu quæſiuit, vt diuitijs talibus veris locuples perpetuò fieret. Quis fodit? quis arat? vt talem, atque tanto ditetur theſauro? ab Hebræis Gentiles miſſi milites clauorum vomere, Crucis ſarculo, flagellorumque aratro foderunt, atque Coloſſ. c. 2. a. Iob. c. 28. a. Cant. c. 5. c.

runt

Pſal 128.
Alia Lect. runt eum ſanctiſſimum ſuper agrum. *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.* D
Alij verò ex Hebræo legunt. *Arauerunt peccatores.* Quid exhauriere adeo elabo
rantes enixè? confringentes cutem eius, & carnem eduxere ſanguinem, in-
æſtimabilem theſaurum, noſtrę ſalutis pretium. Sed fuit ne in ſalutem eorũ
ſic laborantium? minime quoniam fodiere, arauere peſſima voluntate, odio
inuidia, perdita indignatione tam iuſſi milites, quam Hebręi iuſſores, & eo-
rum ſucceſſores. Sed nos omni deuotione, pietate maiori, ſanctę fidei vo-
mere, meditationis continuę aratro in tam vberi agro effodientes, ſalutatem
gratuitum educamus theſaurum, vt inde poſſideamus glorioſum.

Quem cum inuenit homo. Quid eſt huiuſmodi in agro talem theſaurum inue-
nire? ſanè Chriſtum Dominũ hominẽ, & Deũ credere, in ipſa humanitate
aſſumpta hypoſtaticè Deum fateri, & fidelem iuxta confeſſionem operari, vt
Simile. valeamus tanti inuentores theſauri copioſe ditari. Principum quis ad ſuarũ
Vrbium aliquam petit incognitus, paucis comitatus, è vultus tamen lineamẽ
tis, & plenis manibus gemis in auri ligaturis à quampluribus cognoſcitur, de
bita reuerentia, & honore attenditur; quibus demum palam reuelatus gra-
tias, & munera elargitur. Qui autem paruo, aut nullo eum amore, ac hono-
re proſequuntur, fingentes nõ agnoſcere contemnunt, eique terga vertunt,
nulla mercede munerandi, ſed pœnis debitis plectendi dimittuntur. A ſimi-
Philip. c 2. c li ſuo nobiliori modo dicatur, Omnipotentis Dei filius ad mundi reparatio-
nem veniens, noſtram induit mortalitatis naturam, habitu inuentus vt homo E
Iſai. c. 45. c. Cui præuiſo Iſaias ait. *Tu es Deus abſconditus,* Nimirum in ea humanitate aſſum
pta hypoſtaticè. Quod attendens, & ipſe pſalmigerus Vates ait. *Credidi pro-*
Pſal. 115. *pter quod locutus ſum.* Quid credidiſti? Deum ea in humanitate abſconditum,
cui vota reddam, mea diſſoluenti vincula. *O Domine, ego ſeruus tuus, & filius ancil*
lę tuę. De quo ſuis duodecim comitatus in terris ſponſa quoque fidelis ait. *En*
Cant. c. 2. c. *ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.* Paries no
ſter in eo, eſt humana caro, feneſtras, & cancellos fecere Iudæi per miniſtros
in carne Ieſu Chriſti, è quibus ad nos generoſè munerandos miſericorditer
conſpicit.

Manibus tamen ſeu earum, affectibus, nempe operibus, quemadmo-
dum, & in diuinis ſcripturis, de tempore loco, atque opere tunc venturi
Cant. c. 5. d. Meſſię ipſemet eſſe agnoſcebatur. *Manus eius aureę tornatiles, plenę hyacintis.* Ni-
Lyran. mirum vt ait Lyranus, miſericordię effectibus, gratijs; & muneribus ad im-
pertiendum hominibus, eum fide quærentibus, & opere inuenientibus; qui
& Ioannis ipſe Diſcipulis expetitus ait, vt euntes renuntiarent ei, quę vide-
runt, & audierunt. Videre autem miranda, & audiere ſimilia. Quare Petrus
ſuo eidem Magiſtro optimo. *Domine, ait, ad quem ibimus? verba vitę æternę habes.*
Ioann. c. 6. g Sanè ad nullum alium, tu enim Chriſtus Dei viui filius. Theſaurus, quem in-
uenimus, poſſidendum in cæleſtibus glorioſè ſine fine. Hi, & omnes eorum
ſucceſſores, imitatores, verè facti fideles talem, atque tantum agnoſcentes F
credidere, & quærentes inuenere theſaurum. De quo Sanctus Euangeliſta
Ioann c. 1. b. Ioannes. *In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quot quot autem receperunt, dedit*
eis poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius, Filios verò Dei fieri eſt, eius
æterna hæreditate ditandos effici. Verum dixiſſe notandum, poteſtatem eius
dediſſe filios Dei fieri poſſe; quoniam non coactè, ſed ſponte credunt, &
ſalui fiunt: eorum etiam concurrit arbitrium, & ſic comparant, quem cæle-
ſtem inuenere theſaurum. Quod lucè clarius apparet eo, quoniam quod
poſſidetur, ſponte impenditur, vt theſaurus ille tantus ematur, cui belle facit
illud de nomine Ieſu carmen, pro eo magna voluntate quærendo.

Hym. de no. Ieſu.

Cum Maria diluculo
Ieſum quæram in tumulo.
Clamore cordis querulo
Mente quæram non oculo.

Abſcondit. Et quid ſibi vult abſcondere, quod quiſq; ſaluandorũ agere, atque
publicè debet poſſidere? Huius dicti intellectus creditur eſſe, vt bono opere,
quod quiſque operatur, nequaquam glorietur, non inani gloria, non mun-
di pompa ducatur. Scio vtiq; pro acquirendo cælorum Regno neceſſarium
tam fidelis mentis, ſeu intentionis robur, quàm ipſum opus externum acti-
tandum,

A tandum, quod frequenter inſpicitur, & ab aliis. Hinc Prouerbiorũ Auctor quærens mulierem aptam ad Regni Cælorum acquiſitionem, inquit. *Mulierem fortem quis inueniet?* Eam ipſe inuenit, & inter alias eius neceſſarias conditiones & egregias operationes, eas præcipue recenſuit, dicens. *Quæſiuit lanam, & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum.* Nimirum odio habuit otium, & ſibi contexuit laneas atque lineas veſtes, illas exteriores, illas verò ſubtus velut ſubuculas; illis opus exterius cunctis inſpiciendum his autem occultum, mẽtibus abſconditum, & vtrumque non ignoro neceſſarium; nam boni operis recta intentio eſt ſpiritus, quo animatur, & validatur opus, manuum opus, cordis intentio, ac oris verborum ſimilis prolatio vna ſimul copulantur, vt ijs Deus noſter delectetur. *Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vanum animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo.* Hæc tria teſtatus eſt Dauid vna, vt benè cogites, benè loquaris, & valens benè operetis. Prou. c. 3 b. Pſal. 23.

Attamen, quod ſit opus bonum eſſe requiritur mente ſaltem tua reconditum, tum ne Deo diſpliceat, tum ne in via pereat. *Munus abſconditum extinguit iras, & donum in ſinu indignationem maximam.* Sed cur non reuelatum? num per publicè dari contingit tali virtute priuari? aliquando ita, nam Deus tuum opus bonum, quo Cæli theſaurum emis, abſconſione, non propalatione conuolui delectatus. *Panis abſconditus eſt ſuauior.* Quæ nimis, atque diu reuelata, vel ſua de pretioſitate amittunt, vel in contemptum veniunt, ſed pretioſa B conſeruari abſcondita magis conſueſcunt. Quod non minus agnouit, quæ de dilecto ſic ait. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Botrus cypri dilectus meus in uineis Engaddi.* Alij verò ex textu Hebræo, & ex Septuaginta verſione legunt illud, quod noſter Interpres ait. Faſciculus mirrhæ, *Stactes.* Quod interpretantur ligaturam, ſiue ligamen, vel ſacculum, aut rem ipſam, quæ ligatur in eo. Ac ſi diceretur, res inuoluta panniculis. Sed quid ſibi vult tam multipliciter abſcondi, & conuolui pannis, mammis, folijſque in vineis, & huiuſmodi? ſanè vt detur intelligi eſſe abſcondendum ſic Regnũ Cælorum, theſaurum hunc magnum; atque opus ipſum bonum, quo peruenitur ad poſſidenda Regna Cæli æterna. Prou. c. 21. b. Prou c. 9. d. Cant. c. 1. d. Ex Hebræo. Sept. Apud Ghiſl.

Si namque Inferni furibus, & latrunculis propalas, quod pretioſum geris, illud amittendi tu te periculo exponis. Iuxta illud Diui Gregorij. *Depredari deſiderat, qui theſaurum publicè in via portat.* Nuntijs miſſis à Berodach Rege Babilonis Ezechias Rex in Ieruſalem omnes diuitias, ac theſauros domus ſuæ palam oſtendit, ad quem mox Deus dicendum miſit, quod ijs omnibus breui ſe ac omnes natos ſuos perpetuò priuandos ſciret, quoniam nimis curioſè, & abſque ratione ea omnia propalauerat, quadam ambitione oſtentationem faciens. Deus ipſe ſuos abſcondit theſauros, diſcite vos homines. *Ponens in theſauris abyſſos.* Inquit Pſalmiſta. Quod ſi poſitos in abyſſis theſauros dixiſſet noſtrum negotium ſat clarum indicaſſet; verum in theſauris abyſſos poſitos C aſſeruit, vnde idem propoſitum clarius adnotauit, nam ſi abyſſi ob profunditatem abſconditi, multo magis ideo theſauri, ſubtus eos poſiti, in quibus abſconduntur abyſſi. Sic Deus ſuos abſcondit theſauros? hinc diſcamus & nos de theſauris præſertim ſalutaribus intelligentes. Quod ſi iuxta Euangelij dicta aſſeris eſſe opera noſtra bona in lucem prodenda, vt laudetur Deus, & erudiatur proximus, reſpondet Diuus Gregorius, qui ſupra, id eſſe vtique actitandum, ſed intentione occultandum. *Sic autem ſit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, vt de bono proximis præbeamus exemplum, & tamen per intentionem, qua ſoli Deo placere quærimus, ſemper optemus ſecretum.* Sat autem occultum facis, quod aliter facere nequis. Conſpicit homo tuum opus bonum, & mentis inſpectorem laudat, rogat magnæ mercedis largitorem. Diu. Greg. hom. 11. in Euang. 4 Reg. cap. 20. c. Pſal. 32. Matt. c. 5. d. Idẽ vbi ſuprà.

Abſcondit. Quæ bona peragimus, non tuba propalare debemus, ne quæ ob ea, ſpiritualia prætenduntur, inani gloria perdantur. Si memoria tenetis, ex duobus viris, qui in Domini templum orare aſcenderunt; Phariſæus ſua, quæ fecerat bona, oſtentabat; Publicanus verò, è contra, de quibus ipſe Dominus. *Dico, ait, vobis deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo, &c.* Nempe à Deo, atque demum in regna Cælorum, vt piè credendum glorificandus aſcenderat. In memoriam quoque reuertatur, quod Ioſeph ab Arimathia de Domini corpore, multa cum pietate, fecerat. In monumento ſyndone Luc. c. 18 a.

inuolutum

Digitized by Google

inuolutum illud poſuit, & ad monumenti oſtium lapidem admouit, vbi iuxta D
D. Ambr in Luc. c. 23. moralitatem Diuus Ambroſius ait. *Pulcherrime lapis admotus, ni pateret. Quicumq; enim in ſe bene humauerit Chriſtum, diligenter cuſtodiat ne pte eum perdat.* Id fortaſſis ſponſa fidelis excogitarat, dum ſuam pulchritudinem velamine opertam gerendo formoſiorem reddidit. *Sicut fragmen mali punici, ita & genæ tuæ, abſque eo, quod*
Cant c. 4 2. *intrinſecus latet.* Vbi magnus Origenes noſtrum ad propoſitum habet hæc. *Be-*
Origen. *ne genæ ſicut fragmen mali punici, quod ſicut nihil habet ſimulatum, ita multum habet occultatum, quod ſicut nihil fingit, ſic nec totum effundit, quòd minus prætendit in ſpecie, quam in virtute.* Simili itaque abſconſione Deus nedum delectatur ſed etiam vtitur, vt exemplum ſumatur. Cui propterea Iſaias. *Tu es*, ait, *Deus abſconditus.* Alij ve-
Iſa c. 45. c. rò vertunt, *Deus abſconſionum*, Verè quidem ita, quoniam ſe in humanitate naſcens abſconderat aſſumpta: faciebat inde miracula, & ne dicerentur, ne propalarentur, iubebat. Quamuis & ipſi etiam Dæmones eiecti eo magis de mitis per Ieſum Chriſtum geſtis clamitarent: nobiſcum vſque ad ſæculi finem manens in diuiniſſimo Altaris Sacramento ſe ſe creditum abſcondit.

Quod attendens, & admirans Sanctus Doctor Angelicus, noſtra pro inſtru-
D. Thom. ctione ſpirituali, morali, ait. *Quia non tantum vnam rem in Eucharistia abſcondit, ſed plures ſcilicet perſonam ſuam, opus, & modum, in his ergo diſcamus, in nobis quoque tria virtuoſè abſcondi, ſcilicet perſonam noſtram, opera noſtra bona, & bonorum operum intentionem.* Sic dat ipſe Dominus nobis per ſe ipſum exemplum huius tantæ rei imitatione ſuſcipiendum. Terræ Principes conſueſcunt ſuos aulicos, & famulos quod- E
Simile. dam veſtium ſimili modo, atque colore amictos facere, vt à ceteris diſtincti cognoſcantur, & honore maiori habeantur. Ita Deus ſuo nobiliori modo feciſſe videtur cum populo Iſraelis ſuo olim dilecto, ſignum eis, vt ab omnibus gentibus, velut dilecti famuli cognoſcerentur dedit, nempe circumciſionem, & hanc in ſecretiori corporis parte. At cur potius non in manu, non in vultu, vt eo clarius, apertiuſque conſpecti agnoſcerentur dilecti? quoniã bonum opus, quo ei placerent, ſic occultari, ſecreto fieri optarat, iuſſerat. Sententia, & conſideratio eſt Diui Hieronymi ad Taraſiam dicentis. *Circum-*
Diu Hieron. ad Taraſ. *ciſionem prò amicitiæ ſigno dedit eis, quæ in occulta hominis parte celatur, ne iuſtitiam eorum facerent coram hominibus, ſed in occulto, & coram eo.* Diſcamus, & nos cum eis, atq; cum illo homine Euangelico theſauri Agrum, ſeu theſaurum ipſum Chriſtũ Dominum ferre abſconditum, ne in via hac amittamus eum.

Et præ gaudio illius. Nihil nos tam lætificare debet, quàm quod à nobis Deus gratum habet; gaudio magno ſpirituali ſemper id opere pretium eſt præſtari quo inuenitur, emiturque Regnum Cæli, theſauros Paradiſi. A Salomone
1. Par. c. 29 d audiamus comprobationem huius. *Ego in ſimplicitate cordis mei lætus obtuli vniuerſa hæc.* Obtulit namque Domino ſacificia plurima cum cordis ſimplicitate, & lætitia. Hæ duæ ſunt ſorores Domini ſacrificia comitantes, ſimplicitas, & lætitia, quibus ſine ſacrificium creditur inane. Noſtri cordis ſimplicitatem maximopere Deo placere ſalomon nouerat, & mentis lætitia eſſe condiendum opus ipſi Deo dicatum ex patre ſuo Dauide didicerat. Qui dum Domini theſaurum, eius videlicet Arcam perduceret in Ieruſalem, exiliens, amictus Ephod, citharam percutiebat præ gaudio ita vt omnes in ſui admiratio- F
2. Reg. cap. 6. d. nem traheret, ſed præcipuè vxorem Michol dicentem. *O quam glorioſus fuit hodie Rex Iſrael.* Immo, & ipſi Dæmones Inferni ſacrificia ſibi exoptantes fieri, contemnebant, ni magna condirentur lætitia.

In Romanorum hiſtorijs legitur de quibuſdam Idolorum Sacerdotibus, qui iuxta inanem eorum, & ſuperſtitioſam conſuetudinem non circum altare cum cantilenis choreas duxere, oblato ſacrificio, factaque interrogatione
Rom hiſtor. ſeu petitione, nullum acceperunt ab Oraculo reſponſum, niſi hoc. *Deſpexerunt.* Nimirum, cum non ſolita oris, & cordis lætitia, ſiue ingenti cum gaudio obtulerint, indignos ſe reſponſione reddiderunt. Secus autem Iudæi fecere Salomonis tempore, quam magno offerentes in gaudio, de quibus ſcri-
2 Par. c. 30. d ptura ſic. *Placuitque vniuerſæ multitudini, vt celebrarent etiam alios dies ſeptem. Quod, & fecerunt cum ingenti gaudio.* Quæ non ignorando fideles, quæ ſalutaria ſunt omni cum gaudio ſpirituali agitare debent.

Vendit vniuerſa, quæ habet. Et quid ſibi vult vendere quodcumque quis poſſidet, vt eo prætio emat theſauri agrum, ſeu theſaurum ipſum, Regna videlicet

Cælorum

A Cælorum? Sinè ſæcularia quæcumque, diuitias, delitias, & id genus contemnere, pro nihilo habere, vt valeat ſine impedimento tantum poſſidendum acquirere theſaurum. *Omnia arbitratus ſum, vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.* Philip. c.3.b Quanto enim quis magis hæc caduca contemptu habet, eo magis hæc ſibi, & in Cælis maiora abſque comparatione parat. Mirandum profectò refert Ioſephus Hebræus de Moyſe, qui cum eſſet puerulus, in filiæque Regis Pharaonis manibus, & vlnis, Rex ille videns infantulum formoſę ſpeciei, atque decoris eſſe, regium ei diadema ſuum ſuper caput ioci cauſa impoſuit. Sed mox ipſe puerulus manu apprehendens proiecit, ſanè vt indicaretur ea etiam in ætate ſeculares dignitates; ac huiuſmodi munera omnino contemnere, atque penitus ſe contempturum eſſe; & ipſe Deus ad eas, atque cæleſtiales copioſè illum eleuauit. Quamuis Oleaſter aſſerat Moyſem ad populi regimen exaltatum, quoniam Deus eum agnouerat habentem ſuo de proximo zelum, *Quia* inquit, *cognouerat Dominus Moyſem zelum habere ad commune bonum, & ad proficiendum inter fratres, & ideo præficitur.* Verùm quo ad rem noſtram, contemnenda ſunt ad emptionem ſpiritualium, cæleſtiumque, temporalia, quibus ſecundario tantum, & neceſſitatis cauſa incumbere decet. *Qui ergo propter fidem Chriſti, & prædicationem Euangelij omnes carnales affectus, & diuinitas, atque ſeculi voluptates contempſerint, hi centuplum accipient, & vitam æternam poſſidebunt.*

Ioſeph lib.2 Anti. c.9.

D. Hierony. lib.3. in mat.

Attendatur, exoretur Dominus, contemnatur verò hic mundus: plura B valet impertire Deus, quã promittere mundus: quære propterea tu ſollicitè Dominum copioſè conſolantem, deſere amorem mundi continuò decipientis: diſperde caduca, vt conſequaris æterna; plus valet, plus poteſt Domini pietas, & miſericordia, quam ſæculi huius vniuerſa. Quod bene tenens Diuus Vates ille Pſalmigerus, Domino Deo ait. *Melior eſt miſericordia tua ſuper vitas labia mea laudabunt te.* Quòd melior, immo & optima ſit Domini miſericordia, nulli dubium; ſed ſuper quas qualeſue vitas? Sanè hominum, quas ſibi malas male peragendi elegerunt, eam theſauri cæleſtis perquirendi deſerentes. Qua de re Sanctus pater Auguſtinus ſic ibi, ait. *Quas vitas? quas ſibi homines elegerunt, alius elegit ſibi vitam negotiandi, alius vitam ruſticandi, alius vitam fænerandi, alius vitam militandi, alius alium, alius illam, diuerſę ſunt vitę, ſed melior eſt miſericordia tua ſuper vitas noſtras.* Quoniam miſericordia tua non fallit, benè tamen vitę, & profeſſiones hominum multę.

Pſal. 62.

D. Aug.

Nam miles in ſuo mucrone, & gladio fidit, & perit. Diues ſuis in itineribus marceſcit. Mercator ſuis ſæpe mercibus, & mercaturis priuatur. Princeps delitiis, & impietatibus ruit. *At qui confidunt in Domino ſicut mons Syon non commouebitur in æternum.* Hæc enim, & quæque caduca parum, aut nihil proderunt comparatione cæleſtium in conſolationem hominum. Ideo Dauid Domino. *De fructu*, ait, *operum tuorum ſatiabitur terra.* Et non de ſuis, quos fructus illa producit? minimè; ſed quænam terra? homo factus de terrę limo. Hic diui-C tijs, delitijs, operibus ſuis, atque eorum fructibus ſatiari, expleri non prætendat, quod ſin ſecus ſentit, male cogitat; nam tantum de fructu operum Domini debet, poteſt ſatiari. Vbi Diuus Auguſtinus inquit. *Quid eſt de fructu operum tuorum? Nemo glorietur in operibus ſuis, ſed qui gloriatur in Domino, in operibus eius glorietur? gloria enim eius ſatiabitur.* Opus manuum Ieſu Chriſti, eſt reparatio mundi ſuper Crucis lignum facta, cuius fructus gratia, gloria, hanc, ea ſatiari, quæramus, inania contemnamus.

Pſal. 124.

Pſal. 103.

D Aug.

Et comparauit agrum illum. Nempe vniuerſa lubenti animo impendit, & cæli Regnum, Paradiſi theſaurum ſic ſibi auquirere ſtuduit. Sed numquid Cælũ emitur? maxime ſuo morali pretio; fideli nummo. Et qui nihil rerum poſſident ſuper terram, quomodo ementes peruenient ad cæleſtem gloriam? audi, fidelium quiſque valet illud emere, & emptum poſſidere. Quod Diuus Pater Auguſtinus attendens, bellè ſic aſſeuerauit. *Tantum emit vidua duobus minutis, quantum Petrus relinquens retia, quantum Zachæus dando dimidium patrimonium.* Quibus intelligi datur, quemq; ſuo modo ſua re habita poſſe illud ſibi emere, nimirũ Cæli Regnũ; non enim Deus reſpicit in faciẽ hominũ, nec acceptator eſt perſonarũ; ideoque nemo dolere, nemo lamentari, nemo murmurare debet.

D. Auguſt. ſuper Pſal.

De qua re Caſſiodorus ſuper Pſalmos pulchrè ſic ait. *Benedicitur, Dominum extendere Cælum ſicut pellem, vbi meretrices, & publicanos eum conſtat admittere, nam cum*

Caſſiod. ſuper Pſal. 103

Digitized by Google

ſint rei, per iuſtitias Cæli iuſtificati ſunt. Sponſa cæleſtem theſaurum, dilectum ſuũ D
quæritando ornata pallio, ſeu vt alij legunt, theriſtro, nimirum capitis orna
mento, nequaquam inuenit; ſed quando tandem? illamet ſic ait. *Cum paulu-*
Cant. c. 3. b. *lum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea*. Quid ſibi vult paululum pertran
ſire? ſanè parum poſtea quam priuata delitijs, expoliata formoſis operimen
tis corporis, criminum ornámentis, appetita verberibus, & plagis, ſola men
te bona, voluntate magna perquirens, mox inuenit, ſic comparauit, & poſ-
ſedit, quem theſaurum cæleſtem, dilectiſſimum ſuum quæſierat, cuius amo-
re capta huc, atque illuc pergebat.

Si Chriſtus Dominus vnicum dediſſet modũ, quo pararetur Regnũ Cælo-
rum, & hunc quàm difficilem, fortaſſe quis iure pertimeſcere, animoque
deficere poſſet; ſed octo enumerauit, aſſignauit vias, quibus maiori, ac mi-
nori illuc ſcanderetur facilitate, quas vias, ſeu modos appellauit beatitudi-
nes, vt per eas migrantes re ipſa beatitudinem cæleſtis Regni acquirerent poſ
ſidendam. Inter quas vias, ſeu modos poſuit etiam lacrymas, lacrymari, quo
Matth. c. 5. a. quippe hominibus nihil omninò cõmunius, atque facilius. *Beati qui lugent, quo
niam ipſi conſolabuntur*. Et idemmet Dominus ad quoſdam de puerulis apud eũ-
Idem c. 19. b. dem Euangeliſtam Matthæum inquit. *Sinite paruulos venire ad me, talium enim eſt
Regnum Cælorum*. Et non ceterorum? etiam eorum, dummodo iuxta fidem
catholicam viuentium, ſed ait eſſe talium ob facilitatem comparandi, conſe-
quendi Regnum Cælorum; nam pueri, prout eſt in ſe, nullam vim aliam prę E
ter lacrymarum adhibent ad conſequendum à parentibus, vel alijs quicquid
magis exoptare creduntur. Pete à Domino quod requiris, eme theſaurum
Regni cęleſtis, commutatione non auri, vel argenti, quo cares pauper, ſed
gemitu, & lacrymis, quibus abundans, & locuples ſingulariter es.

Quod ſi aliud adiutorium exquiris, ad orationes, & merita Sanctorum, re
quire, recurre, quibus apud Dominum intercedentibus, quod expoſtulas, fa
cilius elargitur, quaſi denegare nequeat. Mirandum quippe quod in memo-
riam reuertatur. Fabricata Noe ob aquas diluuiales euitandas Arca, ipſo-
que cum ſuis, & omnibus animalibus illis ingreſſo, feneſtram in ſuperiori
Gen. c. 6. c. Nauis parte, Cælum verſus apertam fieri, atque ita manere iuſſit ipſe omni-
potens; & cur potius, non ad Arcę medium illam ſituari, vt Noe facilius intue
retur aquarum creſcentium, & decreſcentium inundationem? Nonnulli
Moralium dixere id factum, vt dumtaxat cælum intuens Noe tantùm illinc
ſperando, expectaret auxilium, optima quippeque ratio. Gloſſa verò Mo-
ralis ſignificari orationem aſſeruit. *Per quam*, ait, *Oratio deuota ſignificatur. quia
Moral. per eam gratię lumen ingreditur*. Et ideo ſurſum verſus dirigitur, conſtruitur, nimi
rum ad ipſum gratię largitorem Deum.

At Sanctus Ioannes Chryſoſtomus aliam noſtro propoſito mire facien-
tem hanc addidit cauſam, ne videlicet Noe proſpiciens aquas paulatim con-
creſcentes ad vniuerſi inundationem, & hominum ſubmerſionem, Domi- F
num Deum ad continendum, ad cohibendam manum, ab inundatione ceſſã
dum rogaret; nam iuſto ſuo rogante, petente, nequiſſet quodammodo de-
negare. *Clauſit de foris*, ait, *oſtium Dominus, & in eminentiori loco feneſtram aperuit, ne
D. Chryſoſt. ſuper Geneſ. communis diluuij ærumnas aſpiciens Noe linguę ſuę calore diuinę iuſtitię vires debilitaret*. O
verè magnum aſſertum in commendationem orationis Sanctorum, ſic mi-
re apud Omnipotentem valentium. Nec ab re ita vir Sanctus dicatur locu-
Pſal. 144. tus; nam ſimile dictum à Pſalmiſta conſiderauit. *Voluntatem timentium ſe faciet,
& deprecationem eorum exaudiet*. Talem itaque, ac tantum poſſe inuenire, com
parare theſaurum ne deſperes. Quod ſi times, recurre ad orationes, ad me-
rita Sanctorum, vt dignus, & paratus valeas fieri thalamus pro ſuſcipiendo
diuiniſſimo Regni cæleſtis theſauro. Qui magis à te inueniri, ac ſuſcipi o-
ptat, quam tu eum effodere, atque inueniri ſtudeas.

Neque hoc in propoſito contemnendum putes, quod Regum ſecundo
legitur. Ingreſſo Dauidi Ieroſolymorum Ciuitatem, cupienti quoque Ar-
2. Reg cap. 5. b. cem comprehendere Syon dictum fuit. *Non ingredieris huc; niſi abſtuleris cæcos,
& claudos, &c.* Sed numquid maior illis, quam ſanis, & integris fortitudo ad
reſiſtendum, & robur? non ità, verum nonnulli reſponderunt, illud in con-
temptum Dauidis dictum, ac ſi vellent illi habitatores inferre, ſic ſe intus bene
munitos,

Digitized by Google

A munitos, Arcemque ſic benè diſpoſitam, vt etiam cæcis, & claudis tantum ab omni militū exercitu copioſo tutè defendi poſſet. Rabanus attamen aſſerit in feneſtris illius Syon Arcis extitiſſe duas ſtatuas lapideas, vel ligneas, nempe Iſaac, & Iacob, quorum vnius oculi caligauerunt, alter verò pede, ex lucta cum Angelo claudicabat. Prout ſi dixiſſent illi, aſperè ſic, & arroganter Dauidi reſpondentes. Nullus ex te timor nobis, quandoquidem, hi duo Amici Dei, homines Sancti pro nobis deprecantur, & eorum Imagines Arcem valide noſtram tuentur. O Ieſu Chriſti fideles, quantò magis auxilium, & protectionem iure ſperare poterunt, qui ad orationes, & ſuffragia Sanctorum in Cælis de facto triumphantium, piè, deuotèque confugiunt? Raban.

Eos pro nobis Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum exorentes deprecare, ſi vis tutior incedere, atque apta myſtica fieri habitatio Domini.

C

OCTAVVM MYSTICI THALAMI ORNAMENTVM.

IN FESTO S. THOMÆ APOSTOLI.

Cuius occaſione dicentis ſe non crediturum, niſi videret Dominum rediuiuum, de viuacitate, neceſſitateque, ac miris fidei laudibus: nec non de quibuſdam alijs virtutibus eam, prout in Euangelio, ſubſequentibus, puta charitate, vnione, Domini laude, eius magna largitate, de fugienda doli occaſione, malaque ſocietate, atque de conſimilibus multis tam ante Paraphraſes, quàm in ipſiſmet enarrandis peregregiè agitur.

FIDES eſt primum, & ſummè neceſſarium noſtri myſtici Thalami ornamentum, quo ſine totum eſt incaſſum, immò ruit ſpirituale ædificium omne. Quaue ſuppoſita eo in ſubiecto facilè ceteræ congeruntur virtutes. Hinc & Chriſtus Dominus noſter cum Thomã ſuum virtutibus ad ſalutem facientibus replere dignaretur, inquit illi. *Noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* (Ioan.c.21.d.) Illud quæſo, Ioannis vndecimo in memoriam nobis reuocetur huic propoſito conſiderandum. Ab illis duabus infirmi Lazari ſororibus fuit Chriſtus Dominus noſter per nuncios miſſos exoratus, vt ire non dedignaretur ad ipſum Lazarum fratrem earum ſanitate donandum, iuit, ad iam mortui, ac ſepulti monumentum ſe deduci fecit, & loco mox ſuſcitandi Lazarum cum Martha ſermonem faciebat, & in ſuſcitando amico moras ducebat. O quare ſic Domine? ad Lazari ſuſcitationem veneras, & ſic tempus tanti faciundi miraculi, cum Martha ſermocinando, differebas? Dubio huic pulchrè ita reſpondendum credatur. Quoniam Dominus, vtique illuc iuerat, ad Lazarum ſuſcitandum, ſed prius Marthæ hanc vitam viuentis ſubleuationem operari, nimirum eam in fide reſurrectionis confirmare ſatagebat. Conceptus, & ſententia eſt Diui Petri Chryſologi dicentis. (Diuus Petr. Chryſol. Archiep. Rauenn. ſerm. 63.) *Qui ad Lazarum venerat, quid ſic occupatur in Martha? ſane vt ante iſta in fide ſurgeret, quàm ille ſuſcitaretur in carne, ſic facit, qui & viuis, & mortuis conſulturus adverit.* Miris virtutibus, charitate, pace, diuinæ laudis frequentatione Martham referre decreuit; ſed prius eam in fide melius confirmare voluit, qui fidem fundamentum omnium virtutum eſſe non ignorauit, immo eam talem eſſe fecit.

Dominus cum Martha loquebatur, vt bene ad ſuſcipiendã veræ fidei confirmationẽ ea diſponeretur. Fides virtus infuſa eſt, ſed & obſtaculum poni nõ debet ad huiuſmodi poſitionem fundamenti. Mirabile quidẽ auditu, teſtatũ

reliquit

A reliquit Pſalmiſta hoc. *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones eius in corde ſuo di-* Pſal. 83.
ſpoſuit, in valle lacrymarum, in loco quem poſuit. Quod beatitudo ſuperſit viro cuius
auxilium eſt à Domino, id nulli mirum, nullique dubium facit; ſed quę ſe-
quuntur verba quid ſibi volunt? quomodoue conueniunt cordis aſcenſiones,
lacrymarum valles, locus huiuſmodi poſitus? cor hominis profundum, &
ideo potius deſcenſiones in eo: aquę in vallibus profundę, non lacrymarum
guttę, & quis? quidue in huiuſmodi loco ponit? ſed ſi bene id percipiatur dif-
ficultas nulla relinquitur; nam cor hominis eſt velut campus, in quo lacry-
mis intus rigato, ſurſū debent fieri aſcenſiones, nempe diſpoſitiones, vt quo-
que fiant, & erigantur fideles in eo aſſertiones, ipſaque fides catholica; qui
ſanè locus, tunc Deo auxiliante, ſic bene diſpoſitus, euadat inde beatus. Ad Simile.
erigendam Pyramidem illam Romę magnam in media Diui Petri Platea, ſe-
dente Sixto Quinto Pontifice Maximo, tales, ac tantę diſpoſitiones, & præ-
parationes neceſſario adhibitę fuerunt, vt omnes eas intuentes iure in ſum-
mam admirationem traherentur; & poſt hæc erecta apparuit excelſa Pyramis,
quibuſque conſpicientibus in modum admirabilis. Sic ſuo nobiliori, ac per
fectiori modo dicatur de hominis corde diſponendo, non obdurando, vt fi-
des infundatur erigatur in eo. Ad cuius fidei ſummitatem Deus fideliter aſpi
citur trinus, & vnus, ſuis beatitudinem daturus. Cui Dauid: *Paratum cor meū* Pſal. 107.
Deus, paratum cor meum, cantabo, & pſalam in gloria mea. Quid cantabis? fideles Do
B mini propoſitiones, in Eccleſia Dei à fidelibus concinendas, ad ipſius omni
potentis laudem, & fidelis eius populi ſalutem.

Cum Martha faciebat Chriſtus Dominus verba, vt ſic audiens illa fide firma
retur, & alijs ipſa quoque ad ſalutem ſermone cooperaretur. Referente Iſi- Iſidor. lib. 12
doro (quamuis contradicente Bartholomæo Anglico) Muſtela paruum ani- Barthol. An-
mal aure concipit, ore verò parit. Mirandum profectò ſymbolum fidelis ho glic. de rerū
minis, qui ſanctam fidem catholicam corde per aurem ſuſcipit; concipit, & propriet.
ore ad aliorum ſalutem parturit, verba, & opera fidelia facit. Sic Martha ſe-
geſſit, à Domino miranda, credenda, audiens ſorori, domeſticis ſuis, atque
ceteris inde Iudæis retulit. ſimilia de fide prædicanda Iſaias, & ad Romanos Iſai. c. 53. a.
Paulus. *Domine, quis credidit auditui noſtro? ergo fides eſt ex auditu, auditus autem per ver* Rom. c. 10. d
bum Dei. Bene ait auditui noſtro, quoniam, quę audierunt, reuelante eorum
auriculam Domino, aure perceperunt, corde conceperunt, ore protule-
runt. Cui etiam propoſito mire quidem facit illud Sancti Zacharię puerulo
Ioanni Baptiſtę ſuo. *Et tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis; præibis enim ante faciem* Luc. c. 1. g.
Domini, parare vias eius, ad dandam ſcientiam ſalutis plebis eius in remiſſionem peccatorum eo-
rum. Præuenit ortu Dominum, vias eius parare quomodo? quibus inſtru-
mentis? vita, moribus, verbis. Sed quænam eſt ſcientia ſalutis, ad quam ſane
dandam præceſſerat Ioannes? profectò fides tunc de Chriſto Domino Meſſia
cum humilitate habenda, & credibilium cognitio ad ſalutem reuelata omni-
C nò neceſſaria ad hanc impertiendam, ſuſcipiendam præuenit, & prædicauit
Ioannes.

Bene autem dicitur neceſſaria ad ſalutem reuelata, nam ſicut homo ſua in
formante anima viuit, ſic niſi fide præſertim formata vitam ſpiritualem, ſalu-
tarem nemo ducit. Hinc Diuus Bernardus in illud Sancti Apoſtoli. *Iuſtus au-*
tem ex fide viuit, inquit, *vtique ſi in eo viuat ipſa fides*. Vis tu vitam viuere ſalutarem? Rom. c. 1. b.
fides ipſa viuat in te formata, alioquin vtramque demum amittes vitam, ſci- D. Bernard.
licet temporalem, & æternam. Cuſtodi quam habes catholicam fidem, nam
ea ſine in omnem facile errorem dilaberis. Vbi capitaneus ſuo cum vexillo,
adeſt, vix vi miles aduerſarius præualet. Vbi per fidem formatam Chriſtus,
nequit præualere Diabulus. Ideo ipſe Dominus ſuis diſcipulis, & eorum ſuc-
ceſſoribus cunctis, ait. *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem*. Vigilate ſcilicet
in fide, nam abſque ea vigilare eſt oleum, atque tempus conterere. Qui vera
fide formata roboratur, nequaquam à Diabolo, carne, mundo, debellatur,
ab eo enim victi recedunt, cui reſiſtere nequeunt. Quò pulchrè faciens ve-
nit expoſitio ſancti Patris Auguſtini de verbis Domini in Lucam. *Quid eſt*, ait, D. Aug. de
in tentationem intrare, niſi à fide exire? in tantum enim tentatio proficit, inquantum fides deficit; verb. Dom.
intantum tentatio deficit, inquantū fides proficit. Tolle fidem, & nullam habebis virtu ſerm. 37. in
tum ſoliditatem, viua cum fide ambulat quis etiam ſupra mare, qua ſine perit in Luc.

eius robur omne, & vorticibus huius maris dilabitur virorum omnis. Diuus D
Matt. c. 14. d. D. Auguſt. ſerm. 13. de Ver. Dom. Pater Auguſtinus in illud Matthæi. *Domine ſi tu es, iube me venire ad te*, ait, *ergo ambulauit Petrus ſuper aquas iuſſu Domini, ſciens hoc ſe à ſe habere non poſſe, fide valuit, quod humana infirmitas non valeret.* Quid eſt, quod non operetur fides? habeto fidem, vt omnia tibi cooperentur in ſalutem.

Plura quippe abſque comparatione fides, quam vniuerſa rerum natura poteſt. Ad huc diuinas per ſcripturas, quæſo, diſcurrere, atque ratiocinari liceat. Firma, & ſtabilis eſt terra, velut vniuerſi centrum; attamen prout in Numerorum libro, ad Moyſis fidem, ad fidelē eius iuſſionem ingentes hyatus ad deglutiendos Domini rebelles Datan, & Abiron cum eorum omnibus, fecit.
Num. cap. 16. e. *Confeſtim igitur, vt ceſſaſſet loqui Moyſes, diſrupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit eos cum &c.* Inquietiſſimum eſt mare, & illud, qui nauigant, norunt. Suis enim vorticibus magnis remos, vela, naueſque confringit, verumtamen ad filiorum Iſraelis fidem ſuprà ſe coagulando in muri ſimilitudine ſe redegit, adeo vt pede ſicco per medium illud iter Iudæi habuerint.
Exodi c. 14. e. qua de re ſcriptura diuina inquit. *Diuiſaque eſt aqua, & ingreſſi ſunt filij Iſrael per medium ſicci maris, &c.* Fortiſſimus aer eſt, quando quidem ſua virtute alia conſeruare, alia corrumpere dicitur; & nihilominus ad Samuelis Prophetę Domini fidem pluit, corruſcauit, & intonuit.
1. Reg. cap. 12. d. *Dedit Dominus voces, & pluuias in illa die.* Ignis verè efficax, & fortis ſua natura eſt, qui cæli motu ferè contempto in orbis lunę concauo præſeruatur, attamen ad fidelem Elię Prophetę iuſſionē E
è Cælo deſcendens quemdam capitaneum ſuis cum militibus mox ſuccenſit.
4. Reg. cap. 1. c. *Deſcenditque ignis de Cælo, & deuorauit eum, & quinquaginta, qui erant cum eo.* O quàm magna fidei virtus, qua qui præſtat, ei miranda operari datur.

Magna quidem fortitudine vigent planetę, nam ſuo motu continuò alterationem, immò & corruptionem his rebus caducis afferre comperiuntur; attamen legimus ad fidem validi Ducis ſerui fidelis Dei omnipotentis ſolē cum luna firmum, & immobilem per horas extitiſſe.
Ioſue c. 10. c. *Steteruntque ſol, & luna donec, &c.* Abſconditi ſunt mortalium oculis cæli nullius coloris, à terra maxime diſtantes, præcipueque Impireum, ſingularis diuorum locus; ſed nihilominus ad Stephani fidem hi, atque illud ſe ſe aperiens ipſi Sancto iuueni Stephano ſe diuiſum viſibile præbuit.
Actu. c. 7. g. *Et ecce*, ait, *video Cælos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei.* Eo enim in Cælo glorioſè manifeſtatur ipſe Dominus Deus. Terribiles, ac formidabiles dicuntur eſſe Dæmones, qui hominum corpora ſubingredientes vexant, & affligunt, qui tamen ad mulieris Cananeę fidem de filię illius corpore exeuntes, eamque relinquentes alio citiſſime fugam arripuerunt.
Matt. c. 15. c. *O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.* Accedente firma fide fugit & lepra de corpore viri ea infecti. Prout apud Lucam habetur ipſomet Domino id atteſtante ſummo ſanitatis largitore. Similia, fidę firma operante,
In eius vita. Magno Imperatori Conſtantino conceſſa leguntur.

Naturę tantum viribus irremediabilis omninò morbus, ſiue defectus eſt cęcitas, quę viſiuam tollendo potentiam, eam videlicet ſuo vſu priuando, neque ars, neque natura talem reparare valet, à priuatione ad habitum non eſt regreſſus; bene tamen fide ea videlicet mediante, cæcitas fugit, viſiua virtus redit, quemadmodum legitur dictum, factum cuidam cæco petenti à Chriſto Domino ſanari. *Reſpice fides tua te ſaluum fecit.* Et vt ſupra dicebatur, liqui- F
Luc. c. 18. d. dum iter eſt mare, calcari quippe quod impoſſibile, eius vortices cedunt, & ſuper eos ambulare tentantem, audentem confeſtim ſubmergunt; attamen credenti Dominicis verbis Petro ſolidum ſe effecit, & calcabile ſub plantis
Matt. c. 14. d. eius ſe reddidit: at fide deficiente iterum molle, liquidum ad ſuę naturę modum remeauit, Sanè vt magnam fidei virtutem eo magis agnoſcendo mireris, & eam in te firmius conſeruare nitaris.

Quid amplius? viua cum fide iubenti terrę montes etiam obtemperant, & locum ipſi ſuum deſerentes, iubente fideli cedentes, in mare confeſtim currunt.
Marc. c. 11. c. *Habete fidem Dei, amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti tollere, & mittere in mare, & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei.* Quod ſi dicas, alibi dixiſſe, habendam ſicut granum ſinapis fidem, prout apud Matthæum legimus, quod ſanè mirum videtur, cum nulla attenda-
Matt. c. 17. c. tur proportio minimi granuli ad magnum montem, & comparatio ſinapis ad

procerita-

Digitized by Google

A procecitatem montis. Huic bellè dubio ſatisfacit Ordinaria ſic. *Fidem perfe-* Ordin.
ctam grano ſinapis comparat, quę ſit in facie humilis, & in pectore feruens: vilis videntibus, ſed
preſſuris tuta, quod intus habet, oſtendit. Fidei viuacitate præſtes, & à te miranda
Deo dante facienda ne dubites. Quarumque virtutum, quorumque ad ſalu
tem bonorum ſingulare, neceſſarium, & eſſentiale fundamentum eſt fides,
quam, cuiuſque virtutem, & excellentiam admirabilem attendens, & obſtu-
peſcens Diuus Cyprianus in ſymboli epiſtola dixit. *Fons, & origo omnium bonorũ* Diu. Cipria.
ponitur, cum dicitur, Credo in Deum. Fidem formatam habeas, quæque credenda in Epiſt. ad
iubentur firmiter teneas, & omnium bonorum impertiendorum, præſertim Symbol.
ſpiritualium, ac æternorum ſontem tecum habere dicas.

Tolle fidem, & omninò exeneruatum dicas ad ſalutem: fidem qui non ha-
bet, ad ſurſum itinero caret: fidelis in delicta qandoque cadit, ſed infidelis
nequaquam conſurgit: comite abſque fide talis quiſque ad omnia mala, &
æternam demum ad perditionem itineri ſe committit. Iudas vtique iniquus
atque ſceleſtus fuit, attamen non dicebatur adhuc ſui optimi magiſtri Prodi-
tor, verum accepta Sanctiſſima Hoſtia à Ieſu Chriſto Domino conſecrata,
& non credens ſub illis ſpeciebus panis eſſe verum Ieſu Chriſti Corpus; ſed
conſeruatam buccellam abſcondit, vt Theophilactus adnotauit, ſic dicens.
Accepit panem, & non credidit, vt oſtenderet Iudæis, quod panem Corpus ſuum vocaret Ieſus. Theophil. in
Tunc ſic fidem amittens, omnes gratias perdens, proditionem commiſit, ſu c. 26. Matth.
B ſpendium elegit, medius crepuit, & in Inferni clauſtra, irreuocabili via, ſe
præcipitem dedit. De quo & Sanctus Ambroſius ait. *Iudas poſtquam fidem perdi* Diu. Ambr. i
dit: innocentiam Apoſtolatus amiſit, omnium enim criminum reus factus eſt. Viro vere fi- ſerm. 2. de
deli omnia demum cooperantur in bonum, infideli contra; nam ſublato hu bono Latron
iuſmodi fundamento, ſpiritualium, & ſalutarium bonorum nequit ſubſiſtere
conſtructio.

Fides autem formata, te ſurſum dirigit, atque tibi Paradiſum aperiri facit.
De Ieſu Chriſto Cruci affixo Sanctus Lucas inquit. *Et cum iniquis reputatus eſt.*
Nimirum illis cum latronibus. Qui dum ibi ſummè pateretur, eorum alteri Luc. c. 22. et
dixit. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Ipſe iuſtiſſimus nequaquam iniquus; ſed ille
impius, cui legimus dictum, hodie eris in Paradiſo mecum. Sed ſi iniquus,
quomodo ſtatim cum iuſto? mox regnaturus cum iuſtis in Paradiſo? opus fuit
fidei, laus debetur ei, & prius pio largitori. Conſideratio, & enarratio eſt
Diui Ambroſij dicentis. *Ipſa hora, qua Dominum Paradiſus ſuſcepit, ſuſcepit & latro-*
nem: vnus paſſus eſt pro ſalute multorum, & duobus pariter immortalitatis ianua reſeratur. D. Amb. vbi
Sed hanc tantam gloriam latroni fides præſtitit. Quid? vobis de fide, de illius magna ſupra.
virtute videtur? vero fideli ianua Paradiſi aperitur, illuc feliciter ingreſſuro,
& ibi ſine fine glorioſe regnaturo.

Vis tibi Cælum aperiri, & Chriſtum Dominum quoque tibi firmiter adſtan
tem ibi in adiutorium fieri? tu & in fide firmiter hic ſiſte. Qua de re Sanctus
C Ambroſius in Pſalmorum expoſitione dixit. *Immobilis fide Stephanus, immobilem*
Chriſtum videbat. Hinc & ſponſus cæleſtis dilectę ſuę fideli animę, vel Eccleſię D. Amb. in
ſanctę aſſeruit eſſe operæ pretium ornamenta aurium. *Murenulas*, ait, *faciemus* exp. Pſal. 71.
tibi aureas, vermiculatas argento. Per quas quidem murenulas quantumuis Pa- Cant. c. 1.
trum nonnulli exiſtimarint intelligi ornamenta, & catenulas aureas colli, at-
tamen Diuus Bernardus, & Patres alij dixere per eas denotari formoſa auriũ Apud Petrũ
ornamenta, nimirum torques in murenularum ſimilitudines, per manus ar- Valder. ſer.
tificis auro ita fabricatas. Quærenti verò, cur ea potius facta in murenulę ſi- 5. cin. de fide
militudinem ornamenta? Reſpondent eam eſſe fortaſſis rationem, quoniam
murenula piſcis voces audit ſub aquis, ſane vt intelligi detur, ad huius inſtar
hominum quemquam viuentium debere voces fideliter audire, tum Dei, tũ
Concionatoris Catholici ſub aquis tam tribulationum, quam conſolationũ
ad verę fidei in omnibus obtemperandum. *Aures autem perfeciſti mihi.* Talem Pſal. 39.
qui ſe præbet, & ornat velut myſticum Domini Thalamum, ſibi demum dici
audiet. Quia non vidiſti, & credidiſti beatus es, & bene tibi erit.

Pro verę fidei autem conſeruatione recurrendum ad Beatam Virginem
Deiparam, quę alijs cum Marijs ad Nati ſepulchrum non ſe contulit, quo- Durand. in
niam Dominicę Reſurrectionis fides eo ſabbato poſt Chriſti mortem in ea Ration. lib.
præcipue ſola manſit, iccirco, & dies ſabbati dicata eſt ei. Ita inquit Duran- 4. c. 1.

dus in

dus in Rationali ſuo, huius dedicationis plures aſſignans rationes; ſed ea præ- D
ſertim ratio à modernis Theologis reprobatur, prout apud Bartholomæum.
Bartholo. Gauant. the ſaur. ſac. Rituum p. 1. tit. 4. Gauantum. Vtcumque tamen fuerit. Beatiſſima Virgo Maria cunctis ad eā
confugientibus pijſſima ſuccurrit, & mirandum præbet auxilium. In primis
verò ad ipſum veræ fidei authorem, & infuſorem Ieſum omni humilitate ma-
iori confugiendum. qui veræ fidei ſuę ſuis à fidelibus ſuſceptę, conſeruatę me-
ritum in gloriæ coronam pro mercede conuertit. Dicente Paulo. *Aſpicien-*
Hebræ. cap. 12. *tes in Authorem fidei, & conſumatorem Ieſum*. Cuius ſententię verba hæc nouiſſima
Alia Lect. alij ſic vertentes legunt. *In coronatorem Ieſum*. Primò fides formata, poſt hæc
mercedis, & gloriæ corona. O Domine Ieſu Chriſte concede mihi collatæ
fidei, ſpei, & charitatis augmentum, meritumque, vt valeam hic fieri aptus,
pro te Domine Thalamus, & poſt modum in præmium verę fidei, gloriæ co-
rona donari.

Ex occaſione, quoniam Chriſtus Dominus ſuis Diſcipulis ait, Pax vobis, nonnulla conſiderantur de magna pacis, concordię, atque amoris virtute. E

SED quare Dominus ad ſuos viſendos, & conſolatione replendos acce-
dens Diſcipulos, mox ait illis. Pax vobis? & cur potius non inquit, gra
tia Domini, ſalus, atque conſimile bonum ſpirituale vobis? forte quo-
niam habitare, morari volebat cum eis. Ac ſi dixiſſet, id fieri nequit, id
benè quodammodo præſtare nequeo, ni cum pacē inter vos reperio. Quod
ſanè noſtrum ad propoſitum facit de myſtico videlicet Thalamo ei præparan
do, & virtutibus exornando. Quemadmodum Rex aulam ingreſſurus, eam
Simile. bene exornatam ſupponit, aut probè exornari expectat, vt in ea lubenti ani-
mo, & hylari mente commorari queat. Sic ſuo nobiliori modo, cum no-
ſtri myſtici Thalami ſingulare ornamentum ſit pax, atque concordia. Chri
ſtus Dominus inter Diſcipulos ſuos habitaturus, ad eos ingrediens, pacem
illis attulit, inter eos ita pulchrè decoratos velle eſſe aſſeruit, qua niſi ſic orna
rentur, ad illos nequaquam ingrederetur, cum ſingulariter pacis ornamen-
to ipſe delectetur. Hinc & Eccleſia Sancta in die Sabbati Sancti ex Pſalmo
Antiph. ad 3. noct. Sabb. Sanct. Pſal. 4. quarto ait. *In pace factus eſt locus eius*. Non enim æquum eſt vbi trabes, tecta, F
columnę, parietes ruinam intentant, ibi Principem commorari, ſed ſi adeſ-
ſet, confeſtim egredi deberet.

Et propterea ſponſa fidelis, ac pia cum cæleſtem dilectum ad ingredi, &
Cant. c. 1. d. commorari ſecum inuitaret, ait. *Lectulus noſter floridus. Tigna domorum noſtrorū
cedrina, laquearia noſtra cypræſſina*. Ac ſi dixiſſet, tuto, lubenti animo, veniat in-
grediaturque ad nos Dominus meus, nam bene ſe habet, atque ſecurè ad ha
bitandum locus; fidelis verò conſtructionis, & myſtici ædificij, puta Eccle-
ſię parietes, tecta columnę, baſes, ſunt ipſi fideles, maiores, ac minores pa-
cificè viuentes. Quod ſi iurgio, maleuolentia, odio contendunt, procuIdu
bio ad lapſum, & ad ruinam, eis imminentem, tendunt. *Concordia res paruę cre*
Saluſt. de bello Iugurtin. *ſcunt, diſcordia verò maximè dilabuntur*. Nequaquam ſic homines apti ad eſſe Tha
lamum, & habitationem Ieſu Chriſti, ſed domum Diaboli, diſcordia conten
tione, odio delectati. Habeto pacem cum Deo, tecum, atque cum proxi-
mo tuo, & tunc Dominus tecum erit; laudes ei per te decantatas libenter
Pſal. 148. audiens. Cui bellè facit illud Dauidis. *Laudate eum in tympano, & choro*. Benè
ſic intimandum viris, ſed feminę non monachatę, quę & choros Religioſorū
clauſura conſtrictos, ingredi prohibentur, quomodo laudabunt Dominum in
choro? ſenſus eſt, vt bene conueniant in laudibus Deo pacificè, vni voce

Digitized by Google

A dandis, in choris namque ſic conueniunt hinc inde vniuocis vocibus Dominum collaudantes chori Religioſorum. Id & ſonat concordia, quaſi cordiū vox vna, tunc enim benè ad pacem conueniunt omnia, quando corda voces & opera.

In propoſito non eſt prætereundum ſilentio illud Geneſis decimo octauo Abrahæ quærenti operam dare pietati, & hoſpitalitati ſe obtulere tres Angeli, quos vir verè pius intuendo, & ipſe obuiam factus illis, exorauit, vt ſecum in diuerſorium refocillationis cauſa declinare dignarentur. Exemplum cunctis id præſtare valentibus præbens. Sed ſigillatim conſiderandum, quod ibi ſcriptura concludendi occaſionem dedit, nimirum tres vidiſſe, & vnum duntaxat adoraſſe, ait enim illis Abraham. *Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis, &c.* Sed ſi tres, cur non inquit. Domini, ſi in oculis veſtris gratiam inueni? Verè tres erant, nempe, vt ibi notarat Lyranus, Michael, Gabriel, & Raphael. Attamen in eis vnum adorauit Deum, qui trinus. & vnus, Sanctiſſimę Trinitatis myſterium attendens. Ita inquit idemmet Lyranus. Moraliter tamen aſſerunt alij. Abrahā ſic dixiſſe, feciſſe, quoniā pacē attendebat, concordiā commendabat, eos voluit indicare conuinctos charitate, pace, dignoſque ideo veneratione: item voluiſſe ſic denotare non facile dandam diuiſionem: ſimiliter non ſeparandam ab illis, & ab hominibus cunctis neceſſariam affectionem cordium, concordiam voluntatum. Gen. c. 18. a. b. Lyran.

B Vbi pax, & concordia, ibi Deum eſſe conſidera. Memorandum quippe quod Geneſis vigeſimo octauo legitur. Cum Sanctus Patriarcha Iacob Domini iuſſa iter in longinquā regionem haberet, dum nocte quadam ſub Ioue ſereno vt caperet ſomnum erat, contigit, tribus poſitis, vel pluribus ſub capite pro ceruicali lapidibus, vt euigilans vnum ex omnibus illis factum eſſe reperiret; prout Lyranus ex Iudæorum annotationibus refert. Quod ex ipſa deducunt ſcriptura dicente. *Tullit de lapidibus, qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormiuit.* Ergo plures non tantum vnum, cum autem è ſomno ſurrexiſſet, mox illum eſſe Domini Dei locum, ibi adeſſe Dominum aſſeruit. Et accipiens quem ſub capite ſuo poſuerat lapidem, erexit illum in recordationem, & titulum, non vlterius plures ſed vnum lapidem tantum appellante ſcriptura. *Cumque euigilaſſet Iacob de ſomno ait. Vere Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam, &c. Surgens ergo Iacob mane tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, &c.* Plures ſuppoſuit, & vnum inuentum erexit, icciro, & ibi Dominum eſſe clamauit, quē vnione, concordia, pace delectari optimè agnouit. Immo quoque in ſomnis Angelos Domini aſcendentes, & deſcendentes eam per ſcalam intuitus fuit, à Domino tamen non recedentes, ſed eo coram glorioſa lætitia inuicē exilientes. Quibus in eam deuenit recordationem, quod à Deo diſcordes, menteque, ac effectu diuiſi, rebelles Angeli, præcipites, atque irreuocabiles deorſum ceciderunt. Gen. c. 28. d Lyran. Ibidem. Ibidem.

C Conſideretur quæſo, quòd in omnibus creationis diebus diuina ſcriptura teſtatur, Deum conditorem rerum vidiſſe, & dixiſſe bonum eſſe quod fecerat. *Et vidit Deus quod eſſet bonum.* Die verò ſecundo de rerum eodem die facta rum bonitate nullus ſermo, nullaque mentio. Quare ſic? tunc enim Deus fecit firmamentum in medio aquarum, aquas ab aquis diuidens. Sed numquid non bonum id? bonum vtique tum in ſe, tum quia de manu Domini accepit eſſe. Ideo diuerſas ſuper id opiniones refert Lyranus. Alij, ait, dixere id ita quoniam die ſecunda Angeli è Cælo, rebelles Dei, ceciderunt. Quod minime acceptatur, ſi quidem iuxta Doctorum communem, inter Angelorum creationem, & eorum caſum modica interfuit morula; at ſecundum eā opinionem interfuiſſet ſaltim vnius diei naturalis. Icciro alij aſſeruere, quia numerus binarius non eſt laudabilis, ſed valde damnabilis, quandoquidem primò ipſe recedit ab vnitate. Quam ſententiam dicunt acceptaſſe Diuum Hieronymum in Prophetam Ægeum. *Immò & Phitagoriei dualitatem Dianam appellant, quę ſterilis eſt, vt Plato dixit in Theęto, ſic & prima dualitas, cum principium ſit diuerſitatis, ſeu diuiſionis.* Ita refert Petrus Bongus capite de binario, ſanè vt ſcias quanti facere debeas vnionem, ſeruare concordiam, & pacem. Gen. c. 1 a. b Lyranus. Diu Hieron. in ægeum Prophet. Phitag Apud. Petr. Bong de binar. numer.

Iure, Chriſtus Dominus ſuis apparens Diſcipulis, ait, Pax vobis, pro quibus iam erat Patrem ſuum Omnipotentem deprecatus, vt fierent vnum, pro

Ioan c. 17. b vt apud Ioanem ait. *Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnũ, ſicut, & nos.* Sed numquid vnum identitate eſſentię, ſicut ſunt perſonę tres diuinę? non ſic, ſed amore, concordia, charitate, Spiritus enim Sanctus Patris, & Filij nexus, charitas nuncupatur, & eſt. Ergo inuicem, qui non benè conueniunt, ſed maleuolentia diſſentiunt hi Chriſto Domino contradicunt, & eius deprecationem pro eis factam ad patrem Cæleſtem, caſſam faciunt, prout in eis eſt. Et nos ipſi ſæpius Dominum precari audemus, vt nos ſua benedictione dignetur replere, & ad vnum ſic redactos ſaluare; attamen ſæpe mentimur, ſeu indigni exauditione efficimur, dum frequenter diſcordia, diſſentione ab inuicem ſic ſeparari nitimur. Attendatur, quæſo, mirabile Sancti Patris Auguſtini dictum hoc. *Si ſciſſura, ſi diſcordia, ſi diſſenſio in nobis ſit, non ſumus digni benedictione Dei, nec Deum dignè laudare poſſumus, quamdiu hac in malitia ſumus; quomodo enim confidenter ſermone paterno reſpondere Alleluia poſſumus, id eſt benedic Deus ſimul in vnum, cum non veniamus in vnum.* Ac ſi dicat, petimus ſic benedici, & ſimul nolumus, pace, & concordia vniri. Vnum mente, corde, petitione eſſe ſtudeamus, vt mentis optata conſequamur, & digni petita benedictione Domini efficiamur. D

Diu Auguſt. homil. de reſurrect. fidel.ũ prout etiam apud Petr. Bong. vbi ſupra.

Proſequitur Auctor hoc idem Argumentum, comprobando, queritandam conſeruandam eſſe pacem, concordiam, vnionem. E

ACCEPTIS de manu Domini Tabulis legis Moyſes, lætus, e monte deſcendebat, ad populum Deo à ſe commendatum; at eos reſpiciens ad inanem Deum, ad Idololatriã conuerſos, ira iuſtè tanta percitum ſe ſenſit, vt ad montis calcem eas de manu proijciens confregerit. *Cumque appropinquaret ad caſtra, vidit vitulum, & choros; iratuſque valde proiecit de manu tabulas, & confregit ad radicem montis.* Sed numquid illę tam fragiles tabulę, vt ſic ſtatim dilapſę illius de manibus ſuper molles montis herbulas, ſi quę ibi, facillimè confringerentur? Lapideę erant vtiq; ſed morale myſterium ibi conſiderandum, Iuxta communem, indignus, ob tantum Idololatrię ſcelus, erat populus, vt ab eo Domini ſermo ſcriptus legeretur. Alij verò arbitrati ſunt, non minori moralitate, facile ſic confractas, quoniam ſcriptura erat diuiſa. Secundum Diuum Patrem Auguſtinum prima Tabula tribus in ſcribebatur præceptis, ad cultum videlicet Dei facientibus; cetera vero in altera tabula legebantur. At ſecundum alios præcipuè ex Iudęorum ſententia, quinque in vna, & quinque in altera erant: vt cumque tamen fuerit, non in vna, & eadem ſcripta inſpiciebantur cuncta. Quare ob diuiſionem facile tabulas confractu moraliter aſſeruerunt. Quod Sanctus Hylarius his verbis alludere videtur. *Moyſes*, ait, *decem verba duabus tabulis conſcripta acceperat, neceſſe erat omnia, & in vtraque conſcribi.* Et tu quoque facillimè confringeris, ſi diuiſus à Deo, à proximo mente, affectu, opere repertus fueris. F

Exodi c. 32. d.

D. Aug.

S. Hylar. can. 27.

Hoc idem mirum inmodum de legis videlicet tabulis ſententia Diui Patris Auguſtini confirmatur, annuentis, tabularum diuiſionem, ſeu dualitatem datam, & non omnia præcepta in eadem tabula, ad ſignificandam illius populi, immò & vniuerſi diuiſionem, nam alij fideles, & creduli, alij vero infideles, & increduli. *Hinc, & Iudæi*, ait, *legem acceperunt à Deo digitis ſcriptam in duabus tabulis, quo ſignificat vnitatem populi diuidi in duas partes, in eam, quę ſeruatur, & in incredulam.* Verè diuiſio, & diſcordia ſemper magni cauſa eſt mali quod etiam ethnici non ignorarunt, ſed diuiſionem etiam in Regno temporali damnandam aſſeruerunt. Referente Plutarcho, cum Darius Perſarum Rex ſe inuadi, & ſuperari à copijs militum Alexandri magni Macedonis videret, ad eum nuncios mittens, ea, quę pacis ſunt, rogauit dicens, Regni mei dimidium tibi accipere

Diu Auguſt. homil. de reſur. fideliũ

A cipere digneris, totaque in Perſię medietate regnabis. Quibus ſic nuncijs offerentibus reſpondit Rex ille Macedo. *Sicut Cælum duos non continet ſoles, ſic nec duos benè Regnum Reges*. Diuiſionem condemnando, vnitatem, & concordiam celebrando magnus multę prudentię vir. quid inquam ego de Rege ſic Alexandro? ſententia eſt ſanctiſſimi Reparatoris noſtri dicentis. *Omne Regnum in ſe ipſum diuiſum deſolabitur*. Tu itaque ſtudeas, corde, affectu, opere non diuidi, à bono non ſeparari, ni vis facillimè diſſolui: in amore fraternitatis viue, vt perpetuo cæleſti coniungaris curię. Plutarch. in vita Alexand. Luc. c. 11. c.

Id belle agnoſcens Rex ille Pſalmigerus Vates. Deprecando, ait, Domino. *Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum*. Quibus in verbis, quamquam per paucis quodammodo tamen apparet implicatio; nam hominum lætitia, vt plurimum, ſuos auctores, & profeſſores ad malum tum culpę, tum pœnę deducere conſueſcit. Hinc & diuina ſcriptura admonuit, melius eſſe ad Domum luctus, quàm ad lætitię domicilium ire. Sed Pſalmigeri Vatis verba bene intellecta nullam prorſus dubitationem faciunt, ſenſus enim eſt. Sic cor meum lętetur, vt non tamen à tui ſancti nominis timore, & amore ſeparetur, ex poſitio eſt Gloſſę Interlinearis. *Ita*, inquit, *lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum*. Ly, vt, ibi, eſt pro quia, & ita ſtare conſideretur. Vel non recedentes à Gloſſę præfata expoſitione dicamus etiam, duplicem eſſe lætitiam, ſiue conſolationem, terrenam videlicet, & ſpiritualem: nimirum de terrenis rebus, & B de bonis ſpiritualibus: prouenientem ab hoc mundo, & emanantem à Deo; non prima, ſed ſecunda lætitia cor lætatur, & non amittit Domini timorem pariter, & amorem. Qua de re ibi Gloſſa Ordinaria inquit. *Ex tua conſolatione lętetur cor meum, quod ideò timeat nomen tuum*. Quibus ſic ſtantibus nulla profectò ijs in verbis contradictio. Pſal. 85. Eccl c 7. a. Interl. Ordin.

Noſtrum tamen ad propoſitum mirè quidem facit alia lectura, nimirum Pagnini, & Vatabli, ſic vertentium. *Vni Domine cor meum, vt timeat nomen tuum*. Ac ſi diceret ille Pſaltes, vt te Domine diligam, & nomen tuum timeam, neceſſum eſt, vt tecum, atque cum proximo meo cor vnitum habeam, ideo cor meum ſic vnire digneris, ne ſine tui nominis timore, ac amore in errores dilabendo plurimos intereram. Dum ſimul vna remorarentur Abraham, & Loth fratris filius, eius vniuerſa proſperè gerebantur, quampluribus cumulatis opibus; ſponte autẽ ſua ſeparatũ, diuiſũ ab eo Loth nepotẽ inuadentes ſodomorũ, & Gomorreorum inimici, ipſum cum vniuerſis ſubſtantijs eius duxerunt captiuum. *Nec non & Loth; & ſubſtantiam eius, filium fratris Abraham, qui habitabat in Sodomis*. Et quid mali fecerat ille, vt tot damna cum peſſimis ſodomitis pateretur? ipſe vtique bonus. Sed à fideli Abraham ſeparatus, diuiſus. Vbi egregiè noſtro in propoſito Diuus Chryſoſtomus, ſic ait. *Vt diſcas & tu quanti ſit cauſa mali diuiſio*. Omni virium conatu quærendam fidelis pax, & vnio, cauenda diſcordia, & diuiſio; eam enim diſponit, & bene aptat noſtrum ſpiritualem C Thalamum ad eſſe Ieſu Chriſti habitationem; hac verò perturbatur, euertitur, & ad omne bonum ſpirituale inhabilis vt plurimum redditur. Verſ. Pagn. Vatabl. Gen. c. 14. c. D. Chriſ.

Pax, & vnio gratiſſima Deo, quę magnes Dominicarum largitatum eſt. Ab origine mundi de ſpiritu Domini ita in Sacra Geneſis ſcriptura legitur. *Spiritus autem Domini ferebatur ſuper aquas*. Et cur non ita de Patre, de Filio, ſed tantum de Spiritu Sancto notatur. Reſpondent, quoniam Spiritus Sanctus eſt Patris, & Filij nexus; aquę verò huiuſmodi ſunt naturę, vt quantum vis diuidantur, attamen dimiſſę mox vniuntur, in vnum congregantur, iuxta Domini præceptum. *Congregentur aquę, quę ſub Calo ſunt in locum vnum*. Et confeſtim factũ eſt; vt ſciatur, vnionis bonum eſſe Deo quàm gratum; & mille benedictionibus dignum. Quærunt cur Abraham natos ſuos Iſmael, & Iſaac benedictionibus præcipuis non firmauerit, quemadmodum ſuos Iacob ad lectulum ſuum moriturus congregatos ſingularibus benedictionibus benè communiuit? & reſpondent, quoniam ex illis duobus natis duo populi fore diuidendi, & in ſe ipſi plurimum inde diuiſi, contentioſi. At Iacob filij è contra, nam quantumuis in duodecim tribus diuidendi, attamen earum quęque optimè vnita in ſe, vt non ignoretur ſingulari benedictione dignari, qui nolunt pacem, & vnionem confringi, ſed benè conſeruari. Gen. c. 1. a. Ibidem. Gne. c. 49 d

In Sanctiſſimo Altaris Sacramento vniuerſas profectò habemus benedictio-

nes, præſertim ſpirituales, diuitias Cæleſtes. Quod ipſemet Auctor Chriſtus Dominus noſter ſub panis, & vini ſpeciebus inſtituere dignatus. Sed cur potius ſub his harum, quam ſub aliarum rerum ſpeciebus? Reſpondendum, quo ad moralitatem, & myſterium, videtur ſic. Quoniam ſunt præcipue vnionis & vnitatis ſymbolum, quandoquidem ſicut panis ex pluribus granulis, ſic vinum ex racemis pluribus confectum non ignoramus. Conſideratio, & ſententia eſt Diui Patris Auguſtini dicentis. *Dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus, & ſanguinem ſuum in eis rebus commendauit, quę ad vnum aliquod rediguntur; ex multis namque granis vnus panis efficitur, & ex multis racemis vinum confluit.* Atque paulò inferius eodem tractatu totum id ad propoſitum magis applicando, inquit. *O Sacramentum pietatis! ò ſignum vnitatis! ò vinculum charitatis!* Hinc, hinc nobis vniuerſę Domini Dei benedictiones; hic diuitię cæleſtes. De hoc Sancta canit ſic Eccleſia *A fructu frumenti, vini, & olei multiplicati fideles in pace Chriſti requieſcunt.* Attende integritatem pacis, & vnionis, ni vis immenſibus tot priuari bonis. D

D. Aug. in Ioan. Tract. 26.

Ibidem.

Nec etiam cogitatu diuidendum, recedendum eſt à Domini ſeruitute, amore, & a proximi charitate; & nullatenus partim ſeruiamus mundo, partim carni, ac Diabolo. Horum vtrique Iſraelis populus poſſe ſeruitutem exhibere exiſtimans, ab Elia Domini Dei Propheta reprehenſus legitur. *Vſquequo claudicatis in duas partes? ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum; ſi autem Baal, ſequimini eum.* Quod ſanè dictum potuiſſet fortè quis intelligere dumtaxat de opere in illorum ſeruitutem exhibito. Verum etiam, & de cogitatu, de ipſa mentis, & intellectus ratiocinatione percipiendum. Cui bellè facit verſio hæc Sanctis Pagnini ex Hebræo. *Quouſque claudicatis in duas cogitationes?* Impie cogitatis ſi duobus his, Deo verò, & Diabolo poſſe ſeruire creditis. Corde, voce, opere, ſic vtcumque diuiſio facta ſemper eſt condemnanda. Deo diſplicet, ſic diuidentes ipſos perdet. E

3 Reg. cap. 18. d.

Verſio Pagnin.

Mirandum ſanè inmodum conſideretur hoc. Omnipotenti Deo Optimo maximo non deerant modi genus humanum redimendi, per Angelum, per hominem purum, & huiuſmodi, per acceptationem; abſque eo, quod ipſiuſmet Dei Verbum fieret homo, pateretur, ac moreretur hac in natura aſſumpta; ſed eam præter rationem, vt videlicet de toto rigore iuſtitię, & ad æquiualens ei ſatisfieret id factum, aliam aſſignant etiam rationem, mirum inmodum noſtro propoſito facientem, ne videlicet redempti ſuam diuiderent affectionē, partim dantes Creatori, & partim Reparatori, ſed idem eſſet Creator, & Reparator, vt vnicè ſic quoque diligeretur, adoraretur ipſe. Conſideratio eſt Diui Anſelmi dicentis. *Idem eſt creator, & reparator, ne tu tuum diuideres affectum.* Hæc tu cogita; pacem, & concordiam ſerua, vt benè exornatus, & dignus fias Ieſu Chriſti Thalamus, in æternę glorię requiem transferendus. Atque cæteris cum fidelibus Domino Deo ſupplices, ac cernui omnes dicamus. *Vt cuncto populo Chriſtiano pacem, & vnitatem largiri digneris, te rogamus audi nos.* F

D Thom. 1 p q. 1. a. 2.

D. Anſel.

Pauliſper agitur de Domini miſericordia, de laudibus Deo dandis, & de elemoſyna pauperibus eroganda.

O Quàm magna largitas, & miſericordia Dñi, pro qua ſūmopere debemus ei. Peccatorē intuetur delinquentē, & mox pergit ad eū vocandū, adiuuandū, ad penitentiā agendam conuertendū. Per incredulitatē Thomas peccauit, & ecce Dominus ad eū ianuis etiā clauſis, vt educeret ipſū de peccato incredulitatis. Attendatur, quæſo, quomodo ſimul conuenire videantur duo hæc opera, nempe rerum creationis, & hominum reparationis. Patrato magno inobedientię delicto Adam ſe verecundia, timoreque ductus inter arbores abſcondit. Et ecce mox pius Dominus Deus pergens eum ad locum dixit ei. *Adam, vbi es?* At non neſciebat Deus vbi, quoue in ſtatu, & quibus bonis expoliatus Adā maxime quidē. Sed in propoſitum

Gen. c. 3. b.

tum

A tum morale, ac pium reſpondet Interlinearis ex Diuo Auguſtino in Geneſim ad literam. *Vox fuit non ignorantis, ſed ad pænitentiam vocantis, & ad confeſſionem allicientis.* Et quis non videt, Chriſtum Dominum Reparatorem hominum cum Thoma fermè eumdem adhibuiſſe modum? Ad ipſum non credentem Saluatoris reſurrectionem pergit eo in cenaculo cum alijs abſconditum, & conuerſus ad eum ait. Infer digitum tuum, & manum. Quibus quippe locis Gloſſę accommodant illud Hieremię Prophetę in Domini perſona dicentis. *In charitate perfecta dilexi te, ideò attraxi te miſerans tui.* Miſerans Dominus Adę, vocauit, attraxit, adiuuit eum ad pænitentiam, & confeſſionem; miſerans Chriſtus Dominus Thomę, iuit, attraxit, conuertit eum. Interl. ex. D. Auguſt. Hiere. cap. 31. a.

Sed expendatur vlterius creationis, & recreationis opus. Dominus ipſe Deus ad ſe delinquentem primum hominem non ſolùm vocauit, ſed proprio nomine, quod ei impoſu erat, appellauit. *Adam, vbi es?* O bone Deus, Iudex iuſtus, & cur non ais, ingrate, rebellis peccator vbi es? vtique ſic dicere potereat, ſed id totum in opus miſericordię conuerterat. Quod quoque ex pendens, & admirans Diuus Ioannes Chriſoſtomus ait. *Magnam hoc habet miſericordiam.* Nam proprium cuiuſque nomen eſt cuiuſdam teneritudinis, & dilectionis. Quare Dominus Deus non indignationis nomine, ſed amoris primum hominem, factum rebellem, vocauit, ſanè vt facilius ad ſui delicti confeſſionem, & veniam humiliter petendam traheret. *Surge, propera amica mea,* Diu. Ioann. Chryſ. apud Gloſſ.

B *Columba mea, formoſa mea, & veni.* En quantis quantę nominibus dilectionis inuitat, vocat, trahit animam rationalem Dominus. Hunc eumdem conſeruauit vocandi, allectandi modum poſt Reſurrectionem ſuam ipſe conditor, & Saluator noſter. Clauſum introiuit cenaculum. *Et deinde ait Thomę. Infer digitum tuum huc &c.* Magna cum manſuetudine, pietate, ac amore in ipſum Thomam conuertendum verba faciens. Magnum cunctis ad ſalutem hominum cooperantibus exemplum. Cant. c. 2. d. Ioan. c. 20. d.

Nihil quippe quod laborioſum, aſperum pertimeſcere, horreſcere ſuo modo videtur Dominus, dummodo acquiſitionem, lucrum faciat de peccatoribus ad veram pæniten tiam conuertendis. Quod profectò totum ex eius amore, miſericordia, & largitate prouenit. *Benigni Principis eſt ad clementię commodum tranſilire terminos æquitatis.* Inquit Caſſiodorus. Amor vtique ſponſę ad ſuum dilectum magnus, prout in Canticis Canticorum. Sed valde maior eius ad Sſponſam. *Dilectus meus mihi, & ego illi, & ad me conuerſio eius.* Bene quidem ſic, & optime; ſed ſupra eodem capite Dominus ipſe ſponſus de dilecta inquit. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Et illa ſi talis, quomodo ad eam pergere ſponſus ipſe vellet, poſſet, niſi & ſpinis ſe ſe immiſceret, earum aculeis perforandum? Hinc decognoſci datur, quod Chriſtus Dominus ipſe Sponſus fidelis caſtiſſimus, ſpinas, clauos, crucem, & id genus quæque non abhorruit, ſed libenter tulit, ſuſtinuit, vt quam dilexerat prior, inueniret, & redimeret. Caſſiod. in Epiſt. Cant. c. 2. e. Ibidem a.

C Quo in Canticorom loco ait Vgo Cardinalis. *Qui manum ad colligendum lilium inter ſpinas porrigit, & ipſe ſpinarum aculos non euadit.* O quàm magni Domini largitas, & miſericordia, dura, & aſpera quæque ſibi ablata non abhorrentis, non renuentis, vt quam perdiderat drachmam inueniat, redimat, & ſaluet. Vgo Card.

Deo ſemper gratię ſunt ideo agendę, laudeſque dicendę; quod non obſcurè intelligi poteſt dari per illud Dauidis fidelibus populis dictum. *Extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite Dominum.* Nempe in Sancta Sanctorum, in Deum trinum, & vnum, laudes, & gratias ei conatu virium omni dicentes. Immenſo, infinito nos Deus ſuo proſequitur amore, & noſtra erga eum feritas vtitur ingratitudine, de beneficijs quippe magnis gratias non agendo, & laudes minime concinendo. Succurrit ipſe in communi, adiuat in particulari, reducit ad confeſſionem verę fidei. A Diſcipulis ſuis adiuuandis vnum Thomam videlicet, & à fide remotum cum inueniſſet, optimum amatorem, & magiſtrum non piguit reuerti, vt poſſet errantem pijſſimus adipiſci, & in fide lucrari; opus, & effectus dilectionis eius fuit, vt ſic & omnes ad fidem lucraretur ſaluandos. Infinita ſunt Domini Dei attributa; ſed præſertim tria magis manifeſtari dicuntur, omnipotentia in rerum creatione, ſapientia in earum gubernatione, & conſeruatione, bonitas orbem redimendo, dum pro nobis factus homo, pati, mori dignatus eſt. Cui Sanctus Pater Auguſtinus. Pſal. 133.

plus me

Digitized by Google

Diu. Auguſt. *Plus me, quam te dilexiſti Domine, quia pro me ſpinis coronari, flagellis cedi, atque mori voluiſti.* D
Natal com. Mith. lib. 6. 24. c. Tres feminę Iuno, Pallas, & Venus pariter ad Græcũ paſtorem, nuncupatum Paridem iuere, earum qualibet maioris formoſitatis ſententiam, & aureum pomum ſe recepturam ſperans; attamen id tantum obtinuit, quę dicitur mater Amoris.
Virgil. in buc. *Amor omnia vincit.* Omnia in Deo attributa veneramur, ſed cum magis charitas, & amor nobis manifeſtetur per ea, quę in carne Dei filius geſſit, quales ei gratias agimus? quę munera, quaſque laudes damus?

Dei Amor ad nos copioſe deſcendit, noſter verò vix vi ad illum aſcendere contendit.
Diu. Greg Taumat. Diuus Gregorius Taumarurgus in illud primi Regum. *Anima Ionathę conglutinata eſt animę Dauid, & dilexit eum Ionatas quaſi animam ſuam.* Inquit, cur potius nõ ait, animã Dauidis cõglutinatã animę Ionatę, beneficiorũ acceptorũ ratione, & gratiarũ actionis occaſione? Ipſequemet ſibi ſic reſpondet, quoniam Amor vt plurimum, magis quam aſcendat, deſcendit. Vnde Diuus Pater Auguſtinus.
D. Aug. 13. confeſſ. *Amor meus, ait, pondus meum.* Sed & præcipuè diuinus ad nos deſcendens Amor, ineffabili modo, & ſine menſura ſe gerit. Cui propterea depicto, prout lineari poteſt, inter ſciſſas menſuras, inter confracta pondera hæc benè apponitur inſcriptio. *Neſcit modum Amor.* Præcipueque diuinus, cum ipſius Dei filius homo factus ſit pro nobis ſuper lignũ Crucis confoſſus Amoris effectus contemplantes, Cupidinem pinxere cum arcu, ſagitta, & face ſuccenſa, cui bene additum, *Nec Deus immunis.* Si quidem, en cum cruce lancea, clauorum ſagittis, & flamma charitatis. Et ille non immunis, qui E
Cant. c. 4 c. ſponſę dixit. *Vulnerasti cor meum.* Verè vulneratus etiam toto corpore, qui ſe erga pro nobis tot adhibuit arma. O verè Deus homo Chriſte, tot vulnera paſſe, vulnera cor noſtrum tuorum amore vulnerum, vt te toto corde diligentes gratias de acceptis tibi digne agamus, & iterum accepturi laudes ſemper dicamus.

De ſui Amoris potentia vltimum fecit Dominus nobis. Verus amans quodcumque habet, occaſione data pro re dilecta totum, & magna voluntate impendit, pluraque optat habere, vt vlterius poſſit impendere eadem videlicet pro re; at expleta largiendi commoditate, facultate, lacrymas dat, cum quid vlterius dono ei det, non habeat. Quemadmodum à Iacob factum legimus, nam ſublato de putei ore magno lapide, vt Rachelis oues aquis potarentur, non habens quid ei in dilectionis ſignum vlterius elargiretur, fleuit.
Gen. c. 29. b Lyran. *Et adaquato grege, oſculatus eſt eam, & eleuata voce fleuit.* Vbi Nicolaus Lyranus ait, Iacòb fleuiſſe recordatum, quod Rebecę matri ſuę, in ſponſam Iſaac electę ab Eliezer gemmę, in aures, & monilia dono data fuere, ipſum verò nil, præter ſe, & quę geſſerat, habere dandum Racheli ſuę conſpicientem, lacrymatum fuiſſe. Similia ſuo maiori modo dicantur de Chriſto Domino. Tulit enim magnum Crucis onus ſuum ſuper dorſum, vniuerſis ijs paſſionis, & necis inſtrumentis ſe ſe onerauit, ſæpeque lacrymatus, ac ſi dixiſſet, me ipſum hominem Deum, tibi, homo, totum tradidi, amoris charitatis cauſa, res F
maior ſupereſt nulla; modo reliquum eſt, gratitudinis ſaltim cauſa, me ſuper tu ames, gratias dicas, & laudes, alioquin te ipſum condemnando perdes.

Tanto amori diuino erga nos operato, noſtra non correſpondet dilectio. Ille, vt ſupra ex Auguſtino dicebatur, nos magis quam ſe dilexit, ideo & in mortem ſe Dominus amore ductus pro nobis ſponte tradidit. Nos autem contra, nedum pro eo, atque proximo vitam tradere recuſamus, ſed nec res ipſas temporales deſerere patimur; quo clare conſpicitur, quam eum erga ingrati reperiamur.
Hymn. Dom in oct. Paſch. *Quem editum ex Virgine paueſcit omnis anima.* O bone Deus, quomodo paueſcere per quem eſt miſericorditer facta ſalus, & redemptio noſtra? nonne opportunius dicendum videbatur, confidit omnis anima? Reſpondet Sanctus Auguſtinus ita.
D. Aug. *Quoniam tanto non correſpondere beneficio mors eſt.* Caueas ab ingratitudine, vt bene valeas in Domino ſperare, ipſum inuenire inuentumque perpetuò retinere. Ab eius fideli ſponſa diſcamus, quomodo nos eius circum amorem gerere debeamus.
Cant. c 3. b. *Inueni, ait, quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meę, in cubiculum genitricis meę.* Nempe in ſummum Cælorum, beatiſſimę Trinitatis domicilium, ſed quorſum ita? nonne ſat erat, vt per aliquantulum temporis ſpatium tenuiſſet illum? numquid ſemper cum dilecto commorandum? maxime. Qui enim

vere

Digitized by Google

A vere Deum diligit, terrenas commoditates, mundi delitias, ac omnia hæc caduca contemnit, vt cum Chriſto Domino amatore verò ſemper remorari poſſit, ſolitudines quærens, hominum commercia fugiens, ſurſum anhelans, Dominum quærit, inuentum poſſeſſum ab eo non retrocedit, quod ſi ſecus facit, quomodo eum bene diligit? Si à nobis toto corde diligeretur, nū quam à nobis deſereretur; non enim fieri poteſt, vt anima vbi amat, ibi manſionem non faciat. Diu. Auguſt.

Si Deum diligentes attenderemus, beneficiorum, & Sanctę exultationis ab eo prouenientis non obliti, in gratiarum actione, & laudum eius celebratione maneremus. De anima magis vbi amat commorante bene ſentit cum Sancto Patre Auguſtino Diuus Bernardus, inquiens. *Non enim præſentior eſt ſpiritus vbi animat, quàm vbi amat.* Quod ex Diuini eloquij quodā ſucceſſu figuratiuo pulchrè deducitur. Cum Agar Abrahę ancilla in ſolitudine cum nato Iſmaele puerulo, fame, ſiti, pereunte, illum ſub arbore ibi poſuit, & flendo in cælum exclamauit, quam & Dominus voti compotem fecit. *Et ſedens contra leuauit vocem ſuam, & fleuit, exaudiuit autem Deus vocem pueri.* Mirandum ſane, clamat mater, & exauditur puer. Contingere potuit, vt puer etiam exclamarit, ſed ore non corde, mater autem vtroque. Cur igitur pueri, non matris vox exaudita dicitur? quoniam mater non pro ſe, ſed pro nato pereunte orabat, & in eius corde, atque illius animę matris anima affectu conglutinata erat, quę B magis eſt vbi amat. Hinc inuentum ſponſa dilectum retinuit, quoniam dilexit, in eo erat, qem diligebat: non diligitur, qui deſeritur: cum eo eſſe cupiebat, quem amore numquam deſerebat: pudicis laudum, & actionis gratiarū amplexibus continebat, quem talibus oſculis ſemper appetere cupiebat.

D. Bernard. de præcept. & diſpenſ.

Gen. c. 21. b.

Qui amat, rem dilectam laudibus commendat, & qui vere diligit de amore reciproco, mutuo gratias rei dilectę dicit, ſi apta diligere ipſa ſit. Ama Dominum, conditori, & reparatori tuo gratias age, collauda eum qui prius verè dilexit te ipſum. Iccirco tibi Sanctus Pater Auguſtinus ait. *Ama amorem illius, qui amore tui amoris deſcendit in vterum virginis, & ibi amorem ſuum amori tuo copulauit humiliando ſe, ſublimando te, coniungendo lumen æternitatis ſuę limo mortalitatis tuę.* Igitur vbi tuus amor? vbi laudes Dei? vbi gratiarum actiones ei? Ingratitudinis notam fuge, manus in Sancta extolle, & benedic Dominum Deum amorem tuum. Ab his ceſſare, vel in has non declinare, ſignum clariſſimum eſt de manu Domini ſalutem non requirere. Ideo Dauid. *Et laudabunt*, ait. *Dominum, qui requirunt eum.* Quomodo igitur tu ſic Dominum requiris, cui neque laudes, neque gratias dicis? Nouit Dominus probos laudatores in terris, quos eleuet, & ſtatuat perpetuò eum laudaturos in Cælis.

Diu Aug. de Cathechizan dis rudibus.

Pſal. 21.

C Hanc dum vitam viuimus, continuò Domini laudes celebrare debemus, vt eaſdem perpetuò concinemus in Cælo.

PRO tanto, vel in cæleſtibus, vel in his habitationibus vitam viuere optemus, vt Deo gratias, & laudes cumulatius dicere valeamus. Sic nos idem Pſaltes optandum, petendumque docuit, Domino Deo dicens. *Viuet anima mea, & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me.* Vbi, &, coniūnctio pro, vt ſtare poteſt, iuxta aliorum verſiones, & ſcolia nimirum ſic *Viuat anima mea, vt laudet te.* De vtriuſque ſæculi vita, de laudibus vtroque in ſæculo dicendis Deo intellexit Doctor Incognitus Pſalmiſtę ſententiam; Vatablus autem in ſcolijs ſuper eumdem verſiculum ait. *Fac diutius viuam, vt laudes tuas dicam: fac ſentiam opem tuam, dum exercebis iudicia tua in improbos.* Quaſi diceret ex hoc, quoniam ad te laudandum, ad te magnificandum viuo, in extremis dierum tuam magnam experiri miſericordiam ſpero, vt perpetuo te collau-

Pſal. 118.

Alia Lect.

Incognit.

Vatabl.

Digitized by Google

collaudem in Cælo. Satagamus ergo, vt laudes Domino decantandas cumu D
lemus quotidie magis, & erit profecto numquam ſatis, infinitę enim illi de-
Pſal. 70. bentur, prę viribus tamen Pſaltes elaborando dicebat ei. *Ego autem ſemper ſpe-*
Pagnin. *rabo, vel ſemper expectabo, & adijciam ſuper omnem laudem tuam.* Bene ſimul vna ſpe-
rare, & expectare, nam qui bene ſperat, ille ſperata poſſidere iure expectat.
Sed quomodo fieri poteſt, vt addatur ſuper omnem Dei laudem, cum illa ſit
immenſa omninò, & infinita, omnem laudatoris facultatem penitus ex-
cedens?

Incognit. Hunc locum Doctor olim Incognitus ſic exponit, plus videlicet dixiſſe
Dauidem de Domini laudibus, quam ceteri Prophetarum, quoniam ipſe plu
ra de Chriſti Domini Incarnatione, paſſione, morte, reſurrectione in iudi-
cio, aduentu, & ſimilibus. Per quę quidem ſummè præſertim laudandus ab
homine Deus. Hoc modo, ait, Dauid adiecit ſuper omnem laudem Dei,
quam dixerint Prophetę ceteri. Iſidorus vero ſua in Biblia inquit hoc eſt.
Iſidor. in Bibli. *Maiori ſtudio, quã antea canendis laudibus tuis incumbã.* Sic reſpectu operis ſui addidit
ſuper laudem Domini, ſcribendo, & concinendo, nobiſque exempla dando.
Veri fidelis Catholici eſt ſemper laudare Dominum tota in vita ſua hoc de-
gentis in ſæculo, inſtar illius, quod agitur in Cælis, prout in Præfatione de
Præfat. de Trinit. Sanctiſſima Trinitate ita concinitur. *Quam laudant Angeli &c. Qui non ceſſant cla*
mare quotidie vna voce dicentes Sanctus, Sanctus, Sanctus. Dicitur quotidie pro ſemper
ibi enim ſemper dies, & numquam nox, vbi ſol Agnus Dei; ſed attendatur E
quæſo formoſus quidam dialogus inter Dauidem, & animam eius de Domi-
Pſal. 145. no ſemper collaudando. *Lauda*, inquit, *anima mea Dominum.* Et ipſa reſpon-
dens, ait, velle id perpetuò agere, quoniam, & ipſamet immortalis eſt. *Lau-*
dabo Dominum in vita mea Pſallam Deo meo quamdiu fuero. Erit autem ſemper hic; vel
in alio ſæculo, & ſemper pſalet Domino, regnatura in cæleſtibus coram eo.
Sic & nos dicamus animabus noſtris, ſic reſpondeant illę nobis, ſic laudes
ſemper dicantur Domino hic, & in omni loco.

Dauidis Regis tempore, adeò eius exemplo, in hominum cordibus erat
Dei laus, oreque ſic promebatur, vt nedum ipſe Deus, ſed & eiuſdem laus
Pſal. 105. laudaretur, de quibus idemet Pſaltes ita. *Crediderunt*, ait, *verbis eius, & laudaue*
runt laudem eius. Quod ſanè dictum, quo ad literalem ſenſum aliqualem vide-
tur habere difficultatem, nam Opifex, non laus eius laudanda dicitur. Pa-
Pagnin verſ. gninus vertendo legit. *Cantauerunt laudem eius.* Nimirum hymnos, carmina,
pſalmos, quod clarius in huius Pſalmi ſcholijs Vatablus ſic ait. *Cantauerunt car*
Biblia Vatabl. *men in laudem eius.* Vlterius attamen conſideretur, Opificis laudem eſſe opus
eius, dum egregium, & egregiè peractum, vt formoſum Architeti, & magi-
ſtri muratij palatium, quod dum laudatur placens, admirandum ſtructuris, &
artificijs, in Opificis laudem totum vertitur. Opera itaque omnipotentis no
ſtri Opificis eſt vniuerſum, vniuerſa, quę Cæli ambitu continentur, hominũ
plaſmatio, reparatio, peccatoris iuſtificatio, eiuſdem glorificatio, & id ge- F
nus vniuerſa. Laudantes itaque creaturas, prout à Deo factas, in eis collau-
dant conditorem Deum, & Reparatorem hominum, ſic laus laudatur eius.
Cui bellè facit illud quoque Dauidis. *Laudate Dominum in Sanctis eius, laudate eum*
Pſal. 150. *in firmamento virtutis eius.* Siue intelligatur per huiuſmodi firmamentum, ſecun
dum literalem ſenſum, Cælum Empyreum, ſiue iuxta myſterium, intelligatur
Ordin. beatiſſima Virgo Maria, vel aſſumpta Ieſu Chriſti humanitas; ſemper in his
præcipuè laudandus, & benedicendus eſt Deus.

Concludatur itaque, Deum quotidie magis laudandum, ſed benè laudan-
dum; non enim ſat eſt laudare, ſed operepretium eſt benè laudare. Quid
namque prodeſt Deum laudibus extollere, gratiaſque ei agere, & id non be-
nè præſtare? Hinc & Pſaltes cum pluribus homines fuiſſet adhortatus ad Do-
mini Dei laudes, benedictiones, atque gratias eidem agendas, tandem addi-
dit. *Laudate eum in cymbalis benè ſonantibus, in cymbalis iubilationis.* Et quid ſunt, quid
Pſal. 150. ſibi volunt cymbala bene ſonantia? non diſſonantia, non diſcordantia, ſed
vni ſono conuenientia, & audientium auribus melos ſoni dantia. Morali
quoque ſenſu eſt, ac ſi diceretur, ſimul vna voce, corde, opere conueniatis
ad concinendas Domino Deo laudes. Hæc Cymbala eo coram bene ſic ſonan
Pagnin. tia. Pagninus vertit. *In Cymbalis audibilibus, & clamoroſis.* Debent enim homi-
nes

Digitized by Google

A nes ſilentio non vti in laudem Dei, immo & clamitandum magis corde, quã ore. Quod autem ait Dauid in cymbalis iubilationis, ſubiunxit Sanctus Pater Auguſtinus ibi, quoniam cymbala non ſine anima, ideo iubilantia, intelligendo de hominibus cymbalis viuentibus, vel eorum cordibus, & benè ſic ſonantibus. Mirum; quod iuſſit Dominus fieri in teſtamento veteri, nimirum offeri columbam in ſacrificium, ſed retorto capite, collo ad aſcellam ſub ala. *Offeret eam Sacerdos ad altare, & retorto ad collum capite*. Et quis non videt ibi os, cor & alam columbę vniri? ac ſi eo ſymbolicè dicatur. Hæc tria ſimul vnienda, vt gratum fiat Domino, ſacrificium, gratiarum actio, & laudis decantatio. D Aug. Leuit c. 1. d.

Demum Domino gratias agere memento, ne dedignatus, tui ingrati animi cauſa, à te diſcedat, atque à ſui ſuauiſſima, & glorioſiſſima conuerſatione proijciat. Cum Chriſtus Dominus quemdam paraliticum ſanaſſet, illum in domum ſuam, ſublato grabato, pergere iuſſit. *Tunc ait paralitico, ſurge tolle lectum tuum, & vade in domum tuam*. O Sanctiſſime Domine, cur illum non adduxiſti tecum, ſanitate tum mentis, tum corporis donatum? motali adnotatione reſpondent, quia de accepta ſanitate nullas egit ſananti Domino gratias. Qui itaque talis eſt, vix cum Domino ſtare poteſt. Domino age gratias ne ab eo diſcedas: melius, dignius cum eo moratur, qui ei gratias agere non obliuiſcitur. Dolet Dominus cum ab eo cumulatus beneficijs, gratias largitori non agis. Sanatis à Domino decem leproſis, vno tantum reuerſo ad agendas Domino gratias, ipſe ſanator eorum omnium mentionem habuit, de illis potius dolendo, de hoc autem maximopere ſibi complacendo. *Nonne decem*, ait, *mundati ſunt, & nouem vbi ſunt? non eſt inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena*. Extolle manus tuas in Sancta, nimirum lauda benedic Dominum, & noli vnquam obliuiſci agere gratias ei. Hæc enim ſunt præcipua myſtici Thalami ornamenta, quibus ad te Dominus ingrediatur, tecumque tua pro ſalute morari dignetur. Matt. c. 9. a. Marc. c. 4. b. Ioann. c. 5. b B Luc. c. 17. d.

Iterum ex eo, quod dixit Dominus Thomę, affer manum tuam, agitur de charitate, & eleemoſyna in egenos, & pauperes, cum præcipuè per extendere manũ, fidem dare, eleemoſynamque impertire ſymbolice denotari ſoleat.

C

APVD iuris peritos, prout ex Ghinibaldo, methodo de ſtudendo legibus, dum mutuo ſibi duo manus, præſertim dexteras complicant indicium eſſe creditur mutuę præſtatę, vel præſtandę fidei dicentes alter alteri. *Da accipeque fidem*. Antiquiores etiam licet noſtrę pietatis expertes per manum, præcipueque dexteram dare, adhibitam, vel adhibendam fidem agnouerant. Hinc, & pro Ænee Dido Regina exclamauit. *En dextra, fideſque*. Et Achemenidi Anchiſem dixiſſe idem Maro ſcripſit. Ghiri.

Dat dextram, atque animum præſenti pignore firmat. Virgil. 1. Æneid.

Vt quid alias in propoſitum adducere ſcripturas? audiamus ſuis in Pſalmis Domino Deo ſimili dote dicentem. *Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me*. Exoptans Chriſtus Dominus noſter vera fidelitate, & certa credulitate ſuum firmare Thomam manus extenſionem ab eo petijt, qui extendens credidit, & fidelis factus euaſit, corde, ore, exclamans, magiſtrum optimum ſuum verè à mortuis ſurrexiſſe, atq; Dominum, & Deum ſuum eſſe. Apud Valer. l. 35 c. fides. Pſal. 72.

Hæc tamen de re modo prolixo peraguiri minimè ſumus, ſiquidem aliam in tractationem nos Sancti Euangeli ſcriptura quoque trahit. Cum prouerbiorum Auctor de quadam forti muliere tractatum haberet, eiuſque ſingula-

res prærogatiuas, & laudes miras celebrando enarraret, præcipue ſic ait. *Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperes.* Non profectò dandę alapę, ſed erogandę elemoſynę cauſa. Sic vt auxilium, & opem ab ea ægenis allatam indicaret. Hinç vulgo, atque apud veteres vſurpatum illud eſt. *Manum admouere.* Quoties operam noſtram alicui negotio adiutricem adijcimus. Quin etiam, & apud Maronem Palinurum ad Æneam exclamaſſe legimus. D

Æneid. lib.

Da dextram miſero, & me tecum tolle per vndas.

Verum vt quid extranea huc adducere de hoc, atque ſimili negotio teſtimonia? Sanctam audiamus Eccleſiam Domino Deo concinentem, & dicentem.

Hymn f. b. ad laud. mat.

Da dexteram ſurgentibus,
Exurgat, & mens ſobria,
Flagrans & in Laudem Dei
Grates rependat debitas.

Dum itaque Chriſtus Dominus à Thoma ſuo manum porrigendam, digitumque extendendum petijſſet, proculdubio ad ipſum reſurrectionis fide firmandum, & nos quoque cum eo, id peregit; ſed non nefas eſt hoc etiam arbitrari factum ad ſignificandum à fidelibus manum aperiendam, porrigendâque cum adiutorio, & eleemoſyna in Chriſti corpus myſticum, quod eſt Eccleſia, & in ægenos piè ſubleuandos, Ieſu Chriſti amore, ac in eius nomine, ipſo dicente ſibi factum, quod vni, & cuique minimorum ſuorum, nempe pauperum, & inopum, prout apud Euangeliſtam Matthæum. E

Matt. c. 25. d

Manum ſic generosè, & fideliter extendere, nimirum eleemoſynam in Eccleſias, & Ieſu Chriſti pauperes erogare, facit nos eius nobiles, & eidem gratos, valdeque commendatos. Domus, in qua hoſpicio Chriſtus dominus quandoque excipebatur, ſcilicet, eo in Bethanię Caſtello, Lazari, & ſororum eius, nempe Marthę, ac Magdalenę erat; attamen à Martha ea in domo ſua dominus ipſe receptus dicebatur. *Et mulier quædam Martha nomine excepit illũ in Domum ſuam.* Et cur non dicitur exceptus in Lazari domo, cum nihilominus à nobiliori communiter fiat denominatio, nimirum à viro; reſpondent morales, quoniam illa operam hoſpitalitati dabat, & pauperibus diſperdebat, ſic mire domino gratũ faciens. Vnde qui ſic elargiuntur, apud eũ primo amici, & electi nominantur; quamobrem, & illud Matthæi exemplum attendamus, & hoc præceptum, prout in ſecundo Paralipomenom libro, enixè obſeruemus, *Nolite, ait, indurare ceruices veſtras Domino; ſed tradite manus veſtras Domino, & venite ad Sanctuarium eius.* Manus non quidem vacuas, ſed prout valetis plenas eleemoſynis in Eccleſias, & pauperes erogandis. Id enim eſt manus noſtras Domino tradere, dum videlicet opem Eccleſijs, & pauperibus domini erogamus.

Luc. c. 10. g.

2. Para. cap. 30. b.

Qui volunt veri diuites fieri diuitijs æternis, alio videlicet in ſæculo, extendant ſic manus ſuas domino eleemoſynas dando, eius Eccleſijs, & pauperibus. Mirandum dixit hoc ille Rex Pſalmigerus Vates. *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.* Somnus nuncupari poteſt totum huius vitę ſpatium; & illi dicuntur propriè viri diuitiarum, non diuitię virorum, qui potius à diuitijs poſſidentur, circum ligantur, quam ipſi diuitijs dominentur. Hi vt plurimum Deo dormiunt, diabolo, carni, mundo expergefacti ſunt. Quare hi poſt huiuſmodi ſomnum, vel ſomnium nil inuenient in manibus ſuis. Quare, quomodo ſic? Reſpondet Diuus Pater Auguſtinus. *Quoniam nihil hic poſuerunt in manibus Chriſti & c.* O fratres cariſſimi, ò vos fideles Ieſu Chriſti omnes, cauete, ne vobis contingat ſicut alias diximus in expoſitione huiuſdem ſcripturę. Dormiens quis ſomniat, ſe theſauros adinueniſſe, abſcondit, defaticando ſudorem emittit, nemini ex eis impertit, expergiſcitur, & valde laxatus, & nihil in manibus habere comperitur. Et quid eſt locupletem hoc in ſæculo eſſe, vel fieri velle? Sanè quodammodo ſomniare, diuitias habere, nam vita breuis, figura huius mundi præterit, citò moritur homo, & poſt obitum, nil proderit ei, niſi quod fecerat bonum, & in Chriſti manibus, atquę pauperum eius poſuerit deferandum ad ætherea ſurſum. F

Pſal. 70.

D. Auguſt. in Pſal. 70.

Simile.

Diſplicet Diabolo, & Angelis eius, vt Ieſu Chriſti amore, ac mandato fiat eleemoſyna egeno. De quibus Rex Pſalmigerus Vates. *Quod exprobrauerunt, ait, inimici tui Domine, quod exprobrauerunt commutationem Chriſti tui.* Sed quænam

Pſal. 88.

eſt iſta

Digitized by Google

A eſt iſta commutatio, quam perfidi exprobrauere dæmones? Dicamus nos eſ-
ſe, quod caducum pro æterno commutetur, diuitię temporales in manibus
Christi, in pauperum eius ponantur, vt in melius commutentur, in cæleſtes
theſauros deportentur; ſicut Beatus Laurentius de terrenis Eccleſię theſau-
ris inquirenti Tyranno ait. *Nam facultates Eccleſię, quas requiris, in cæleſtes theſauros* In eius vita
manus pauperum deportauerunt. Sunt ſiquidem pauperes (quorum Chriſtus Domi & : Antiph.
nus nedum curam gerit, ſed viuens in terris eorum vitę, profeſſor præcipuus ad mag.
extitit) velut tot mercatores, te tuaſque eleemoſynas ſurſum ad cæleſtia fe-
rentes. de illis quinque virginibus fatuis, oleum in lampadibus non habenti-
bus, atque pro eo emendo ad mercatores irę iuſſis admiratur Cæſarius Arela
tenſis dicens, quare, quomodo pergere puelas nocte oleum empturas? vt
quid hoc, cum iam ſponſus ad ianuam? & reſpondens illemet ſibi ait. *Huiuſ-* Cæſat.
modi vendi tores ſunt Ieſu Chriſti pauperes. Ad hos tu quoque petas, ab his, eleemo Arelat. in
ſynam dando eis, charitatem, & cælum ſuo modo emas. Extende ſic manũ bibl. Patrum
cape ſic oleum, quo lampas tibi in itinere Cæli accendatur.

Pauca ſic dando, multa, & magna, hic, & alibi proſperè conſequeris. Sa
nè dignum conſideratione, quod de dilecto ſponſa fidelis ſic ait. *Manus eius tor*
natiles aureę plenę hyacinthis. Quod torno fit hinc inde feſtucas, ſiue fruſtariola di Cant. c. 5. d.
ſperdit. Quomodo igitur repleri, ſeu hyacinthis eſſe plenas ait? dicatur cur-
rere dubitationem in huiuſmodi ratione artis, ſed moraliter, & in virtute cha
B ritatis, ac eleemoſynę, non ſic, nam pro Dei Eccleſijs impendens, & paupe
ribus eius elargiens, plura quam dat, recipit, & repletur ipſe maioribus bo-
nis, cui mirum immodum, quod ſequitur, facit. Cum iuuenis Dauid inter-
feciſſet Gygantem Goliath, tulit de more victorum arma eius. At cum ſibi
minime deſeruirent apta, de eis quid, quomodoue diſpoſuit? audiamus diui-
nam ibi ſcripturam. *Arma verò*, ait, *eius poſuit in tabernaculo ſuo*. Sed quodnam 1. Reg. cap.
tabernaculum ei erat, vt eius præcipuè diceretur, qui in patris domo aleba- 17 g.
tur? & gladium vltimo adhibitum ad plenariam victorię conſequutionẽ, cui
magis armorum denominatio competit, vbi miles Domini repoſuit? in do-
mo Dei. Cur ergo ait in ſuo tabernaculo? ſanè quoniam illud forte viſebat
vel vt in propoſito, quoniam ibi eam oblationem fecit, & poſſeſſionem eius
tabernaculi ſic ſibi acquiſiuit, ſuum quodammodo fecit, vt ſciamus valde plu
ra ſibi offerentem acquirere, quàm impendat Domini Dei amore.

Conſideretur, quæſo, hæc bona dici benè noſtra, quatenus illa ponimus
in Domini Dei manibus, quæ ni ita ponerentur, neque noſtra benè diceren-
tur. Cum fidelis ſponſa ſuum alloqueretur cæleſtem dilectum præcipue ait.
Meliora ſunt vbera tua vino. Optime quidem ſic, ſed mirum quod illa met paulò Cant. c. 1. a.
inferius habet. *Et tibi dabo vbera mea*. Bone Deus, ſi ſponſo tam bona, atque Cant. c. 7. d.
meliora, cur ei tua te daturam offers? numquid meliora, maioraque habeiis
tuis minoribus eget? non profectò. Vnde Domino Dauid. *Deus meus es tu, quo* Pſal. 15.
C *niam bonorum meorum non eges*. Quamobrem ſponſę verba talem ſenſum moralẽ
habere poſſunt. Meliora ſunt bona tua ſpiritualia his omnibus meis tempo
ralibus, ideo commutationem expeto, & hæc tibi templo tuo, pauperibus
tuis impertio. Tibi dabo vbera mea, quæque habeo naturę, fortunę bona
me ipſam, corpus, & animam, vt tu tua mihi æterna impertiri digneris. Sen
ſus moralis germanus. Huc quoque referri poteſt illud Prouerbiorum, pro-
ut ſupra de illa muliere valida. *Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehende-* Prouerb. c.
runt fuſum. Sed quænam ſunt huiuſmodi fortia, & in hoc ſæculo factu difficí- 31. c.
lia? ſatis pauperibus, Eccleſijſque eleemoſynas impertire. Qui verò genero
ſe ſic elargitur, verè hic miranda, & fortia facit in vita ſua, ſemper laudabilis
Ita mulier illa ſe geſſit, ideo fuſum apprehendit. Fuſus ſubtilis eſt in extremi- Eccl. c. 31. d
tatibus, in medio autem graſſior, plenior. Cuius inſtar Chriſti Domini Crux
cui ille affixus. Mulier hæc ad ea fortia manum miſit, & ſanctiſſimum cruci
fixum, virtutem eius videlicet ſalutarem acquiſiuit.

Vel ſic dicamus, quod prælata ſponſæ fidelis verba. Hæc pia, & deuota,
ſua ſe daturam vbera ei dixit, vt hæc eadem ſic ſua benè, iure eſſent, ſiquidẽ
tunc tantum de bonis, quę habemus verum poſſeſſum, ac Dominium ac-
cipimus, quando ea Domino datori optimo generoſè offerimus. Pergenti
iuſſu patris ſui in Meſopotamiam ſeligendę vxoris cauſa Iacob, atque ſub Ioue

Digitized by Google

Gen. c. 28 c. ſereno dormienti apparuit per ſomnium Dominus, dicens. *Terram in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo, &c.* Ille verò conſurgens è ſomno, & quę ſibi à Domino dicta, promiſſaque conſiderans, mox lapidem de ſub capite arripiens, & in titulum in altare ibi erigens, promiſit ſe daturum decimas omnium acceptorum, vel accipiendorum ipſi Domino Largitori. *Et lapis iſte quem erexi in titulum vocabitur Domus Dei. Cunctorumque, quę dederis mihi, decimas offeram tibi.* Prophetia fuit, dicente Iacob ibi domum Domini futurum, quia eo loco inde Domini templum fuit ædificatum, vt benè ex ſcripturis Lyranus adnotauit. Sed quid ſe ait facturum Iacob? nimirum Domino tot bonorum largitori reddere eorum omnium decimam partem ei. Ergo datur, vt detur? maximè, in in caſu noſtro præcipuè. Ac ſi dixiſſet ille, nunc de omnibus his poſſeſſionē, & Dominum tute, pacificèque capio, dum de ijſdem Domino Deo Largitori reddo, ſeu reddere poſt accepta promitto, vt ſciamus ea iure nos poſſidere, quę nouerimus Domino Deo reddere. D

Ibidem d. e

Lyran.

Eleemoſyna non te pauperem, ſed valde ditiorem facit; ideò non eſt quòd timeas diminui bonis, dum generoſè ſuccurris. E

SVSPICANTI verò, ac dicenti, quod Eleemoſynas pauperibus, & Eccleſijs dando, ſic ſe bonis priuando, fortaſſe nacta occaſione plurimum egere, optimè ſatisfacit Diuus Gregorius, dicens, illam, quam facis eleemoſynam, non eſſe quodammodo abſolute donationem, ſed in melius, & maius commutationem. *Quid quid*, ait, *tribuitur pauperi, ſi ſubtili conſideratione penſetur; non eſt donum, ſed mutuum, quia quod pauperi datur, multiplicato ſine dubio fructu recipitur.* Nam certum eſt id acceptare Dominum, velut ſibi datum, vultque poni in pauperis manu velut ſuo in ærario, & occaſione data elargitur tibi valde majora ab inimicis te protegit, victorem te hoſtes aduerſus antiquos facit. Sicut Princeps etiam terrenus à ſubditis gabellas, & vectigalia per miniſtrorum manus exigens, in communi gazophilatio poni iubet, & neceſſitate data extrahens, eadem pecunia populis generoſè, copioſe ſuccurrendo, à fame, bello, cæde protegit, & defendit. Cui bellè facit illud Diui Petri Rauennatis Chryſologi. *Manus*, ait, *pauperis eſt gazophilatium Chriſti, & quid quid pauper accipit, Chriſtus acceptat. Da ergo pauperi terram, vt accipias Regnum, da micam, vt accipias totum.* Non eſt igitur quòd quis Eleemoſynam dandam audiendo triſtetur, vel dando lamentetur, nam ea minimè priuatur, ſed maiori bono forè cumulatur. Nam quod nequit redonare pauper, diues diuinus compenſat, tibi copioſe largitur. F

D Greg. 1 Reg.

D. Petr. Rauen. Chryſolog. in quodam ſerm.

Elargitio bonorum in pauperes, & egenos hylarem datorem à peccatis à periculis liberat, & ab iracundia Altiſſimum ad indulgentiam reuocat, vt peccatoribus generoſè parcat. Iuſta indignatione furebat Iuuenis Dauid in dirum, crudelem Nabal; quando prudens, & pia illius nequam viri vxor panes, vina, & vuas paſſas obtulit Dauidi, per viam famem cum ſuis obſonanti, & ad vltionem pergenti; vnde placatus ab interfectione manum continuit, pię offerenti dicens. *Benedicta tu, quę prohibuiſti me hodie, ne irem ad ſanguinem, & vlciſcerer me de manu mea.* Pia opera dum tu facis, ſicut Abigail erga Dauidem, ſic tu erga Deum te geris, & ipſum ab indignatione auertis, placatum reddis, te tuoſque ſic immunes, ac tutos efficiens à periculis, *Munera placant homines, Deoſque.* Neque quid minimum Domino Deo, ac pauperibus eius dandum, ſed iuxta robur poſſeſſionis tuum. Mirabilis hæc Eccleſiaſtici ſcriptura. *Datum, ait, brachiorum tuorum, & ſacrificium ſanctificationis offeres Domino, & initia Sanctorum, & pauperis porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua.* Quis hoc dicendi modo non admiraretur? Sed ſingula hæc perpendenda ſunt verba, ait au-

1. Reg. c. 25. e

Eccli. c. 7. d

tem

Digitized by Google

A tem, non ex manibus tantum, ſed de brachijs, proueniens offerendum, quoniam non ex infirmitate, debilitate digitorum, ſed ex fortitudine, robore, brachiorum, in vlnas ſuſceptum quid magnum Deo offerendum, pauperibus erogandum, iuxta offerentis poſſibilitatem, & impertientis largitatem. Sed quid ſibi volunt, quid ſunt Sanctorum initia? quis nouit ea? eorum initia, humilitatem, ac bonorum ſuorum præcipuè temporalium pauperibus diſpenſationem fuiſſe ne dubites. per omnes Dei Sanctos quærito, & ita contigiſſe inuenies. Hoc fac, & propitiatione cæleſti, ac benedictione Dei repleberis ab eo benignè ſuper te placato.

Nullus diuinę ſcripturę profeſſor ignorat, quod acciderit illis hominibus ſodomitis ex ignis incendio, & diuinę indignationis furore, qui & mente obcæcati nullum quæſiere refugium, nullum precibus iuſti adiutorium apud omnipotentē Deum, ſed ea periere miſerrimi vaſtatione. De quibus, atque propoſito tali Ieremias. *Maior, ait, effecta eſt iniquitas filię populi mei peccato ſodomorum, quę ſubmerſa eſt in momento, & non ceperunt in ea manus.* Eſt autem diuinę ſcripturę phraſis, vt per manus quandoque milites intelligantur, qui ad aliquid manibus peragendum ire iubentur, iuxta illud Actuum Apoſtolorum. *Miſit Herodes Rex manus, vt, &c.* Miſit videlicet miniſtros milites. Ita, & in propoſito noſtro. Illi non ceperunt ea in vaſtatione manus, non miſerunt milites adiutores, vt ignea, ſulfureaque pluuia ceſſaret. Non adhibuere Eleemoſynis pauperes, vt ſe precibus opponerent tantę vaſtationi, & ruinę. Cui bellè facit Hebræorum lectura hæc. *Et non ceperunt in ea milites.* Quod ſi adhibuiſſent ſic manus eleemoſynis plenas, atque tales Domini milites ita benè diſpoſitos fortaſſe ignem deuaſtantem euadere potuiſſent. *Nam ſicut aqua extinguit ignem, ita & eleemoſyna peccatum.* Illud autem è Cælo contigerat incendium ob peccata eorum.

Tren. c 4.a.b

Act. c. 12. b.

B

Lect. Hebr.

Huc quoque venit illud diuini Vatis Pſalmigeri, prout ſupra dicentis. *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.* Bene ait dormiſſe ſomnum viros diuitiarum cum huiuſmodi opulentiores plumis, gulę vitijs plus cæteris ratione commoditatis dediti, crapulati vitam hanc, vel ſomnium perditè ſic tranſigere videantur. Quę verò verba ſequuntur Diuus Hieronymus vertit. *Et viri exercitus non inuenerunt manus ſuas.* Viri exercitus vocantur diuites qui robur ſuum omne in diuitijs arbitrantur ponendum eſſe. Sed ò bone Deus, numquid ſic dormientes manus amiſere, vt è ſomno, vel è ſepulchro conſurgentes eas ſibi truncatas repererint? ita ſi res ſe habet, fors eis bona accidiſſe videbitur, iuxta illud Domini apud Matthæum dicentis. *Bonum tibi ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.* Non eſt æque ſenſus his ſcripturis duabus, nam hæc intelligenda de peccatis, peccatorumque occaſionibus omninò euitandis. In ſanctiſſimi Papę noſtri Capellam vaticanam ad concinendas veſperas, & miſſarum ſolemnia non introducuntur Cantores niſi ea facultate muſica peritiſſimi, voceque ſuaui, è natura ditati; diſſonantiā verò facientes aliquā illinc omninò repelluntur. Cæleſte Vaticanum ad concinendas cum Angelis, & ſpiritibus iam beatis Domini Dei laudes, nullum in ſe admittit diſſonantias habentem ore, manu, vel corde. Sunt autem peccata, & eorum occaſiones diſſonantię maiores. Talia quiſuis habens Paradiſi ingreſſum ſibi patentem nequaquam præſumat. Qua de re Sanctus Hieronymus ait. *Et propter diſſonantiam morum te pertrahit in gehennam ignis.* Acquire, conſerua morum ſonoritatem, vt introire valeas Patriam cæleſtem, & velut carduelis canorus inter aues Dominicas adſcribi.

Pſal. 75.

Verſ.
D. Hierony.

Matt. c. 18. a b.
Marc c. 9 g.

C

Simile.

D. Hyer. lib. 3. in Matt.

Verùm Dauidis ſententia, & eiuſdem Diui Hieronymi verſio de diuitibus è ſomno, vel è ſepulchro conſurgentibus, & manus ſuas non inuenientibus, intelligitur potius moraliter, non inueniſſe eas plenas operibus bonis, præſertim miſericordię & pietatis; non inueniſſe milites per manus intellectos, nimirum pauperes adiutores, & Altiſſimi Indignationem placantes. *Iucundus homo, qui miſeretur, & commodat, diſponet ſermones ſuos in Iudicio.* Qua ratione iucundus? quia commodat pauperibus, benè de ille dicturis in Iudicio coram Iudice ſummo ad iudicandum venturo. Teſtes fauorabiles, ſtipendioque firmati honeſto exorantur ad Iudicis forum, pro delati, & accuſati iuſtificatione, mo-

Pſal. 111.

rum conſonantia, & integritate, vt libertate donetur. Voca pauperes. Ele D
emoſynę ſupendio firma, eos adhibe ſic teſtes, ſi vis apud Iudicem ſummum
aure laudari, & iuſtificatus dimitti ad ſuprema iuſtorum commertia. Ego te-
Dan. c. 4. e cum vſurpabo illa Danielis verba Regi Chaldæorum dicta. *Quamobrem, ò Rex,*
conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericor-
dijs pauperum. Cogita tu, an ſic agas, vt quid tibi futurum probabiliter agno-
ſcas; nam ſi pius in pauperes eris, excelſa Domini dona crede conſequeris.
Pſal 127. Cui tacit illud Dauidis. *Labores, ait, manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, &*
bene tibi erit. Beatus es hic in ſpe, & alio in ſæculo bene tibi erit in re. iuxta
Chald. Paraph. Caldæum Paraphraſtem. Sed quos labores? Eleemoſynas, & ſimilia pietatis
opera ad quę facienda magnus labor, & faſtidium diuitibus eſſe ſolet.

Noli pauperes exaſperare, noli eos eleemoſynis minuere, alioquin in caſ
ſum laborabis, quando eos tuum in adiutorium exorabis. Non ſine aliqua-
li admiratione perpendatur, quæſo, illud Euangelicum dictum, & geſtum,
prout apud Lucam. Cum ille Diues ferus, ab effectu epulo nuncupatus cru-
ciaretur mortuus in loco ſibi debito, apertis oculis eleuataque voce rogauit
Abraham, vt Lazarum ad aliquod ſui refrigerium mittere dignaretur. *Eleuans*
Luc. c. 16. e. *autem oculos ſuos cùm eſſet in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in ſinu eius, &*
ipſe clamans dixit: Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat. &c. O
miſerrime, cur non dixiſti, Lazare tu veni? ipſum adiutorem cupiebas, & ab
altero eumdem petebas: non minus tibi Lazarus benè inuocandus, exoran- E
dus, vt ad tuos cruciatus minuendos venire dignetur. Quare igitur Lazarum
quoque viſum, tecum ſimul vna iam viuentē, modo vita functū non deprecā-
Dubium. ris in auxilium? moraliter ſic reſpondent, auſum non fuiſſe Lazarum inuoca-
Reſpon. re, quem ſciebat pauperem iam viuentem, & eleemoſynam petentem deſpe
xiſſe. ad Lazarum non vertit, cui eleemoſynam humiliter petenti crudeliter
denegauit, & meritò eius caruit adiutorio, quem canum linguis dimiſerat au
xilio. Viuens tu pauperibus ſubuenire, ne obliuiſcaris, vt moriens adiutores
inuenire merearis: pauperes Ieſus Chriſti milites valens viuens adiuua ſtipen
dio, & illi erunt tibi hic, & vbique adiutorio.

Pauperibus, & egenis pio opere, eleemoſynaque ſuccurre, & ab ea te adiu
uandum, per eamque exaudiendum procerto tene. Illa miranda facit, atque
tu talia videbis, in te ipſo experieris. Si entia de ſe inſenſata, vocem habere,
& quidem pro te exaudiendo copioſè, videres, audires, quid, quæſo, dice-
res. Sanè id portentum eſſe, atque dubio procul te quacumque de re petita
exauditum fore arbitrareris. Id totum de eleemoſyna aſſeuerandum ne dubi
Eccl. c. 29. b. tes. *Conclude eleemoſynam in ſinu, vel corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.*
Nimirum vt protegaris, eruaris ex eo. Clarius autem id totum reliquit teſta
D. Auguſt. ſerm. de diuit. tum Diuus Pater Auguſtinus ita. *Eleemoſyna, ait, mundat peccata, & ipſa interpellat*
pro nobis ad Dominum. In corde, in ore, in manu pauperis abſconditam audit Do
minus pro te admanando clamantem. Denique genera bonorum ferè omnia F
meritorum pia concludi in Eleemoſyna dicendum. Teſte Diuo Paulo ſic di-
2. Corint. c. 9. b. cente. *Vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum,*
ſicut ſcriptum eſt: Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in æternum. O quam ma-
gna eleemoſynę virtus, & excellentia, vt ſaltem virtualiter, ſed copioſè om-
ne opus bonum dici mereatur! Impertite, diſperdite ò fideles, quę habetis
D. Auguſt. in Pſal. etiam pauperibus, Dominique Eccleſijs, vt veſtra iuſtitia, nimirum iuſtifica-
tio maneat in æternum. Hoc egregium noſtri miſtici Thalami ornamentum,
quem Chriſtus Dominus ſacramentaliter ingreſſurus cupit, iubet ita quoque
perornatum eſſe.

PARA.

PARAPHRASES ET MORALES CONSIDERATIONES

In huius Diei Euangelium.

In illo tempore. Thomas vnus ex duodecim, qui dicitur Didimus. &c.
Ioann. c. 20. f.

A IN *illo tempore*. Quo, quandone hæc facta fuere? ſanè cum diſcipu
li Ieſu Chriſti propter metum Iudæorum erant congregati in
vnum ſimul vnà pauidi, quodam manebant in cænaculo ianuis
ab intus clauſis, ne quiſquam eos malę tractaturus ingrederetur
nondum accepto cælitus Spiritu Sancto. Attendite, quæſo, quã
magna ſit largitas, & munificentia Domini, maiora impertientis donaria,
quã ipſi exorantes ab eo petant ſibi homines, dari. Hinc Rex Pſaltes in Domi
ni Dei perſona homini ait. *Dilata os tuum, & implebo illud*. Quod ſanè dictum Pſal. 81.
Sanctus Athanaſius de deſideriorum ore, nedum de verborum clamore intel
ligendum arbitrari videtur, aſſeuerans, Dominum ſic dicentem, quoniam at
tendit, delectaturque pluſquam petita, concupitaque concedere. *Deſideria*, D. Atha. dia-
inquit, *non proprijs meritis, neque dignitate, ſed mea liberalitate, & munificentia metire, nec* log. de Tri-
quid te deceat accipere, ſed quod me dare volo attendas, atque in hunc modum te tua deſideria nit.
dilatare volo, ac tua ſubinde excedere vota decreui. Captum atque vulneratum à ſe
magnus Alexander Macedonum Rex Porum Regem Indorum audiens dolẽ
tem, atque ſe commendantem, nedum parcens libertate donauit, ſed Regno
etiam auxit, tanta eius munificentia fuit, quę tamen Chriſti Domini ſummę Quint Curt.
pietati, largitati omnino cedit, qui, & noſtris corporibus generoſè medetur in eius vita.
& animarum ſalutem copioſè operatur, atque denique Regnum cæleſte lib. 8.
largitur.

B Eius Diſcipulorum cætus temporali hac vita tunc ſaluari peroptans, & pri
uari timens, ianuis clauſis eo in cænaculo ſe abdidit; at Chriſtus Dominus eos
nedũ ſic præſeruauit, à Iudæorũ tunc impetu eripuit, verũ etiam iterum, atq;
iterum fide ſuę reſurrectionis firma firmauit. De præfato Macedone Alexan
dro fertur, quod Perillo ſuo petenti ab eo, vt pro nubili filia in dotem aliquid
dare non dedignaretur, triginta, vel quinquaginta auri talenta dedit, excu-
ſanti verò ſe Perillo, quod rogantis votum, atque conditionem dona valde
nimis excederent, generoſius Rex ait. *Tibi hæc accipienti magna, mihi autem danti* Quint. Curt.
pauca videntur; non tui ſtatus conditionem, ſed meam attendas, non iuxta animi tui humilita- vbi ſupra.
tem, ſed iuxta mentis meę celſitudinem ea metiaris, & hæc munera dices minus ſatis. Verũ
hanc magni Macedonis munificentiam ſummę quidem excedit illa Domini
noſtri Ieſu Chriſti.

Cupiebat quidam paralyticus, temporali, corporali ſanitate donari, & ipſe
Dominus etiam peccata dimiſit: vtraque ſanitate corporis videlicet, & ani- Matt. c. 9.
mę generoſè munerauit, dicens. *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, &c. Sur-
ge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam*. Quę, atque ſimilia magnus ille Ori
genes expendens de Domini videlicet munificentia, in præſatum Pſalmũ oc-

caſionaliter

Origen. vbi ſupra. caſionaliter, atque in ipſius Domini perſona inquit. *Si quid vales petere, pete, & plura exhibebo, quam petas. Non enim mediocre robur ad petendum requiritur, vt ſcilicet ſplendida, & magnifica dona petere audeamus. Facilius enim illi eſt, atque iucundius ſe; ſua〈que〉 dona ſplendidè, magnificèque diffundere, quam parcè, & moderatè largiri.* Mirandum ſanè vir iſte aſſeruit, magnum videlicet robur, ad expetendum à largitate Domini, cum in ſæculo difficilius eſſe largiri, quàm expetere, ac deprecari, ipſa experientia doceat. Sed contra in via Domini, & apud ipſum eſt. Nam facilius & copioſius ille donat, quàm quiſque deſiderantium petat. D

Id benè experta beata Mater noſtra Sancti Patris noſtri Auguſtini Monica poſt multos lacrymarum, ſuſpiriorum, ac deprecationum annos pro Nati
In eius vita. conuerſione rogans exaudita clamauit. *Cumulatius mihi præſtitit Deus, quam ego petebam.* Quid o Sancta Mater petiſti? vt natus ille catholicus fieret, Dominũ exoraui diu, noctuque cum lacrymis. Et factum vlterius Monacum vidi, multorumque Religioſorum inſtitutorem, & magiſtrum inſignem, hæreticorũq; propulſorem accerrimum, & malleum audiui. Moyſes cum toto Iſraelis populo proſequutionem patiens ab exercitu Pharaonis, magno impetu eos ſubſequente, Dominum exorauit, vt opem ferre, & ſuos à tam magno, ac imminente vitę totius populi electi diſcrimine fere certiſſimo eripere dignaretur; at ipſe copioſius exaudiens, nedum inimicos eorum arcendo repræſſit, ſed eos omnes in mari Rubro ſubmerſit. Qua de re pro gratiarum actione,
Cantic Moyſ Exod. cap. 15. a. Moyſes, ceteri viri, ac mulieres cecinerunt ita. *Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt. Equum, & aſcenſorem proiecit in mare, &c.* Innumeris quippe monumentis diuinę refertę ſunt ſcripturę, quibus munificentia Domini plus quàm petitur elargientis, clarè demonſtratur. E

Iterum omnes nos fideles in admirationem trahat Chriſti Domini largitas in quo ſuper crucem patiente vnus ex latronibus crucifixis petijt, vt ipſe Dei filius memor ſui eſſet, cum ſuum in Regnum deueniſſet, & ipſe ſummus bonorum elargitor, donorum impertitor donatione petitionem maximopere excedens mox ait, nedum memor tui ero, ſed hodie te beatum facere pro-
Luc. c. 23. f. mitto. O Sanctiſſime Domine Ieſu Chriſte, quid auditur? habenda dumtaxat memoria quædam, & recordatio expetitur, & Cæli Regnum confeſtim petenti donatur? maxime, quoniam ſic meam decet largitatem, & munificentiam. Conſideratio hæc Diui Ambroſij eſt, in Lucę Euangelium dicentis.
D. Ambr. in Luc. lib. 10. *Vberior eſt gratia, quam precatio; plus enim Dominus tribuit, quam rogatur. Ille rogabat, vt memor ſui eſſet; de Domino autem ſequitur. Et dixit illi Ieſus. Hodie mecum eris in Paradiſo.* O quam magna Domini largitas, & munificentia, ſuper adimplentis deſiderium petentis! recordatio repetitur, & Paradiſi gloria impertitur, bene petas, vt cumulatus accipias.

Thomas, qui dicitur Didymus. Thomas apud Hebræos Abyſſus interpretatur. Sed quid ſibi vult abyſſus? ſane niſi concaua tenebroſa forte ſerpentium plena, horror, & confuſio. Talis verò eſt omnis, qui à Chriſto Domino ſole myſtico recedit. Tenebricoſus enim, & horrore plenus incedit. *Nolite conſi-* F
Cant. c. 1. b. D. Ambr. *derare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol.* Diuus Ambroſius vt apud Ghiſlerium legit. *Quia non intuitus eſt me ſol.* Sicut qui ſoli terga vertit, ſuę vmbrę ſaltem per tenebras ambulat, eas pedibus calcat; ita & qui ſoli myſtico Chri-
Ioann c. 12. f. Pſal. 81. ſto terga peccando vertit per tenebras migrat, & neſcit quo vadat, iuxta ſacram atteſtationem Euangelicam. Verum conſideramus nos illud mirum, quod Diuinus Vates Pſalmigerus ait. *In tenebris ambulant mouebuntur omnia fundamenta terræ.* O bone Deus, num adeo graues eis pedes, vt eorum ambulatu in tenebris mouerentur omnia terrarum fundamenta? num tam vehementi, ac magno impetu pedibus terram percutiebant, vt adeo illa quateretur? Moralis conſideretur in propoſito ſenſus. Tenebrę ſunt peccata: terra ipſe homo factus de terrę limo: fundamenta huius terrę iure dicantur, fides, anima, ratiocinatio optima. Ambulat quis diu in peccatorum tenebris, & mouentur quandoq; eius hæc fundamenta. Fides amittitur, ab ea apoſtatatur, in reprobũ multi dantur, bona ratiocinatio deperditur, anima damnatur. O abyſſus, o homo, ò terra noli in tenebris ſic ambulare, ne tua ſic moueant fundamenta

Sed quid ſibi vult vmbram pedibus calcare ſuper terram? vel ambulare per vmbram? audi moralitatem. Per pedem, quandoque Patres affectum, & dile

Digitized by Google

A ctionem intelligunt. Iuxta illud Diui Bernardi dicentis. *Pes meus, affectus meus.* D. Bernard.
& iterum Rex Pſalmigerus Vates ita. *Apud Dominum greſſus hominis.* Sed num- Pſal. 36.
quid cum Deo pari paſſu homo? non ſic, verum ibi per greſſum moraliter intelligitur affectus, & dilectio. Per vmbram verò communiter quæque caduca hæc apud omnes benè ſentientes facillimè denotantur. De quibus diuinę Sapientię eloquium. *Quid vobis, ait, profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia? tranſierunt illa omnia tamquam vmbra.* Cui quidem propoſito non minus quippe facit Sap. c. 5. b.
illud expendendum Pſalmigeri Vatis dictum. *Et cooperuit nos vmbra mortis.* O bone mi Rex, ſi viuens tunc hoc in ſæculo eras, quomodo vmbra mortis te iam cooperuerat? Sed huius dubitationis vmbra fugatur, ibi ſi pro vmbra res hæc quæque caduca intelligatur. Qua multiplici Rex ille operiebatur; & ad mortem ſic ſtolis opertus mortis corruptibilibus, & vinculis eius vehebatur.

Verum quare talia mortis vmbra, ad tranſitum velociſſima, ad tartarum deducentia æſtimatione tanta, atque tali ab hominibus habentur? magiſque quàm cæleſtia exquirantur? quia pedes eorum ſuper terram, nempe affectu nimio fixerunt ea in corde ſuo. Formoſum de Zeuſi pictore antiquiori celeberrimo legitur. Qui depicto puerulo, vuas quoque depictas manibus tenēte, & ad eas auibus comedendas aduolantibus, cum ſibi auctori nunciatum audiſſet id, nimirum vuas adeo ſimiles vero eſſe, vt aues veſcendi cauſa certatim ad eas, nullatenus timentes, accederent, mox talia referenti, ait. *Vuas*
B *melius pinxi, quam puerum; nam ſi & hoc conſummaſſem, aues timere debuerunt.* Id pro bo- Plin. lib. 35. c. 10.
no ſibi nuncio non accepit, quoniam minus bene puerulum, quam vuas li- Natur. hiſtor
neaſſe conſiderauit. A ſimili ſuo modo dicamus. Quare homines cæleſtia de pict.
quodam modo fugere; terrena verò ſtudioſè conquirere vt plurimum comperiuntur? quoniam de illis nil cogitant, vel ea minus vero ſimilia putant, hæc vero, licet vix vmbrę ſimilia, citò euaneſcentia affectu nimio fixerunt in corde ſuo. *Et dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.* Videte quid agatis Ioann. c. 3. e
quid diligendo quæratis, nam hæc infirma, etiam maria; ſicut vmbram, & aquam pugillo continentes, nihil omnino acquiſiuiſſe videbitis.

Qui dicitur Didymus, Quod eſt Græcè geminus. Cui quidem benè competerat nomen tale. Gaudebat namque Chriſti diſcipulus eſſe, ſed eius reſurrectionem nolebat credere. Geminus quaſi geminatus ex his duobus, ſed inuicem non bene ſe compatientibus. Exiſtimabat poſſe talem geminum eſſe, ſed toto errabat Cælo; at viſo Domino Ieſu rediuiuo, euaſit vnicus, & fidelis. Totus homo debet donari Deo, qui factus in tempore homo. *Aedificauit ſicut* Pſal. 77.
Vnicornium Sanctificium ſuum in terra. Vnicornes ſuo in domicilio nullum penitus ſocium admittunt, nec accedere permittunt, ſed ſolum ſoli inhabitare contendunt. Sic ſuo pijſſimo modo dicatur de ipſo Domino Deo, qui hominē condidit, cor noſtrum fecit ſuum quippequod Sanctuarium, ſolus vt ipſe illud inhabitet; & illinc Diabolus, mundique affectus omninò recedat. Formo-
C ſum ſanè dictum huic propoſito faciens apud Beatum Laurentium Iuſtinianum hoc legitur. *Conſolatio diuina eſt delicata; non datur admittentibus aliam.* Vis à B. Laur. Iuſtin.
Domino conſolatione repleri, in te noli dare locum Dæmoni, non tuam ſalutarem conſolationem, ſed æternam damnationem ánxiē quæritanti. Deus dat Paradiſi gloriam, Dæmon verò ignis æterni gehennam. Te geminum eſſe, te ſic diuidi permittit Diabolus, at non ſic Deus, ſed te totum vult, vt te totum ſaluet in æternum.

Memoria ſi tenetis Chriſtus Dominus noſter, mittens ex Diſcipulis ſuis duos, ait illis, vt adducerent quamdam Aſinam, & pullum eius ſubiugalem. O Sanctiſſimę Domine, non ne ſat erat tibi tuo pro itinere breui eorum alter? Matt. c. 21. a
non iuxta moralitatis rationem. Ac ſi dixiſſet Dominus ad inquirendum hominem totum, anima, & corpore conſtantem, ego veni. Totum te igitur illi dabis, & totum Domini de te deſiderium adimplebis. Ne ſis Didymus, non geminus, ſed in Domini amore, & ſeruitute vnus totus. Sententia eſt ipſius Chriſti Domini dicentis. *Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire; aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, &c.* Qui ſe geminum facit, his duobus poſſe ſeruire credit, Matt. c. 6. c.
ſe ipſam, valde decipij. Inter alia volatilia, quę Domini iuſſu à ſacrificio, & à Iudæorum menſa refellebantur. Aquila ſigillatim erat nominata. *Hæc* Leuit. c. 10. b
ſunt, quę de auibus comedere non debetis, & vitanda ſunt vobis Aquilam, & Gryphum. &c.

Quicquid dę Grypho ſit modo tranſeat; ſed cur euitari videbatur Aquila, ali D
tum Regina, mirè generoſa, ſequentibus prædam impertire ſollicita? Reſ-
pondent moraliter, quoniam ſe vtique in altum extollit, ſed vno oculo ſolis
Rotam, Cælum, altero verò terram aſpicit. Sic ſe habere videtur, qui gemi
nus, Deo, & mundo, ſiue Diabolo deſeruire poſſe arbitratur. Sed reſellen-
dum ſe à cæleſti menſa non dubitet.

Non erat cum eis. Qui ſi cum eis fuiſſet, fortaſſis à fide non defeciſſet. Omnes
omninò cauendę ſocietates malę, bonę verò conquirendę, & numquam di-
Cant. c. 3. b. mittendę, ideo de ſpirituali ſponſo dilecta fidelis. *Inueni*, ait, *quē diligit anima mea
tenui eum, nec dimittam, donec, &c.* Cum bonis, & rectis corde, atque opere com
mertium habeas, à malis declines prorſus, ſi vis euadere, conſeruarique pro
bus. Diſcedente Iuda proditore eo de cænaculo, vbi Chriſtus Dominus ſuis
cum Diſcipulis ad paratam menſam ſedebat, ipſemet Dominus de ſe ipſo mox
dicere cepit. *Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo*. O dulciſ-
Ioan. c. 13. d ſime Ieſu Chriſte, non ne tu ſemper clarificatus? non ne tu ſemper omni ge-
nere bonitatis refulgens? maxime quidem. Cur ergo, nunc, id factum eſſe
aſſeris? profectò eſt, ac ſi Dominus ipſe dixiſſet. Vtique ſemper ego æque
refulgens ſed hoc in cænaculo, dum impius, & proditor Iudas noſtra in ſocie
tate morabatur, quodamodo lux, & ſplendor meus atque horum meorum
munditia non ita clarè reuelabatur. Conſideratio eſt Diui Patris Auguſtini
D. Auguſt. ſerm 63. in Ioann. dicentis. *Exijt Iudas, & clarificatus eſt Ieſus; exijt filius perditionis, & clarificatus eſt filius* E
hominis: & exeunte immundo, omnes mundi remanſere. Attendite, & videte quanti da
mni, quantę perditionis ſit cōmercium malę ſocietatis, ideo confeſtim deſe-
renda, & numquam admittenda.

Etiam qui iam impeccabiles effecti ſunt omnem delinquendi occaſionem,
& periculoſam ſocietatem fugiunt, quantò igitur magis nos id præſtare debe
mus, exempla à ſanctis data ſuſcipientes? Dimiſſę è domo Sarai Agar ancil-
lę cum nato Iſmaele ſuo apparuit Angelus Domini Sanctus adhortans eam,
vt reuerteretur, Dominæque ſuę humiliaretur, & ſic eius in Domo morare-
tur. Quod libentiſſimè faciendum accepit, & mox ſubiunxit. *Profectò hic vidi
Gen. c. 16. d. poſteriora videntis me*. Sed quare mutuo verſis vultibus, & oculis non ſe conſpe
xere? non deſunt profectò allegoricę, ac literales exponentium rationes; ſed
moraliter addatur quoque, id fortè factum ad dandum exemplum non facilè
cum mulieribus loquendum, non frequenter eas inſpiciendum, nempe ad tol
lendam delinquendi occaſionem. Quod ſi Angelus Domini incorporeus,
ſanctus, impeccabilis, gratia, gloria confirmatus ita ſe geſſit, & illa ſic peregit,
inſpiciens eum poſtquam abiens aliò vultum verterat, quid nobis agendum,
quomodo, quamuè citò recedendum à mala delinquendi occaſione, atque
ſimili ſocietate? Quod enim dicitur de errandi occaſione, idem aſſeritur de
mala ſocietate. *Rerum natura ſic eſt, vt quoties bonus malo coniungitur, non ex bono malus
D. Chryſ. in Matth. melioratur; ſed ex malo bonus contaminatur*. Ita D. Ioannes Chryſoſtomus in Matthæi F
Euangelium habet. Quoniam qui cum claudo ambulat, & ipſe claudus am-
bulare diſcit. Si cum alijs condiſcipulis Thomas permanſiſſet, fortè infidelis
non euaſiſſet; ſed illuc Dominum intrantem cum eis pariter vidiſſet.

Sed quid hac de re plura? Audiamus attendamus magnum in diuino noui-
que Teſtamenti eloquio ſucceſſum. Cum Chriſtus Dominus feciſſet illud ad
mirandum panis, & piſcis miraculum in illo ſolitudinis loco ſaturatis tot illis
turbarum millibus, mox ipſemet Dominus compulit Diſcipulos ſuos omnes
nauem conſcendere, atque ſe præcedere. *Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcendere
Marc. c. 6. f. nauim, vt præcederent eum transfretum, &c.* O bone Ieſu, vt quid opus erat, tam
citò illinc diſcederent tui, tu autem paulatim inde illum magnum dimitteres
populum, cum puerulis, ac mulieribus viros? Morales, & contemplatiui at-
tendunt, quoniam fortaſſis de ſero, ac nocte ibi remanſere ex illis turbis mul
tę, etiam feminę; quod agnoſcens optimus magiſter, & Dominus, curam
egit, & noluit ibi cum eis ſuos remanere Diſcipulos; ſed confeſtim ſe ante di-
miſit, & omnem cuiuſque mali occaſionem, ac periculum abſtulit. Sed ſi
talia Domini Diſcipulis contingere potuerunt, quanto magis ſimilia homi-
nibus alijs accidere poſſunt? Deliquendi occaſio tollatur, & malorum ſo-
Pſal. 98. cietas fugiatur, alioquin contra facientes facillime cadent. *Odiui omnem viam
iniquitatis*.

A *iniquitatis*. Dicebat Pſalmiger ille Rex. Et iniquitatem? multò magis, ſed fugienda ſimul occaſio, & via iniquitatis. Mala, & malos fugite, ſi non vultis cum eis errare, & voſmet perdere. *Melius eſt habere malorum odium, quàm conſortium*. Ita dixit Iſidorus in ſuorum ſoliloquiorum libris. Iſidor. lib. 1. ſoliloq.

Non erat cum eis. Deus ſcit, quo cum Thomas erat, dum ab eis aberat, non recedendum à bonis, & non communicandum cum malis, vt moralis bonitas contrahatur, & contracta conſeruetur. Dum mulier illa contritione, ac pietate ducta, inquam Magdalena, ad inungendos ſacros Domini pedes præ tioſum illud effudit vnguentum, murmurandi occaſionem Iudas Iſcariotes ille ſumpſit. Textu Euangelico ſic enarrante: *Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſcariotes, qui erat eum traditurus, quare hoc &c.* Non quidem in Ægenos pietate motus, ſed loculorum auiditate ductus. Prout ex Ioannis textu ibi clariſſime patet. Sed admirandi, ſiue dubitandi occaſio non minima conſurgit; nam quod Diuus Ioannes de vno tantùm aſſeruit; alij Euangeliſtę dixerunt, plures in idem conueniſſe, & eamdem maledicentiam feciſſe. *Videntes autem Diſcipuli indignati ſunt, dicentes, vt quid perditio hæc, &c.* Conſimile de pluribus aſſeruit Euangeliſta Marcus, nimirum prout ſupra dicentibus. Quid igitur ſentiendum, ſi vnus tantum ita obloquutus, quomodo plures? & ſi plures, quomodo vnus ſolummodo ita male locutus fuit? Numquid in Euangeliſtarũ verbis, & enarrationibus his contradictionem eſſe dicemus? non. Ioann. cap. 12. a. Matt. c. 26. a Marc. c. 14. a

B Sed gloſſę expoſitorum conſiderandę. Primò dicendum id eſſe, quantum ad pluralem numerum; quippe quod dictum iuxta figuram Synecdochem, quę pro ſingulari plurale ponit. Ita intelligendum aſſeruerunt Venerabilis Beda in Marcum, vbi ſupra, & Lyranus in Mattheum ſimilitèr vbi ſupra. Ordinaria verò addidit, fortaſſis contigiſſe alios quoque diſcipulos ſaltem aliquos aſſentiſſe verbis Iudę, ſed alia tamen ratione, Iudas namque ob auaritiam, alij autem ob in egenos charitatem. *Quod alij, ait, potuerunt Iudę verbis conſentire, ſed propter curam pauperum*. Iterum verò ſubiunxit, & Lyranus, communem modum dicendi alludens ab Euangeliſtis Marco, & Matthæo deſcriptum; nimirum quòd vno ex multorum congregatione bonorum delinquente, ſcandala in medium afferrente, omnes alij culpa dantur, dum dicitur. ſunt clauſtrales ij, ſunt Regolares illi, qui talia fecerunt; ò falſò iudicantes; ò iniuſte aſſerentes, nominate ſingularem ſingulariter delinquentem, non omnes in ea illius congregatione manentes; nam in omni fidelium cætu plurimi boni, & delinquentes etiam aliqui. *Hic, ait, ponitur plurale pro ſingulari ſecundum communem modum loquendi. Quia quod vnus de aliqua ſocietate facit, tota ſocietas dicitur facere. Sed ſolus Iudas murmorauit; vt apud Ioannem duodecimo, vel ſi aliqui cum eo murmurarunt, ab eo excitati fuerunt*. Videte quanti mali ſit cauſa vnius ſocietas impij, adeo vt quod vnus perdite fecit, tribuatur etiam cæteris. Ven Beda. Lyran. Ordin. Simile. Lyran.

C Quamobrem Ioannes Iudę factum conſiderauit; Mattheus vero, & Marcus attendentes vlterius enarrauere damnũ etiam, quod è mala ſocietate conſurgit. Quę ſuę malitię multos participes efficit. Quod expendes, atque timens Rex Pſalmigerus Vates ait. *Cum hominibus operantibus iniquitatem non communicabo, neque cum electis eorum*. Et quamuis iuxta commune dictum, bonus filius inter baccanalia non corrumpatur, magno tamen periculo exponitur. Vis tutus eſſe? malas ſocietates fuge, etiam vnius, qui dum malus ſuis moribus perditis multorum perditionem efficere poſſe credendus. Hinc, & Pſalmigerus idem Rex de ſe timendo, pro ſe precando dicebat Domino: *Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me, qui cogitauerunt iniquitatem in corde ſuo, &c.* Sed ſi vnũ dumtaxat virum malum, à quo eriperetur nominauit, quare plures iniquitatem cogitaſſe dixit? quoniam ad efficiendam quandoque multorum malitiã ſufficit vnus inter eos reperiatur improbus, qua propter, & alio in Pſalmo idem Rex fidelis Vates, ait. *Cum Sancto Sanctus eris, cum vero innocente innocens eris, cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris*. Notetur quæſò, quomodo ad conſtituendam, & conſeruandam morum, & vitę bonitatem multi concurrere recti nominantur, ad improbitatem verò, & maledictionem vnus tantũ adducitur, cum peruerſo peruerteris. Quoniam ad deſtruendum ſufficit vnus ad conſtructionem verò multi. Cum multis fidelibus non erat Thomas vnus ex eis ſolus infidelis. Pſal. 140. Pſal. 139. Pſal. 17.

Dd 2 Quando

Quando venit Ieſus. O ſuauiſſima Ieſu Chriſti præſentia, medicina mirabilis, antidotum ſalutare, ne quis in errorem dilabatur, ſed fidelis, & probus conſeruetur! Thomas cum eis non erat, quando ad eos primò Ieſu inerat; quod ſi adfuiſſet, infidelis factus profectò non duaſiſſet, qui poſt hæc ex ipſius Domini præſentia ad eamdem neceſſariam rediit fidelem, reuerſus eſt probitatem. O piiſſime mi Domine Ieſu Chriſte, ad me ne dedigneris venire, & à me numquam diſcedere, vt & ego numquam à te recedam. D

Simile. Occidente ſole groſſiores, qui de terra eleuati fuerant humores, in flumina, ſuper terram, ſiue in lacum reuertentes deſcendunt. Suo modo ſunt homines quaſi tot humores & quidem groſſiores, quo ad corpus videlicet, de limo terræ conſtantes, recedente verò myſtico ſole, ſua Ieſu Chriſti præſentia, & gratia, reuertuntur cadentes in lacum, in tumbam, in infernum.

Pſal 27. Pſal 142. *Ad te Domine, clamabo, Deus meus, ne ſileas à me, nequando taceas à me, & aſſimilabor deſcendentibus in lacum. Non auertas faciem tuam à me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum*. Ni mirum ſi auerteris, ego deſcendam in lacum perditionis. Exurge, Domine Ieſu Chriſte, ſol fulgentiſſime, atque ſuauiſſima tui præſentia nos miſeros peccato diſperſos reuoca, & reſtaura, ore, corde, clamantes cum Eccleſia in hymnis, & canticis.

Hym. de nō. Ieſu.

Ieſu dulcis memoria

Dans vera cordis gaudia:

Sed ſuper mel & omnia

Eius dulcis præſentia. E

Quando venit Ieſus. Qui quemadmodum eos Sanctæ reſurrectionis fide, atque magna conſolatione repleuerat, ita & circa Thomam ſe geſſiſſet cum eis ſi fuiſſet, quando deſideratam ſuæ præſentiæ illis copiam fecit. O quanta iucundabantur letitia, congregati propter metum Iudæorum videntes rediuiuum ad ſe introire Ieſū. In magna maris tempeſtate nautæ ſæpius ex nimijs fluctuū motibus animo deſtituuntur, naufragium quippe quod imminere conſpicientes.

Simile. Verùm ſi contingat ſuper fermè ſubmerſe nauis malum quamdam apparere flammulam, quam illi Santelmum, alij verò Caſtorem, & Pollucem appellant, dimiſſo timore, reaſſumptis cordium viribus nautæ proximam ſecuri expectant maris tranquillitatem lætantes, ijs quippe ſimiles Diſcipuli Domini conſiderentur, ob feram Iudæorum perſecutionem triſtes: ſed viſa hac ſuauiſſima cæleſtis ignis flamma, Chriſto Domino ad eos ianuis clauſis ingreſſo:

Ioann. c. 6. d Qui de ſe ipſo. *Ego ſum*, ait, *lux mundi*. Quenam lux? ad quem finem, & effectum refulgens? audi Ioannem: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Mox læti, fide firmati, egredientes tuti, verbera carnificum nullatenus timentes, mundū peragrantes, quoniam digni habiti fuerunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

Idem. c. 1. a

Quando venit Ieſus. O bone Ieſu, ad nos quoque veni, & numquā patiaris tua præſentia nos priuari, ea ſine feſſi mergimur, & per eam mirè ſubleuamur. Malum eſt luce priuari, ſed multo peius carere præſentia Ieſu Chriſti. facto illo ſolemni miraculo de piſcium, & panis auctione pro multorum millium hominum ſaturitate, ipſe Dominus effector eius ſciens illos homines ſaturatos, velle eum in Regem ſuum accipere, ſe in montem recepit. Diſcipuli verò eius nauicula in mare deſcenderant, & mox facto aere tenebroſo, ventis vortices maris in modum turbabantur, abſente Ieſu Chriſto. D

Ioan. c. 6. b. *Et tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Ieſus; mare autem vento magno flante exurgebat*. Vnde expauerant diſcipuli valde. O vos tanti magiſtri prudentes Diſcipuli; ſi eius amore, iam contemptui habetis mundum, vitamque temporalem hanc, cur de maris perturbatione timetis? Reſpondet Beatus Cirillus Alexandrinus ita.

Ciril. Alexandrin. in c. 6. e Ioann. c. 12. *Conturbat tenebrarum multitudo, conturbat nimia vis ventorum; ſed quod plus inferebat timori, quia Chriſtus non aderat. Omnis turbatio cadit, cunctaque pericula deſunt, cum adſit Chriſtus*. O benigniſſimè Ieſu Chriſte, ne me tua deprecor, præſentia priues, ne vndis demergar igneis, ne ve tenebrarum confuſionis me comprehendat multitudo, cum Appoſtolo Thoma ſuccIamo. Deus meus, & Dominus meus es tu. Et cum beatiſſimo Franciſco pariter inquio. *Deus meus, & omnia*. Nimirum mihi bona, dum tu Deus meus mecum.

Quantæ perturbationis, & afflictionis tenebræ ſint hominibus probis nullus ignorat, experientiam habens. Etiam gentes id nouerunt, & Ægyptij de hoc teſti-

A testimonium perhibuerunt, grauiorem ex illis plagis iure inflictis tenebroſam aſſerentes. Prout & idem factum conſiderantes notarunt diuini eloquij expoſitores in illud Exodi. *Et tenebræ factæ ſunt horribiles in vniuerſa terra Aegypti, &c.* Tenebræ quoque in Ieſu Chriſti morte factæ fuerunt ne dum in vniuerſa Ieruſalem terra, ſed ſuper vniuerſam faciem eius, Inflictum orbi toti ſupplicium; ſed quare id factum? Sane in mortis Chriſti Domini ſignum: Splendidos oculos ſuos claudente etiam ſic cælo. At moraliter quoque, ſed magis in propoſito, dicamus factas fuiſſe tenebras, quoniam lux ſumma Chriſti Spiritus ad Inferos deſcenderat. Conſideratio, & conceptus eſt Sancti Maximi dicentis. *Quid mirum, ſi apud ſuperos ſunt tenebræ, cum lux deſcendit ad Inferos?* Et iterum Diuus Gregorius in ſeptem Pſalmos pænitentiales hac de re inquit. *Sunt tenebræ, vbi Chriſtus non reſpicit.* Roga omni affectu maiori, ne diſcedat à te ſua præſentia, & gratia Chriſtus Dominus, alioqui totus tu tenebricoſus eris, & confuſus. Exodi c. 10. f. Sancti Max. ſerm 2. de Paſchat. D. Greg. in 7. Pſal. pœnit.

Grauiſſimam dicas pœnam priuari ſuauiſſima Ieſu Chriſti præſentia. Id enim probè nouerat, qui de Pilati palatio ad plangendum patratum negationis delictum, exierat. Petrus inquam Apoſtolus. *Egreſſus foras fleuit amare.* O bone Petre, non ne potuiſti etiam ibi flere? vbi plures forent tuæ pœnitudinis teſtes, ſicut & negationis fuerunt auditores? Audiatur in propoſito moralis hæc reſponſio. Cogitabat Petrus velle magnam pænitentiam agere de patrato facinore; at quoniam grauiſſimum ſibi ſupplicium Ieſu Chriſti præſentia Matt. c. 16. b.

B carere non ignorabat, ideo illinc, vbi tunc Dominus, citò receſſerat, vt videlicet ſine Domini præſentia eo magis ſibi dolendum, & lacrymandum conſideraret. Quodue & vt ille plenius id agere poſſet, ipſe Dominus eum exire, diſcedereque permiſit, cum nulla ſit grauior pœna, quam ſine ipſo Domino eſſe. Id etiam aſſerente Diuo Baſilio ſic. *Nulla atrocior pœna, ceteras omnes vincit hæc, deſeri à Deo.* Iuxta quod & de damnatorum pœnis tractantes, eam damni, iucundiſſima Dei videlicet viſione priuari maiorem omnes eſſe affirmant. Petrus tamen à Chriſto Domino non derelictus, ſed bene illinc ideo exire permiſſus. D. Baſil. in c. 2. Iſaie.

Quando venit Ieſus. O ſuauiſſima Ieſu Chriſti Domini præſentia, omnium bonorum abundantiam afferens, abſentia tollens. Ipſe Dominus rediuiuus cum quadam die ſuis appariuſſet Diſcipulis ad litus maris, ab eiſdem, an aliquid Pulmentarij ad manducandum haberent, exquæſiuit, dicens. *Pueri num quid pulmentarium habetis?* Tunc quidem pueri ob ſimplicitatem, & celerem exhibitam optimo magiſtro obedientiam. Qui & ei reſpondentes, dixerunt. *Non.* Nec mirum id videatur, & ſi nihil talem haberent, cum totius maioris abundantiæ ſummus effector Chriſtus tunc illis apparuerat, qui ab eis iam abſens erat. Id excogitando Diuus Petrus Rauennas, cognomento Chryſologus ait. *Et quid haberent, qui Chriſtum iam ſecum poſitum non habebant?* Omnia poſſidet, qui Ieſum Chriſtum præſentem habet: nihil tibi deerit, ſi præſens Dominus Deus Ioan. c. 21. a. D. Petr. Chryſolog. Rauenn. Archiep.

C tibi erit; & cuius boni non compos ero, ſi Dominum Deum mecum habuero? cunctis referar bonis, dum præſentia mecum omnium bonorum largitoris; ſi debilis, efficiar fortis; ſi inops, copioſus, & locuples.

Valde lamentabatur Sanctus Hieremias de Ciuitatis Ieruſalem ſolitudine; Deum præcando, eam vt adiuuare, fouere dignaretur. *Quomodo*, aiebat, *ſedet ſola ciuitas, plena populo, facta quaſi vidua, Domina Gentium.* O Sancte Domini Vates, quid ais? loqui implicantia videris. Sedent homines non Ciuitates; & ſi ſola quomodo plena populo? ſcio per Ciuitatem ibi ſedentem, intelligi poſſe populum tunc ociantem, & ſpiritualibus præcipue deſolatum. Paſchaſius verò, ait. *Anima ſola ſedet quaſi vidua, bonis exuta virtutum.* Quantum verò ad eſſe deſolatam, & plenam, nulla eſt contradictio etiam literalis, tempora ſi diſtinguas. Nam tunc viris probis expoliata, olim autem plena. Vt idem Paſchaſius ſic annuit. *Olim plena populo, nunc iis expoliata, verùm ignominijs plena.* Sed noſtro in propoſito cum Interlineari dicamus, plenam tunc vtique populo, ſed ſolam, ſeu deſtitutā, quia ſine ſpeciali auxilio, fauoreq; Dei. *Deſtituta, inquit, vel deſolata auxilio Dei, & Angelorum.* Si enim Deus, & Angeli eius cum ea dantes auxilia, nequaquam eſſet ſola, non deſtituta, non plangenda. Vnde qua idem Paſchaſius etiam qui ſupra. *Niſi eſſet ſola, plangenda non eſſet. Non poſſunt lugere filij ſponſi, quamdiu cum illis eſt ſponſus.* Nullus tam bene magna, & valida militum copia nobiliumq; Tren. c. 1. a. Paſch. apud Gloſſ. Idem. Interl. Paſch. lib. 1.

Quando venit Ieſus. O ſuauiſſima Ieſu Chriſti præſentia, medicina mirabilis, D antidotum ſalutare, ne quis in errorem dilabatur, ſed fidelis, & probus conſeruetur! Thomas cum eis non erat, quando ad eos primò Ieſu inerat; quod ſi adfuiſſet, infidelis factus profectò non duaſiſſet, qui poſt hæc ex ipſius Domini præſentia ad eamdem neceſſariam ſecfidelem reuerſus eſt probitatem. O piiſſime mi Domine Ieſu Chriſte, ad me ne dedigneris venire, & à me numquam diſcedere, vt & ego numquam à te recedam. Occidente ſole groſſiores, qui de terra eleuati fuerant humores, in flumina, ſuper terram, ſiue in lacum reuertentes deſcendunt. Suo modo ſunt homines quaſi tot humores & quidem groſſiores, quo ad corpus videlicet, de limo terræ conſtantes; recedente verò myſtico ſole, ſua Ieſu Chriſto præſentia, & gratia, reuertuntur cadentes in lacum, in tumbam, in infernum. *Ad te Domine, clamabo, Deus meus, ne ſileas à me, nequando taceas à me; & aſſimilabor deſcendentibus in lacum. Non auertas faciem tuam à me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.* Ni mirum ſi auerteris, ego deſcendam in lacum perditionis. Exurge, Domine Ieſu Chriſte, ſol fulgentiſſime, atque ſuauiſſima tui præſentia nos miſeros peccato diſperſos reuoca, & reſtaura, ore, corde, clamantes cum Eccleſia in hymnis, & canticis.

Simile.

Pſal 27.
Pſal 142.

Hym. de nō. Ieſu.

Ieſu dulcis memoria,
Dans vera cordi gaudia:
Sed ſuper mel & omnia:
Eius dulcis præſentia.

Quando venit Ieſus. Qui quemadmodum eos Sanctæ reſurrectionis fide, atque B magna conſolatione repleuerat, ita & circa Thomam ſe geſſiſſet cum eis ſi fuiſſet, quando deſideratam ſuæ præſentiæ illis copiam fecit. O quanta iucundabantur letitia, congregati propter metum Iudæorum videntes rediuiuum ad ſe introire Ieſū. In magna maris tempeſtate nautæ ſæpius ex nimijs fluctuum motibus animo deſtituuntur, naufragium quippe quod imminere conſpicientes. Verùm ſi contingat ſuper fermè ſubmerſæ nauis malum quamdam apparere flamuulam, quam illi Santelmum, alij verò Caſtorem, & Pollucem appellant, dimiſſo timore, reaſſumptis cordium viribus nautæ proximam ſecuri expectant maris tranquillitatem lætantes, ijs quippe ſimiles Diſcipuli Domini conſiderentur, ob feram Iudæorum perſecutionem triſtes. Sed viſa hac ſuauiſſima cæleſtis ignis flamma, Chriſto Domino ad eos ianuis clauſis ingreſſo: Qui de ſe ipſo. *Ego ſum*, ait, *lux mundi.* Quenam lux? ad quem finem, & effectum refulgens? audi Ioannem. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Mox læti, fide firmati, egredientes tuti, verbera carnificum nullatenus timentes, mundū peragrantes, quoniam digni habiti fuerunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

Simile.

Ioann. c. 6. d

Idem. c. 1. a

Quando venit Ieſus. O bone Ieſu, ad nos quoque veni, & numquā patiaris tua præſentia nos priuari, ea ſine feſſi mergimur, & per eam mirè ſubleuamur. Malum eſt luce priuari, ſed multo peius carere præſentia Ieſu Chriſti. facto D illo ſolemni miraculo de piſcium, & panis auctione pro multorum millium hominum ſaturitate, ipſe Dominus effector eius ſciens illos homines ſaturatos, velle eum in Regem ſuum accipere, ſe in montem recepit. Diſcipuli verò eius nauicula in mare deſcenderant, & mox facto aere tenebroſo, ventis vortices maris in modum turbabantur, abſente Ieſu Chriſto. *Et tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Ieſus; mare autem vento magno flante exurgebat.* Vnde expauerant diſcipuli valde. O vos tanti magiſtri prudentes Diſcipuli; ſi eius amore, iam contemptui habetis mundum, vitamque temporalem hanc, cum de maris perturbatione timetis? Reſpondet Beatus Cirillus Alexandrinus ita: *Conturbat tenebrarum multitudo, conturbat nimia vis ventorum; ſed quod plus inferebat timori, quia Chriſtus non aderat. Omnis turbatio cadit, cunctaque pericula deſunt, cum adſit Chriſtus.* O benigniſſimè Ieſu Chriſte, ne me tua deprecor, præſentia priues, ne vndis demergar igneis, ne ve tenebrarum confuſionis me comprehendat multitudo, cum Apoſtolo Thoma ſucclamo. Deus meus, & Dominus meus es tu. Et cum beatiſſimo Franciſco pariter inquio. *Deus meus, & omnia.* Nimirū mihi bona, dum tu Deus meus mecum.

Ioan. c. 6. b.

Ciril. Alexandrin. in c. 6. c Ioann. c. 21.

Quantæ perturbationis, & afflictionis tenebræ ſint hominibus probis nullus ignorat, experientiam habens. Etiam gentes id nouerunt, & Ægyptij de hoc teſti-

A testimonium perhibuerunt, grauiorem ex illis plagis iure inflictis tenebroſam aſſerentes. Prout & idem factum conſiderantes notarunt diuini eloquij expoſitores in illud Exodi. *Et tenebræ factæ ſunt horribiles in vniuerſa terra Aegypti, &c.* Tenebræ quoque in Ieſu Chriſti morte factæ fuerunt ne dum in vniuerſa Ieruſalem terra, ſed ſuper vniuerſam faciem eius. Inflictum orbi toti ſupplicium; ſed quare id factum? Sane in mortis Chriſti Domini ſignum. Splendidos oculos ſuos claudente etiam ſic cælo. At moraliter quoque; ſed magis in propoſito, dicamus factas fuiſſe tenebras, quoniam lux ſumma Chriſti Spiritus ad inferos deſcenderat. Conſideratio, & conceptus eſt Sancti Maximi dicentis. *Quid mirum, ſi apud ſuperos ſunt tenebræ, cum lux deſcendit ad inferos?* Et iterum Diuus Gregorius in ſeptem Pſalmos pænitentiales hac de re inquit. *Sunt tenebræ, vbi Chriſtus non reſpicit.* Roga omni affectu maiori, ne diſcedat à te ſua præſentia, & gratia Chriſtus Dominus, alioqui totus tu tenebricoſus eris, & confuſus.

Exodi c. 10. f

Sancti Max. ſerm 2. de Paſchat.

D. Greg. in 7. Pſal. pœnit.

Grauiſſimam dicas pœnam priuari ſuauiſſima Ieſu Chriſti præſentia. Id enim probè nouerat, qui de Pilati palatio ad plangendum patratum negationis delictum, exierat. Petrus inquam Apoſtolus. *Egreſſus foras fleuit amare.* O bone Petre, non ne potuiſti etiam ibi flere? vbi plures forent tuæ pœnitudinis teſtes, ſicut & negationis fuerunt auditores? Audiatur in propoſito moralis hæc reſponſio. Cogitabat Petrus velle magnam pænitentiam agere de patrato facinore; at quoniam grauiſſimum ſibi ſupplicium Ieſu Chriſti præſentia

Matt. c. 26. b

B carere non ignorabat, ideo illinc, vbi tunc Dominus, citò receſſerat, vt videlicet ſine Domini præſentia eo magis ſibi dolendum, & lacrymandum conſideraret. Quodue & vt ille plenius id agere poſſet, ipſe Dominus eum exire, diſcedereque permiſit, cum nulla ſit grauior pœna, quam ſine ipſo Domino eſſe. Id etiam aſſerente Diuo Baſilio ſic. *Nulla atrocior pœna, ceteras omnes vincit hæc, deſeri à Deo.* Iuxta quod & de damnatorum pœnis tractantes, eam damni, iucundiſſima Dei videlicet viſione priuari maiorem omnes eſſe affirmant. Petrus tamen à Chriſto Domino non derelictus, ſed bene illinc ideo exire permiſſus.

D. Baſil. in c. 2. Iſaie.

Quando venit Ieſus. O ſuauiſſima Ieſu Chriſti Domini præſentia, omnium bonorum abundantiam afferens, abſentia tollens? Ipſe Dominus rediuiuus cum quadam die ſuis apparuiſſet Diſcipulis ad litus maris, ab eiſdem, an aliquid Pulmentarij ad manducandum haberent, exquiſiuit, dicens. *Pueri num quid pulmentarium habetis?* Tunc quidem pueri ob ſimplicitatem, & celerem exhibitam optimo magiſtro obedientiam. Qui & ei reſpondentes, dixerunt. *Non.* Nec mirum id videatur, & ſi nihil talem haberent, cum totius maioris abundantiæ ſummus effector Chriſtus tunc illis apparuerat, qui ab eis iam abſens erat. Id excogitando Diuus Petrus Rauennas, cognomento Chryſologus ait. *Et quid haberent, qui Chriſtum iam ſecum poſitum non habebant?* Omnia poſſidet, qui Ieſum Chriſtum præſentem habet: nihil tibi deerit, ſi præſens Dominus Deus

Ioan. c. 21. a.

D. Petr. Chryſolog. Rauenn. Archiep.

C tibi erit; & cuius boni non compos ero, ſi Dominum Deum mecum habuero? cunctis referar bonis, dum præſentia mecum omnium bonorum largitoris; ſi debilis, efficiar fortis; ſi inops, copioſus, & locuples.

Valde lamentabatur Sanctus Hieremias de Ciuitatis Ieruſalem ſolitudine; Deum precando, eam vt adiutare, fouere dignaretur. *Quomodo*, aiebat, *ſedet ſola ciuitas, plena populo, facta quaſi vidua, Domina Gentium.* O Sancte Domini Vates, quid ais? loqui implicantia videris. Sedent homines non Ciuitates, & ſi ſola quomodo plena populo? ſcio per Ciuitatem ibi ſedentem, intelligi poſſe populum tunc ociantem, & ſpiritualibus præcipuè deſolatum. Paſchaſius verò, ait. *Anima ſola ſedet quaſi vidua, bonis exuta virtutum.* Quantum vero ad eſſe deſolatam, & plenam, nulla eſt contradictio etiam literalis, tempora ſi diſtinguas. Nam tunc viris probis expoliata, olim autem plena. Vt idem Paſchaſius ſic annuit. *Olim plena populo, nunc ijs expoliata, verum ignominijs plena.* Sed noſtro in propoſito cum Interlineari dicamus, plenam tunc vtique populo, ſed ſolam, ſeu deſtitutã, quia ſine ſpeciali auxilio, fauoreq; Dei. *Deſtituta*, inquit, *vel deſolata auxilio Dei, & Angelorum.* Si enim Deus, & Angeli eius cum ea dantes auxilia, nequaquam eſſet ſola, non deſtituta, non plangenda, de qua idem Paſchaſius etiam qui ſupra. *Niſi eſſet ſola, plangenda non eſſet. Non poſſunt lugere filij ſponſi, quamdiu cum illis eſt ſponſus.* Nullus tam bene magna, & valida militum copia no-

Tren. c. 1. a.

Paſch. apud Gloſſ.

Idem.

Interl.

Paſch. lib. 1.

biliumq; multitudine, ac diuitiarum comulatione firmatus; quàm cum quo D
ipſe omnipotens Deus: plus tibi Dominus, quam vniuerſorum populorum
cætus, nulla maior ſecuritas, & fortitudo, quam eſſe cum Domino Deo.

Dum eſſe tu ſine Dei tui præſentia, & auxilio putaris, à nullo prorſus time
ris. Fortaſſe talis eſſe Rex Dauid credebatur, propterea ludibrio à quamplu
Pſal. 41. ribus habebatur, dolens, ac dicens. *Fuerunt mihi lacrymę meę panes die, ac nocte, dum
dicitur mihi, vbi eſt Deus tuus?* Eo ſine putatus eſſe. Mirandum ſanè in modum,
quod in Iudicum libro legitur. Truncatis è Sampſonis capite crinibus, factũ
ſine robore, ac viribus, omnes deridebant, atque nullius virtutis exiſtimabant
Philiſtinorum multitudines. Creſcentibus verò capillis, aliquid & ipſe robo
ris, & virtutis acquirebat, adeo vt domum, in quam parato ibi conuiuio con
uenerant Philiſtæi, euerſam eorum, atque ſuo interitu effecerit. Sed ſi Da-
Iud. c. 16. f. g lilę malitia, & dolo, magnum robur, & vim in illius capillis eſſe iam noue-
rant, cur ſemel truncatos, & iam renaſcentes, mox radere non curabant?
Reſpondet Abolenſis, quod putauerunt eum à Deo iam derelictum, tonſis
Alphon: Toſtat. Ibid. q. 35. crinibus contra Nazareorum morem. *Quare dicendum*, ait, *quòd non putauerunt
Philiſtæi, quòd renaſcentibus capillis redirent vires Sampſonis; quia alioquin non permiſiſſent
creſcere capillos eius, & tamen permiſerunt; ſed putabant, quod Deus dediſſet ei vires; & nunc
iratus ei eſſet, & quod numquam iam vires ei donaret.* Ex quo concluditur à nullo ti-
meri putatum à Deo derelictum. Quidni ſi de facto Deus diſceſſerit ab eo?

Quando venit Ieſus. Vę nobis, ni Dominus ad nos venerit, & ſi veniens poſt E
hæc diſcedat, non eſt, qui à perditione nos eripere valeat. Melius nobiſcũ
Dominus puniens, quàm nobis parcendo, & deſerens: ſi tecum Dominum
etiam percutientem habueris, in eius miſericordia tamen ſperare poteris; at
ſi à te receſſerit, in quo ſperes non habebis. Vnde vir prudens, & ſapiens ait
Iob. c. 13. c *Etiam ſi me occiderit, ſperabo in eum.* Quē & ideo alibi videre præſentē ſibi aſſerebat
c. 42. a. Hoc idem minime ignorauit, qui Domino Deo Rex Pſalmigerus Vates, &
ipſo ait. *Ne auertas faciem tuam à me, & ne declines in ira à ſeruo tuo.* O bone mi Rex
Pſal. 26. quid ais? tecum iratum Dominum à te non declinare, non diſcedere quæris?
attende, & conſidera; nam ſi tecum manens iratus egerit, iuſtus dominus te
non parum delinquentem debitas luere pœnas faciet. Id Dauidem non latuiſ
ſe credendum, ſed melius ſibi Dominum adeſſe, licet ira percitum, quam vt
cumque ab eo ſe deſerendum putauit. Conſideratio hæc tota Diui Patris
Diu. Aug. ſerm. 40. de temp. Auguſtini eſt dicentis. *Quid times, ne declinet à te in ira? magis ſi declinauerit à te in ira,
non in te vindicabit, quàm ſi incurras in illum iratum, vendicauit in te. Opta ergo potius, vt
declinet à te in ira, non vt accedat, ſed non ne melius eſt, vt flagellet te Deus, & recipiat te,
quàm parcat tibi, & deſerat te.* Ex quibus bellè colligitur, melius eſſe nobiſcum
habere Dominum licet percutientem, quam nos deſerentem. Veni Domi-
ne, & ne diſcedas à me, vt ego veniam ad te, atque demum perpetuo requie
ſcam in te.

Vidimus Dominum. O quam ſuaue, ò quam iucundum eſt videre Dominum! F
nunc per ſpeculum in enigmate, fideli ſpe; tunc reuelata facie perpetuò eum
contemplari in cæleſtibus cum Beatis eius, & Sanctis omnibus. Tantę effica
citatis eſt, & præſtantię conſideratio huius veritatis, huiuſque viſionis, vt iu-
cundari faciat homines, hic etiam plurimis refertos afflictionibus. Cum pro
bus ille vir, nomine Iobus multis tribulationibus concuti cæpiſſet, Deum
audire dicebat, nimirum inſpirantem ad æquanimiter tolerandum; cum ve-
rò eſſet in afflictionum profundo, ac fermè vitę extremo, eximium ob dolo
rem, ſe Deum videre dixit. *Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.*
Iob. c. 42. a. Ac ſi dixiſſet. In anxietatum, & quarumque maiorum hic afflictionum me-
dio te ne dum inſpiratorem ad patienter ſuſtinendum audio; verum & ex eis
ereptorem video, tantumque conſolationis, & iucunditatis tua præſentia
afferentem, vt cuiuſque anguſtię obliuiſcar, & nullum prorſus dolorem per-
cipere mihi videar. Id & quidem maiora dicatur importare Dominum Deum
Act. c. 7. g. videre. Stephanus Ieſum ſtantem vidit, & ſaxorum turbinem impauide ſuſti-
nuit.

Timor, & triſtitia impleuerat Chriſti Domini Diſcipulorum corda, iccir-
Ioann. vbi ſupra. co congregatorum ea in domo, ianuis bene clauſis, illuc autem ingreſſo,
viſo Domino, & ipſi lætitia, ſecuritateque magna perfuſi exiere iucundi. Quid?

quid

Digitized by Google

A quid vlterius dicam, quanti videlicet in tribulationibus refrigerij, quantaq́;
iucunditatis ſit Dominum videre; ſeu illius viſionis ſperatę recordari? Iuſſu
patris ſui Iacob in Meſopotamiam pergens, vidit in ſomnis Dominum proce
rę ſcalę innixum Angeloſque aſcendentes per eam. Sed quando? tempore
quo? dum ſub Ioue ſereno nocte dormiebat, dumque ſub capite lapides pro
ceruicali habebat, & ipſe ſuper ſolo iacebat. Ac ſi re ipſa nicatur, ei, dum ſic Gen c. 28. c
pateretur Dominus Deus conſolator viſibilis apparere non dedignabatur, vn
de lætus conſurgens, vltraque non timens proficiſcebatur libenter Dei amo
re quæque aduerſa perpeſſurus. Et iterum cum à fratris indignati facie ſe elon
gare quæritaret, nequid mali ſuę familię contingeret, Deum à ſe viſum aſſe-
ruit. *Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea*. Sed quando? cum Gen. c. 33. g.
magno incuteretur timore, ne à diro fratre vxores ſuę, nati, atque ipſemet
quoque interficeretur. Tunc Dominum vidit, tunc timor ab eo receſſit,
tunc lætus perrexit. Videam te Domine, vt ſalua fiat anima mea, tuę prę
ſentię iucundiſſima viſione.

Vidimus Dominum. Veni ad nos Domine, nobiſcum digneris manſionem
facere, ſi te viderimus læti tuti ardua hæc itinera faciemus, proſpera cuncta
geremus. Reuertenti Iudit mulieri de parta contra Holofernem victoria ia-
nitoribus Ciuitatis, & murorum cuſtodibus ait. *Aperite mihi portas*. Sed vnde Iudit. c. 13. b
tibi tanta ſecuritas, licentiaque dicendi? ſic imperandi? cum dic nundum fa-
B cto, nec illi de ſua victoria certiores nondum facti? audiatur, quod illa ibi im
mediate ſubiunxit. *Dominus nobiſcum eſt*. Vbi Dominus, proſpera, tuta cuncta
protinus. Cum Gedeon in agro excuteret, mundaretque triticum cribro,
vt ſua cum familia, & meſſe facta, impetum euadere poſſet Madianitarum, ap
parens ei Angelus Domini ait. *O virorum fortiſſime*. Mox mirandus, atque tur
batus Gedeon, audiens, ſic ſibi ab Angelo dici; cum non ipſe, ſed inimici
præualerent exercitu, hæc quomodo ſe haberent iure, perquiſiuit, ſed An-
gelus dictorum fidem iam adſtruerat cum dixiſſet. *Dominus tecum*. Sit igitur Iudic. c. 6. b.
nobiſcum Dominus, tunc enim fortes, tuti, victores erimus, impauidè loco
rum quocumque ad cæleſtia ſurſum vſque pergemus, quod faxit nobiſcum
ſua præſentia, ſuaque pietate Dominus. Quod ſi iuxta ipſius rei veritatem in-
dignos nos dijudicamus, vt ex nobis, & per noſmet conſurgamus, & acceda-
mus ad videndum Ieſum Chriſtum adiutorem pijſſimum, ſaluatorem optimū
glorificatorem munificentiſſimum, ad Beatiſſimę matris eius Virginis Marię
toto cordis affectu, omnique deuotione maiori recurſū habeamus dicentes.

Vitam præſta puram,
Iter para tutum,
Vt videntes Ieſum,
Semper collætemur.

Pax vobis. Vultis vos vobiſcum habere Dominum? eius dulci præſentia frui
C attendite, vt faciatis, quod ipſe præcipit, qui & ait pax vobis. Dominus cō-
tentionem, diſcordiam, & diuiſionem veſtram abhorret; pacem verò, con-
cordiam, & ad bonum vnionem iubet. Quod quidem efficere noſtri erga
ipſum Deum amoris, & charitatis eſt. Qua de re Diuus Pater Auguſtinus ait.
Duas ciuitates, duos, faciunt amores. Hieruſalem facit Amor Dei, Babyloniam facit amor ſæcu- Diu. Aug. in
li. Interoget igitur vnus quiſque quid amet, & inueniet, vnde ſit ciuis. Amor ſæculi à Pſal. 64.
Deo nos ſeiungit, Amor Dei nos ei coniungit; his inferioribus ſi delectaris,
iam diuiſus ad ſupernorum Ciuitatem non facis. *Tanto quis à ſuperno amore diſiun* D. Greg. in
gitur, quanto inferius delectatur. Concordiam, & pacem veram ſi cupis, hoc ſæ- Exodi.
culo nequaquam delecteris. Tunc Chriſtus Dominus tua pace, concordia
amore delectatus, ad te veniet, te ſic bene perornatum ad ſupernam Ciuita-
tem perducturus. Fac me Domine talem, vt te ductore perueniam demum
ad eam, quę ſurſum eſt, Ieruſalem, pacis viſionem dictam.

NONVM

NONVM
MYSTICI THALAMI
ORNAMENTVM.
IN CHRISTI DOMINI SANCTISSIMI NATALI.

De illius videlicet præcipua paupertate magna, in qua exoriri, quamquè magnifacere dignatus eſt, ad pauperum ſuorum conſolationem, & ipſius paupertatis laudem. Atque præſertim de ipſomet Domino vniuerſali pro ſalute hominum exorto. Nec non de quàmpluribus alijs vtilibus monimentis, tum ante primi Euangelij Paraphraſes, tum in ipſarummet enarratione miro modo agitur.

IN conſiderationem ornamentorum noſtri Myſtici Thalami nobis hæc aliqua belle adducentibus, quis curioſitate ductus inquirere, atque in dubium vertere poſſet quod nam magis hominem exornatum reddere valeat, ſeu de facto reddat, an diuitię, & huiuſmodi rerum opulentię; vel ipſa, de qua proponitur ſupra, paupertas, & indigentia vel æquè bene ſimul vtræque? & quidem prima facie laudantur, expetunturque diuitię, ſine quibus homo velut inhonoratus, ſeu abiectus, vilis, depreſſus, reſellitur, & è contra, qui talibus ſuperabundat opulentijs. Diogenem Cynicum inſignem Philoſophum ingreſſum habere cupientem ad magnum Macedonem Alexandrum, quoddam ob negotium ſuum, Aulici, & camerarij contemnebant, nec ad audientiam intromittebant, ſiquidem vili, & abiecto amictum veſtitu, qui ſic videns, ſic fieri animaduertens, precibus ab amico diuitioſum ſibi veſtimentum accommodari obtinuit, & ſic ſplendidè opertus ad Aulam reuertens Regiam, mox introductus à ianitoribus fuit. Ingreſſus confeſtim diuitioſo ſe exuens veſtitu illum poſuit ſuper ſcamnum, & genuflectens adorauit. Cui Rex, eja, quid agis? Regem adora. Tum Philoſophus. *Hæc veneror, quoniam expertus ſum, homines ſine his, & ni diuites, ac diuitioſè amictos non audiri, neque ad Regem introduci.* Quibus non inepte concluditur, hominum genus bellè diuitijs, ac veſtibus diuitioſis exornatum, honorari, in populoque magna in æſtimatione haberi, è contra verò pauperes, ægenos, inopes, atque ſimiles opprobrium ceteri eſſe, licet ſtultè in ſæculo, factos. D

Plutarc. Quint. Curt. in eius vita.

Sed

A Sed quid vlterius hac de re noſter progreditur ſermo? Iudith honeſtiſſima Iudith. cap
mulier ad Olophernem introducenda, eum ob populi ſui libertatem, & vitã 10. a.
occiſura ſe pretioſioribus ſuę iuuentutis induit veſtimentis, annulos, & mit- Heſter. cap.
tras, & in aures, atque gemmas cumulatè ſumpſit. Ita & Heſter Regina cum 5. a.
ad Aſſuerum Regem magnum pro vniuerſo populo ſuo gratiam, & vitam pe
titura introire affectaret, aureo diademate redimita, ditioribus veſtibus ex-
quiſitè contextis, torquibus, atque formoſis ſandalibus amicta celerius, ac
tutius ingreſſum habere, Regique placere potuit; nec ſuo propterea deſide-
rio fraudata fuiſſe, ſed mox exaudita, & voti copioſè ſui à Rege facta euaſit.
Demumque Iudæi Machabeorum tempore, in ſignum lætitię, atque iucun-
ditatis proprię etiam ſpiritualis Domino Deo coram. *Ornauerunt faciem Templi* 1. Mach. c.
coronis aureis, &c. Velaque ſerica, & mira varietate contexta quoque ibi ex- 4. g.
pandiſſe, pariter credendum. Vbi fortè aliqui dicere non extimuerunt, nil
melius ornari, & magno decore affici, in æſtimationeque pretioſum haberi,
quàm quod talibus circumuoluitur, & refertur diuitijs. *Ceterum ita increbuerunt* D. Amb. de
mores hominum in adunatione diuitiarum, vt nemo niſi diues honore putetur dignus. Ita Diu offic.
ùs Ambroſius, ſimilia expendens, atque re ipſa experiens, dicebat.

At præfata parum faciunt ad propoſitum, & noſtro minime officiunt voto
nam de corporeo, atque temporali ornamento dumtaxat concludunt tam
ad animantia, quàm ad inanimantia faciente. Nobis autem ſermo præſertim
B de ſpiritualibus ornamentis eſt, ad myſticum Domini Thalamum, animam vi-
delicet rationalem, deuotam, fidelem ſpectantibus. Quę maximè vlla abſq;
comparatione ditiora, & prætioſiora ſunt ſuper omne aurum, & topacium;
atque vniuerſum lapidem pretioſum. Illa inquam, quę de manu Domini cæ
leſtis ſponſi Beata Agnes ſe accepiſſe ita fatebatur. *Dexteram meam, & collum* Antiph. ad
meum cinxit lapidibus pretioſis: tradidit auribus meis ineſtimabiles margaritas. Non qui- mat. in prim.
dem materiales, corpori inaniter exornando competentes, ſed animę fideli Noct.
deuotę, ſanctificandę ſpirituales, eximię, cæleſtes. De quibus, atque con-
ſimilibus quoque Diuus Bernardus inquit. *Verę ergo diuitię, non opes, ſed virtutes* D. Berhard.
ſunt, quas ſecum conſcientia portat, vt in perpetuum diues fiat. Et quidem, vt vera fatea ſerm. 4.
mur, noſter Thalamus, de quo exornando agimus, debet, vt Cælum aſtris,
ſplendeſcere virtutibus, vt fiat omni modo meliori aptum ſuſcipiendo Do-
mino habitaculum. Qua de re iterum Diuus Bernardus. *Eſt, ait, Cælum ſancta* D. Ber. ſuper
anima, habens ſolem intellectum, lunam fidem, aſtra virtutes, vel certè ſol iuſtitię, Zelus, aut Cant.
feruens charitas, & luna continentia. Hæc ſunt apta fideli præparationi ornamen-
ta, non auri, vel argenti metalla, quę multos dedecorant magis, quam exor
nent, & aptum Chriſto Domino eos habitaculum efficiant.

Quod autem dixit, atque peregit Diogenes, totum id proculdubio fuit ad
indicandum Aulicorum immanem abuſum, & in pauperes, ac inopes, & mi
nus diuitioſe amictos contemptum. *Contemnunt Aulici minus ornatum intueri, &* Diog. refer-
C *hoſpicio, ac auditorio Dominorum ſuorum recipi.* Dixit idem Philoſophus, eorumdem tus.
feram immanitatem expertus. Væ miſeris, & pauperibus, vilique amictu in-
dutis ad Principum aulas pro audientia, & fauore accedentibus, vbi curiales
& aulici morantur crudeles, & feri. Apud Priſcos interdum pro eodem acci- Cæl. Rhod.
piebantur Aula, & iſthmus, qui ex Plinio, vt ait Celius Rodiginus eſt, in quę lib. 21. c. 19.
duo Maria ſtrictè irrumpunt, locus. Apud verò Latinos, quandoque pro
loculo inter os, & gulam accipitur, quo ſtrictè, & anguſtè recipitur, tranſitq;
cibus. Ac ſi diceretur, ad Principis Aulam petentes negotij, ac adiutorij cau
ſa, multum concuti paſſione, immo, & magna læſione omnes, præſertim
minores, iure timeant.

Vlterius additur ſic aptius: Idem Rhodiginus alibi ſuperius inquit. *Aulam* Idem.
dicebant, quo ducebantur damnati. Proinde ſi conſiderarent illuc pergentes miſe-
ros (nimirum ad aulam) velut ad necem, vel ſaltèm magnam ad anguſtiam
progredi. Verè miſeri Aulici, ſed miſerius eſt ad eos perduci, & ab eorum
manibus dirè pertractari. Quod vt plurimum Religioſis, atque minoribus
munera non offerentibus accidit. Liberet nos de talium manibus, interquos
nihilominus non deſunt pij, humiles, deuoti, miſericordes. Quod verò de
Iudith, & Heſter dicebatur, id actum diuina inſpiratione fuit, vt facilius ſeque
retur, quod ipſe Deus fieri ordinauit, in Iudæorum liberationem, & eorum

Digitized by Google

mulierum iure celebrandam admodum laudem. D

Ad propoſitum verò minimè facit, quod de Iudæis in medium afferebatur, coronis videlicet aureis, templi faciem exornatam ab eis. Si quidem non minus illud perornarunt intus ſacrificijs, & orationibus. *Et in templo eius omnes dicent gloriam.* Ita Rex Pſalmigerus Vates, & præuidendo, & præcipiendo aſſeruit. De quo tam ſpirituali quam materiali negotio in eodem Machabæorum libro, & capite paulo inferius ſubiungitur. *Et fecerunt vaſa ſancta noua, & intulerunt candelabrum, & altare incenſorum, & menſam in templum, & incenſum poſuerunt ſuper altare, & accenderunt lucernas, quę ſuper candelabrum erant, & lucebant in templo, & poſuerunt ſuper menſam panes, & appenderunt vela, & conſummauerunt omnia opera, quę fecerant.* Quibus materialiter actus, ſpiritualia, moraliaque intelligi nō nefas eſt, vt per vaſa noua, eorum corda in melius reformata, per candelabrum, & lucernas, fidem, & virtutes infuſas; per altare incenſorum affectus orationum; per panes ſuper menſam, eleemoſynas; per vela honeſtatem mulierum, & per talium conſummationem operum, in ceptis perſeuerantiam bonis.

Pſal 88.

Machab. 1. c. 4 g.

Sed quid eſt, quod omni virium, & opum conatu pro Domini templo tū ſpirituali ratione, tum temporali, ac materiali opere nos impendere non debeamus? Totum profectò, quod poſſumus, & erit quippe ſemper minus, vt pia Domini miſeratione à delictis conſurgamus iuſtificandi. *Gloria, & diuitię in domo eius, & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.* Nimirum iuſtificatio eius manet in perpetuum, vt Pater Auguſtinus exponit. Prima verò huius ſententię verba alij legunt. *Opes, vel opum copia, & diuitię in domo eius, &c.* Nedum in illo cæleſti beatorum templo, verum etiam in militantium terreno, & magnifica to. Diuus Ambroſius in Lucę ſeptimum conſiderans Centurionem illum à Iudæis commendatum, & à Domino exauditum, atque laudatum, ait. *Quod ſi Centurio ille dignus fuit commendatione, quia ædificauit Synagogam, in qua quotidię Deus offendebatur, quanto magis laude dignus erit Chriſtianus, qui ædificat Eccleſiam in qua Deus quotidie adoratur?* Idem iudicium tu facias de viro fideli exornante Eccleſias; piè templum Domini exorna, & ab eo iuſtificationem expecta. E

Pſal. 111.

D Aug. Alia Lect.

D. Amb. in Lucę c. 7. 2.

At ſi templum Domini materiale bene debemus exornare præ viribus, quanto magis myſticum eius Thalamum, animas videlicet noſtras, vt veniens Ieſus Chriſtus in nos inueniat ab omni labe peccati, & contagione mala purgatos, virtutumque odoramentis benè paratos? ò fideles ipſius Ieſu Chriſti omnes dicite, quæſo mihi. Si quis virorum nobilium ad veſtram ſe conferret domum, illam ingreſſurus, fortèque vobiſcum pauliſper manſurus, non ne eam ſollicitè omni virium conatu ſtuderetis omnibus expurgare immunditijs, & omni poſſibili formoſitate, ſuauitate maiori exornare? maximè quidem. A fortiori ſuo modo totum id dicendum, agendum in nobis ipſis domibus myſticis ſummi Regis, ad nos venire, nos intrare non dedignatis. F *Tenſate fratres cariſſimi, quanta ſit iſta dignitas, habere in cordis hoſpitio aduentum Domini. Certè ſi domum veſtram quiſquam diues, aut præpotens amicus intraret, omni feſtinantia domus tota mundaretur, ne quid fortè eſſet, quod oculos amici intrantis offenderet. Tergat ergo ſordes praui operis, qui Deo præparat domum mentis.* Ita D. Greg. Papa in homilijs ait. Quiſque noſtrum ita ſe diſponat, vt cum Pſalmigero Vate diuino iure dicere valeat. *Domine, dilexi decorem domus tuę, & locum habitationis glorię tuę, ne perdas cum impijs Deus animam meam, &c.* Verum hac de re alibi nos quoque, ac magis diffuſè.

Exempl.

Diu. Greg. Pap. homil. 30. in Euan.

Pſal. 25.

✠

Diuites

Digitized by Google

A

Diuites cum diuitijs ſuis non commendantur; ad ipſorum correptionem, & pauperum conſolationem.

MIRVM profectò inmodum, quod cum Sapiens Rex Salomon alias pauperis ſtatum, & ipſam paupertatem non probro dederit, bene autem inanes ſæculi opulentias, attamen ipſe à Domino Deo ſibi nec hoc, nec illud dari expetiuit. *Mendicitatē*, ait, *& diuitias ne de deris mihi, tribue tantum victui meo neceſſaria; ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis eſt Dominus?* Qui mendicitatem dixit, quærendi panis neceſſitatem extimuit. Verùm non inepte notandum, ſibi bona expetiſſe neceſſaria, tanto videlicet Regi magno competentia, nam ſi pauperrimus, & inops tunc non Rex, aut minime ſuo ſuccurriſſet populo, nec ipſe populus ab eo protectus Propterea vir ille haud parū ſenſatus renuens in Principē eligi, eā aſſignauit cauſā. *Ego non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum, nolite conſti-* Prou c.30.b

B *tuere me Principem populi*. Renuendo in Principem acceptari, bene quidem ait quoniam non erat medicus, quia etiam temporalis Princeps bono exemplo debet eſſe populo in obſeruationem legis, & viam ſalutis, quod eſt verè, ac ſpiritualiter mederi plagis populi. Rex erat & ille Domini Dei Vates Dauid, qui, & de ſe ipſo inquit. *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius*. Nemo autem debet obſeruandum prædicare, quod ipſemet renuit obſeruare. Rex bonus iubet præcepta Domini obſeruanda, ſed ipſe ſciat ſibi non contemnenda, verum viribus cunctis adimplenda. Vt quid imperas hoc, & illud faciendum dum tu peragis contrarium? illud vnum ſcias à populo imitatione compleri, quod intuetur à maioribus obſeruari. Iſa. c. 3. b. Pſal. 2.

Diuitias verò Salomon, haud minus ſapiens factus, petijt à Domino ſibi nequaquam dari, non mendicitatis, ſed harum cauſam explicitè reddens, quoniam videlicet timebat ex eis dari in ſenſus reprobationem, & Domini Dei ſui abnegationem. *Ne fortè*, ait, *ſatiatus, alliciar, & dicam, quis eſt Dominus?* O diuitię, diuitię, ecce partes veſtrę, vt vos poſſidentibus detis occaſionem, renunciandi, & abnegandi bonorum Largitatem. Ideo diuitibus Dauid. *Diuitię*, inquit, *ſi affluant, nolite cor apponere*. Ac ſi diceret, à diuitijs multis cor veſtrum auferatis, non offeratis; namque viſum, & circumuolutum ab eis, trahetur in occaſionem perditionis. vix vi videant corda veſtra, opes, & diuitię, ne amittatis occaſionem ſalutis æternę, in eius ſiquidem periculum, & diſcri- Vbi ſupra. Pſal. 61.

C men quam magnum. Sunt enim mare fluctuans, & hominum corda ſuo in profundo ſubmerſa retinens. *Demergam te, antequā demergar à te*. Dixit ille Philoſophus, & in maris fluctibus proiecit aurum, atque lapidem pretioſum, quę à Creſo Rege dono acceperat in patriam nauigaturus, ſponte, lætus perdidit, quibus illaqueari, & perdi extimuit. Cui non minus facit illud Dauidis. *Viri diuitiarum nihil inuenerunt in manibus ſuis*. Sanè ad inſinuandum, diuites vt plurimum rapi, & poſſideri à diuitijs, non ſic diuitias ab eis. Solon. Phi. Pſal. 75.

Diues autem dicitur à Diuus, ac ſi conſideretur diues velle dici, & haberi,

D vt Deus, ſiue diuus, ſicut Varo conſiderauit. Melius quippe iuſto priuari ope, quam ditari diuitiarum multitudine, ne ad iniuſtitiam cor ſuum deuoluat & vt Deus ipſe haberi, exorarique ſtudeat; ſed potius ab ipſo Deo exaudiri, & ſaluari humiliter exoret. *Diuitię*, ait, *Chilon ſunt Theſaurus malorum, calamitatis viaticum, improbitatis ſuppeditatio*. Mirandum profectò, deducente Moyſe Iſraelis gentem de Ægypti captiuitate per deſertum, ait Dominus Deus eidem populo. *Iam nunc depone ornatum tuum, vt ſciam quid faciam tibi. Depoſuerunt ergo filii Iſrael ornatum ſuum*. Et quid per huiuſmodi deponendum ornatum propriè ibi poteſt intelligi? numquid aurea, ſericaque ornamenta, quibus de Ægypto reuertentes exornarentur? minime, quoniam ijs iam exuti erant, vt optimè Lyranus adnotauit, ſed vt Rabbi Salomon, apud eumdem expoſuit, ornatus ta- Varo. D. Anton. ſer. de diuit. Exodi. cap. 33. b. Lyran. Rabbi ſalom.

Digitized by Google

lis deponendus, erant quædam coronulę, quas ſibi contexerant, capitibuſq; D
impoſuerant in ſignum nouę deſponſationis cum ipſo Deo in fide, poſt vituli
aurei adorationem, ac in tanti facinoris indigniſſimi deteſtationem. Et id de
ponere iubebantur? vtique, ne arbitrarentur ita ſe ipſos colendos, velut tot
Deos; Idola namque gentium ſic folijs, vel auro, alijſque rebus in capitibus
redimita conſpiciebantur.

Verùm non abſque aliqua conſideratione prætereundum, quod idem ſub
Ibidem, ſequitur immediatè ex ipſo Deo & ſcriptura. *Vt ſciam quid faciam tibi*. Nimirū
in progreſſu continuationem de manibus inimicorum, & in promiſſionis ter
ræ tutam deductionem. At non ne Deus optimè tenebat, quid quid ſe factu
rum decreuerat? maximè quidem, ſed ille ornatus vtcumque diuitioſus ſuo
modo erat illis impedimento. Quid igitur magnę diuitię, quid opes ſuper-
fluę poſſunt credi ſuis efficere poſſeſſoribus? O miſerrimam nonnullorum
1. Petr. c. 5. b diuitum, Dei atque ſui obliuiſcentium conditionem! cupientes ad ſalutem
exaudiri oportet humiliari ſub potenti manu Dei, quod vix vi faciunt magnis
opibus exornati, & elati. Huc pariter eodem ſenſu conſiderandum venit il-
lud Canticorum quarto, vbi de ſponſa dilectum quæritante, & non inuenien
Cant. c. 5. b. te, niſi diuitioſo expoliata linteamine agitur. *Quæſiui*, ait, *& non inueni illum vo*
Alia Lect. *caui, & non reſpondit mihi, inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt Ciuitatem, percuſſerunt
me vulnerauerunt me, tulerunt palium meum*. Alij verò legunt ex Hebræo. Tule-
runt *Theriſtrum meum*. Nempe muliebre capitis ornamentum. Quibus ſplen- E
didè amicta fuiſſe iudicabatur. Sic ſic quæſitum cęleſtem haud inueniebat
ſponſum, quaſi ſuam in ſe flecteret venerationem, ob pretioſarum veſtium
amplitudinem. At amiſſis ornatibus his inuenit, quem deſiderauerat, dile-
ctum, loquebatur ſecum, & ſuauiſſimas eius audiebat reſponſiones, prout
ſequenti ex capite per totum.

Similiter non poſſum non admirari illud, quod in Sanctę Crucis Domini
Exaltatione factum legitur. Obtentā videlicet à Sinachio Choſroe Regis fi
lio Sanctiſſimam Crucem Herachlius Imperator ad Caluarię locum Regio
amictu veſtitus dum ferre tentaret, in ea Hieruſalem porta vi quadam celitus
quippe detentus, conſiſtere ibi coactus fuit. Sed Sancti Epiſcopi Zaccharię
monitu, eo nimis diuitioſo veſtitu dimiſſo, exiuit & Crucem Domini ad præ
In feſto Inu. S. Crucis. fatum locum facilè detulit. *Heraclius vt erat auro, & gemmis ornatus, inſiſtere coactus
fuit in porta, quę ad Caluarię montem ducebat; quo enim magis pregredi conabatur, eo magis
retineri videbatur. Cui Zaccharias Hieroſolymorum Antiſtes, vide, ait, ò Imperator, ne iſto
triumphali ornatu in cruce ferenda parùm Ieſu Chriſti paupertatem, & humilitatem imitere.
Tum Heraclus abiecto ampliſſimo veſtitu detractiſque calceis, ac plebeio amictu indutus, reli
quum viæ facilè confecit, &c.* Quibus luce clarius patet, quod Dominum homi-
nes auro, & gemmis refulgere haud eſſe gratum, ſed diuitiarum amore capi
odioſum. Poterat fortaſſis Heraclius ſic nimis amplè amictus, & ſuos, & alio
rum inſpectantium ad ſe colendum, non ad ipſam Crucem Sanctam mouere F
atque trahere, quod omninò abſurdum, & penitus deſerendum. Cui propo
Luc. c. 4. c. ſito iure facit illud Saluatoris. *Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, tollat Cru-
cem ſuam, & ſequatur me*. Quod ſi ad eius ſequelam, eo iubente, neceſſum eſt
in deferenda bene Cruce propria abnegare ſe, quanto magis, quas quis ha-
bet diuitias, & opes?

Ego non aſſero, diuites eſſe ideo perditos, atque diuitias eſſe omninò dam
nandas, ſed ijs malè vti, atque in ijs delectari nimis, iure fantur eſſe cauſas præ
cipitij, & ruinę. Optimè quidem tenebat vir ille iuſtus Iob, quas videlicet ob
cauſas Deus ſuper homines flagella immittere conſueuerat. Multis quarum
enumeratis in ſuo ſcripto eloquio, tandem etiam in medium hanc protulit,
Iob. c. 31. c. quam vtique non cōmiſit. *Si lætatus ſum ſuper multis diuitijs meis, quia plurima reperit
manus mea. Si vidi ſolem, cum fulgeret, & lunam incedentem clarè*. Sane de diuitijs nul
la lætitia iuſtis, ſcientibus eos vt plurimum lapſus, & perditionis cauſas, qua
Interl. de re Gloſſa Interlinearis ibi. *Nec fiducia*, inquit, *in terrenis, nec lætitia. in aquis enim
fluentibus fundamentum ponit, qui in temporalibus confidit, & cum eis rapitur*. Verùm quod
nam peccatum eſt videre Solem ſplendeſcere, & Lunam eluceſcere? nullum
profectò ſic, ſed alius ibi ſenſus eſt attendendus, nam per huiuſmodi aſtra
Cæli militia dicta, nimis attendere, ſeu intueri attentè, eis cultum latrię adhi
bere,

Digitized by Google

A bere, vt impiè patrabant Gentiles, communiter expoſitores intelligunt. *Id-eſt ſi diligenter attendi, & cultum latriç attribui militiç Cæli.* Ac ſi dixiſſet, proculdubio talia nequaquam patraui, nec propterea ob hæc iram, & vltionem Domini erga me concitaui. Alij verò recentiores parum ab hoc intellectu deuiantes, dicunt per Solem aurũ, & per Lunam argentum non minus bene intelligi poſ-ſe, quaſi dixiſſet diuitijs cultum non adhiberi, nec in eis fiduciam habui. Ta lia qui committunt ſupplicium in æternum contendunt. Lyran.

Nequeo tamen negare, diuitias, & opes plerumque afferre occaſiones pa rantibus, nec non & poſſidentibus eas, ruinarum. Sicut qui argento, & auro carent, minus vnde ſui prauitatem animi adimpleant, habent. Attendatur, quod apud Ezechielem dicitur, *In profundis aquarum opes tuę*. Et quomodo vſui erant, ſi in maris profundo manebant? Audi, vel loquitur de acquirendis opi bus, vel de acquiſitis. ſi primo, eſt ac ſi diceret, qui eas acquirere percupiunt, manifeſto naufragio ſe exponunt; ſi ſecundo, eſt ac ſi dicere vellet, tu ipſe fa ctus locuples, in ipſa ſubmerſione tuis cum opibus manes. Formoſum af-ſert in medium Apophtegma Solonis Manutius hoc. *Diuitias inquit, comitatur luxus, luxus exit in tyranidem dum fœnum mirat in cornua.* Sed quid ſibi vult, fœnum in cornua migrare? Apud hieroglyphicorum auctores & obſeruatores, boue cum fœni faſciculo in cornibus homo incomptus, laſciuiens, improbus, de-notabatur. Qua de re Horatius. *Fœnum habet in cornu, fuge.* Idem Plutarcus aſ-
B ſeruit, nimirum ſignificare ſic ferocitatem, indomitatem, & præcipitem laſci uiam, ex opibus & libertate prouenientem. *Diuitię vitiorum magis, quam virtutum miniſtrę ſunt, cum quòd ad ignauiam feneſtram aperiunt, tum quòd Adoleſcentes aduocent ad voluptates.* Ita Iſocrates ad Dæmonicum ſcripſit. Notandum verò dixiſſe, di-uitias allectare iuuenes; nã tractos velut malę ſyrenes miſeros ſuffocant inani tatum fluctibus, & huiuſmodi delitijs. Ezech. cap. 37. g. Manut ex ſolon. lib. 7. Valerian. l. 3 Feroc. ind. Horat. Piut. Iſocrat.

Diuitię quibus dantur, ſimul materię laborum, & diſcriminum offeruntur. Vidiſtis iuuenum quem ad ſotij nares admouentem odorandum faſciculum ex floribus contextum, ſed in eius medio abſconditus eſt aculeus, ille caput inclinat, nares porrigit, olfactu percipit, ſed heu mox retrahit. Quare ſic? quid tibi accidit? me frater mi, decepiſti, & ſub ſpecie boni me valde pupugiſti. Quibus opes cumulatè ſic impenduntur, punctionis & magni vlceris ſibi quo que dari non ſuſpicentur. *Conuerſus ſum in erumna mea, dum configitur ſpina.* Factus Diues, atque Rex ita protulit ille Vates. Solon ex Philoſophis vnus inſignis cum vidiſſet quendam iuuenem diuitijs locupletem, purpura indutum; atque ſe ſe inſolentius propterea oſtentantem, accedens, in eius aurem dixit. *Heu tu, hoc ante te geſtabat ouis, & ouis erat.* Alludens vir doctus, & prudens, illum ſicut ouem ſtolidum, atque velut illam, breui ad occiſionem ducendum. Illi vero inter morales Philoſophos egregio noſtrę verę pietatis lumen defuit, nam in reliquis, & præcipuè moralibus, tunc, atque alias mirabili modo locutus, Simile. Pſal. 31. Manut. lib. 8 Apophat.
C nimię opes te inſoleſcere faciunt, atque talem factum vię perditionis expo nunt. Vide quid agas diues, atque tuis ab opibus perdi non expectes; ſed ea quam citius bene diſperdas, vt à ſuſcipientibus dirigaris in viam ſalutis.

Valde ſibi timeat, qui diuitiarum ſe opulentijs exornari, & cumulari con-ſiderat; nam quoties erogantur, toties euerſionis, & præcipitij occaſiones ferè immediate tribuuntur. Quemdam ludum talem fieri olim inſpexi, cuius effectores oraculi luſum appellabant. Super tapetum valde diuitioſum po nebant amicum, minus quippe prudentem, & cautum, cui reuerenter cete-ri aſſurgere diſſimulabant, ſed mox tapetum altera ex parte retrahentibus, ca debat ille euerſus, qui exorabatur vt diuus, illiſque ridentibus, & ſubſananti-bus, deceptus, illuſus, abibat fortè læſus. Sic ſic multis ex diuitibus ſuo mo do contingit. Calcant ſerica, induunt aurea, comedunt delicata, exorantur à populis, gloriantur in ijs, & ab illis ope, atque vita miſeris ſubtrahuntur, ab aliquo inuidorum amicorum, vel inimicorum pugione tranſuerberantur, à furibus expoliantur, & à morte præmatura euertuntur. Hanc Hieremias Propheta fatetur veritatem. *Omnis, inquit, frater ſupplantans, ſupplantauit me, & omnis amicus fraudulenter inceſſit in me.* Diuites habent vnde mala hæc, & alia expe riantur, pauperes verò non. De quibus Sanctus Maximus dixit. *Maxima mala effugierunt pauperes, inſidias, inuidiam, odium, & in quibus diuites quotidie verſantur.* O Simile. Ierem. c. 9. b. S. Max. ſerm. 40.

quod

Digitized by Google

quot caſus, quot experientię id homines docuere! Opulenti exornantur auro, D
necantur ferro. Sollicitè ſeruitur eis, traduntur à ſeruulis. Epulantur ſplen
didè, ſubeunt veneni pericula quotidiè; dormiunt in lectulis eburneis, cru-
ciantur infirmitatibus multis: vehuntur equis, & quadrigis, labuntur quando
que ſub eis; dominantur ceteris, multi necantur ab eis: pro ratione volunta-
Pſal. 81. tem faciunt, & interdum de repente occidunt. *Sicut vnus de Principibus cadetis.*
Et ſicut puer, qui manu gladium gerit, ſi cadit, ſeipſum intermitit. Quiſque
ſuam bene attendat conditionem, & præuiribus ſtudeat æternam euadere
damnationem.

Et quis eſt, qui ab inimicorum turmis perſecutionem patiens, onere leua-
ri non ſtudeat, vt leuius fugiens, facilius ſaluetur? ſunt autem ſæculi opes no
bis onera grauia, ad terram homines incuruantia. De quibus ita Quintus
Quint. Cur. lib. 5. Curtius. *Pretioſa*, inquit, *ſuppellex, pellicesque, & ſpadonum agmina, nihil aliud ſunt,*
quàm onera, & impedimenta. Hinc, & Magnus Macedonum Princeps Alexan-
der interſectorum inimicorum ſpolia ſuis à militibus ſuſcipi vetuit, ne videli-
cet onerati nimis huiuſmodi diuitijs, bella iterum fortiter, expeditèque ge-
Saluſt. in Fragment. rere impedirentur, nec facillimè vincerentur. Qua de re Saluſtius. *Comperi,*
ait, *omnes victores diuitias contempſiſſe, victos cupiuiſſe.* Auarus verò diues, vel vtcū
que improbus, bruto graue onus deferente, valde deterior, ſeu magis one-
ratus ad perditionis ſtabulum petit. Audiamus Diuum Gregorium de ſimili
D. Greg. in ſerm. re dicentem. *Camelus vnum ſolum pondus habet, diues duo vnum terrenarum poſſeſſionem,* E
aliud peccatorum, primum in morte deponitur, aliud velit, nolit moriens retinet, niſi ante mor
tem deponat. O miſeram diuitum conditionem, & plangendam diſſolutionem!
qui dum præſentibus bonis fruuntur caducis, veris, & æternis opibus priuan-
tur. Qui dum hic de ſuperfluis ſuis inopes nimime participes efficiunt, corū
in cæleſtibus ſocietatem amittunt.

O ſi homines noſcerent ſe ipſos, profectò huius pro ſæculi diuitijs, ac deli
tijs, quę modo dantur, modo auferuntur, ſuę non obliuiſcerentur ſalutis,
nec amitterent æterna, quę nec dari, nec auferri ab hominibus poſſunt. Au
Cant. c. 1. ſc. diamus cæleſtem ſponſum animę fideli dicentem. *Si ignoras te, ò pulcherrima inter*
mulieres egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hædos tuos iuxta tabernacula
paſtorum. Proinde ſi dixiſſet. O formoſa creaturarum, quo ad eſſentiam tuam
a Deo ipſo factam, ſi vilitatem, ſi nobilitatem tuam ignoras, egredere, num
de corpore? non quidem ſic. quoniam de ſe id non competit animę, quę &
D. Auguſt. ſeparata à corpore neque meretur neque demeretur? ſed egredere de magna
captiuitate, de diuitiarum vinculo, de inanitatum ligamine, & abi quo? poſt
veſtigia gregum tuorum. Greges ſunt hominum multitudines, quorum ve-
ſtigia in puluere mortis facta, ſunt ſepulchra, & eadem quoque Paſtorū taber
nacula, nam æquè ibi Paſtores, & oues. Illuc abeas, & omnes affectus tuos,
deſideria multa ibi paſcas, vt melius tu te agnoſcas.

Verum delitijs, & diuitijs, dum circum vallata, circumligata manes, id mi- F
nus bellè, facileque peragere vales. Igitur illinc egredere, diuitias diſperde,
nimirū pauperibus, atque tunc te ipſam cognoſces melius. Vilitatem tuam
agnoſce, ex corporis conditione; nobilitatem verò ex anima ad ſummi Dei
Imaginem facta. cui propoſito plurimum quidem facit illud. Pitagorę Sym-
Pitag. bolum. *Ne geras Dei imaginem in annulo.* At non ne melius gerere talem, quam
inanium hominum imaginem? attende quæſo moralitatem. Exponunt non-
nulli Pitagoreorum, id ſic forte intelligendum. Annulli fiunt aurei, quibus
diuitię communiter indicantur, ac ſi diceretur, animam tuam ad omnipoten-
tis imaginem Dei factam diuitijs, ac delitijs huius ſæculi, caue ne alligaueris,
alioquin ipſius Dei ad iracundiā tecum propterea concitati indignationem,
& vltionem miſerrimè ſenties.

De Chri-

A

De Chriſti Domini paupertate, in eius Natali ſanctiſsimo, nonnulla hic belle dicuntur.

VNIVERSVS hominum cætus ſummam in admirationem iure trahatur, quòd orbis conditor, vniuerſorum Dominus, naſcens homo, Reparator hominum, tanta cũ paupertate exoriri voluit, vt à matre mox natus in præſepio, in ſtabuli fœno reclinaretur. *Quia non erat locus in diuerſorio.* O bone Ieſu mi, locum non habebas, qui locum cunctis feceras? Quare locus tibi deeſt, qui vt Deus omnia reples? cur in loci poneris anguſtia, qui paraſti vniuerſorum ſpatia? Exponendo reſpondet Venerabilis Beda ſic. *Ipſe eget loco, vt nos in Cælo plures haberemus manſiones.* Sed vlterius iterum admiremur diſpoſitionem, & modum. *Reclinauit eum in præſepio, quia non erat locus in diuerſorio.* Diuerſorium, eſt quædam loci anguſtia, ad conſimilem itaque loculum ſe recepit Ioſeph cum Beatiſſima Maria; cum ampliores loci eſſent ab incolis, & aduenis præocupati, & vt perpendunt, atque aſſerunt Patres, ſtabulum erat, vbi præſepe cum ſuo boue, ac aſino, adductoq; fœno fecerat Ioſeph. O bone Deus in anguſto ſtabulo quid poterat eſſe? quid hinc inde reperiri? belluarum feces, ſtercora, in quibus fuit poſitus, ſaltem è regione viſis, Cælorum conditor, Olympi Dominator; ſic myſterium aderat, vt videlicet indicaretur, ipſum veniſſe ad educendos, ſubleuandos nos de ſtercore. Expoſitio eſt, & ſententia Sancti Gaudentij ſic mire dicentis. *In ſtercore naſcitur, in ſtercore ponitur, hoc eſt in ſtabulo, vbicunque enim ſtabulum, ibi & ſtercus eſt, vbi videlicet erant ſpurcitiora peccata noſtra. Propterea & in ſtercore naſcitur, vt eos, qui ſunt de ſtercore, ſubleuet, leuans de ſtercore pauperem.* O verè digna ſummis ex myſterijs verba tanti Patris attendenda, & omni cordis affectu peruoluenda.

Luc. c. 2. a.

Ven. Beda.

B

S. Gaudent. Epiſcop. Brixien. in homil. p. P. tom. 1.

Hoc quam excelſum negotium, & eximię humilitatis Dominicę exemplũ attendens, & magno cum ſtupore admirans Sanctus Bernardus, de ipſo naſcente Domino, in ſtabuli præſepe poſito ſic ait. *Ipſe eſt, qui dixit, meus eſt orbis terrę, & plenitudo eius. Quare ergo ſtabulum elegit?* Proinde ac ſi ſuo pijſſimo fandi modo dixiſſet. O mi Ieſu dulciſſimè, mi Deus potentiſſime. tibi cur ita complacuiſti? Quare Ciuitatem magnam, aulam Regiam, culam eburneam, ſericos pannos tibi, in quibus, & id genus, parari noluiſti? Reſpondetque ſibimet idem pius Pater Bernardus ita. *Planè vt reprobet gloriam mundi, damnet vanitatem ſæculi.* Chriſtus Dominus pauperes in Apoſtolos ſuos electurus, paupertatem fouens, diuitias non ſic, pauperrimus in ſæculo naſci voluit. vt exemplo firmaret, quod verbis prædicaret, ceteriſque imitandum, ſequendum ſuaderet.

D. Ber. ſer. 3. de Natiu.

Ibidem.

C

Diuus autem Pater Auguſtinus conſiderans, Chriſtum Dominum hortatũ fideles ſuos ad martyrium conſtanter ferendum, ad fidei confirmationem, & Sanctę Eccleſię meritum, ſubiunxit, voluiſſe ipſum Dominum quoque prius pati, ac mori, ſic, vt præciperet id nedum verbis, ſed exemplis imitatione ſuſcipiendum. *Parum ergo,* ait, *erat Dominum hortari martyres verbo, niſi firmaſſet exemplo.* Similia, & nos in præſentiarum dicamus, magna cum paupertate Chriſtus benedictus ſelegit, voluit hoc in ſæculo naſci, vt diſcerent fideles ſui ſine murmuratione, ſed magna voluntate pati, pauperie, & inopia delectari, fugere delitias, contemnere opes terrenas, paucis eſſe contenti, ad imitationẽ filij Dei, ad conſolationem totius fidelis populi.

Diu Aug. in Pſal. 63.

Verè laudanda paupertas, valde meritoria, dum patienter tolerata, alioquin non prodeſt, ſed obeſt. Ad quam facit plurimum exempla maiorum. Eximię in ſe paupertatis dante Domino monimenta, & exempla nobis, pauperum quis dolore audebit? quis patienter ferre non poterit? quis pauperes, & ipſam paupertatem contemnet? quis diues eſſe cupiet? Natum vniuerſi Dominum in præſepis fœno mox poſitum mente intueantur, & ſuis in delitijs, ac opi-

Quint. Curt. in eius vita.

ac opibus multis inſatiabiles diuites confundantur. Cum magnus Alexander D
Macedo belligerandi cauſa, vt videlicet eos vniuerſos ſibi Populos ſubiugaret, Paleſtinę Regionem, vbi multa niuis, & glaciei continuò reperiebantur impedimenta, peragraret, eo equitante militum copię lamenta emittebant, dicentes. *Ipſe Princeps ſuper Bucefalum vehitur, exercitus pedeſter vniuerſus conteritur.* Quibus auditis Alexander mox de equo deſcendens pedeſter, & ipſe inceſſit eo itinere niuibus operto, & confeſtim magna voluntate ſequutus exercitus, iuſſa vniuerſa exequebatur, & miranda operabatur.

Pſal. 118.

Pſal. 7.

Sic, ſic pio modo dicatur. Multa, & magna iubebantur cælitus ſtrictè obſeruari ab hominibus Dominica præcepta. *Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.* Quod attendens ipſemet Rex Pſalmigerus Vates, impaſſibilitatem Domini non ignorans, & hominum fragilitatem experiens, ait ipſi Deo. *Exurge Deus meus in præcepto quod mandaſti, & ſynagoga populorum circundabit te.* Ac ſi dixiſſet, tu Domine Deus triumphans in Cælis glorioſus impaſſibilis, tibi iure obediri vis mandas; hominibus verò in terra feſſis, laſſis in exacta mandatorum tuorum obſeruatione diu, noctuque laborandum. Ipſe tu deſcende, veni, doce, labora, & iuſſi obſeruare videntes, ſine murmure ſequentur imitantes, Deſcendit, venit, homo factus apparuit. Reliquum eſt, vt nos ipſum extrema cum humilitate, ac paupertate natum ſinę murmure ſequamur, ſine intermiſſione imitemur.

Duo præcipuè in ſubditorum conſolationem, & adiutorium faciunt ſuperiores, dum & ipſi quę facienda iubent, ſimul, & obſeruant, eis compatiuntur honęſtè, & poſſibilia factu iubentes experti, & belle occaſionem murmurandi, tranſgrediendique tollunt, dum & ipſimet ſua imperata faciunt. Mirandum ſanè dictum Philonis Hebræi, quæſò obſeruetur hoc. *Verbum*, ait, *Diuinum in orbem Choreas fecit.* Sed quid ſibi vult hoc? quomodoue factum intelligitur? Numquid Dei verbum ſaltaſſe, exiliſſeque dicendum? id ego negare non audeo, ſed potius cum Diuo Gregorio magno affectu ſanè pio aſſerere ſic contendo. *Veniens quippe ad redemptionem noſtram, quoſdam ſaltus dedit. Vultis fratres cariſſimi ipſos eius ſaltus agnoſcere? De Cælo venit in vterum, de vtero venit in præſepe, de præſepe venit in crucem, de cruce venit in ſepulchrum, de ſepulchro rediit in Cælum.* Egregie quidem iſte Sanctus Pater locutus. Sed forte in propoſito alius ſenſus nimirum moralis adhibendus hic. Non omnis, qui ſaltat ſeu exilit, choreas ducit; bene tamen è conuerſo nam omnis choreas faciens, paſſim, atque frequentius modo magis, modo minus, ſed pulchrè ſaltus dare cernitur. E

Philo Hebræ apud Chriſ. Auend. de Chriſ Nat. Diu. Greg. homil 29.

Choreas ducens, primus incedens, ſonum citharizantis attendit, ſonanti obedit, ſocię manum dat, eam ducit, ſubleuat, modo flectit, modo ſe extollit, & ſequentibus ſe in circuitu modum, normam, & exemplum bellè imitandum donat. Benè quidem ille Doctor ait. *Verbum diuinum in orbem choreas ducit.* Quandoquidem noſtrę humanę naturę manum dedit, ſubleuauit, docuit: vocem Patris audiuit, penitus obſeruandam dixit. Modo magna humilitate genuflectebat, modo ſe Deum miraculis manifeſtans erigebat: in gyrum de Ciuitate in Ciuitatem ibat: talibus choreis ſalutaribus incumbens, poſſibilia fieri tradidit, imitanda iuſſit, & modum fideliter complendi totum vitę curriculum ſequentibus impertiuit. Atque vt agilius imitatores mouerentur, ſequerentur, ſine opum grauamine eos eſſe, exactè id obſeruandum ipſe, docuit. Præcedens paſſus, & expertus, vt ſic ſuis eo magis compateretur imitatoribus, quorum defectus corriperet, & cum adiuuamine ſolamen impartiret. Id forte Sanctus Paulus Apoſtolus excogitando dixit. *Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum autem per omnia.* Quę verba exactius perpendens Beatus Anſelmus aſſeruit, Dominum voluiſſe ſic expertum omnia eſſe, vt quotidie magis compateretur miſeris, & delectaretur ſubuenire eis, neceſſitatem patientibus. *In illa*, inquit, *ſua natura tentatus fuit; in qua nobis eſt ſimilis, & ideo credendum eſt, quia vult, & poteſt ſubuenire tentationibus noſtris.* Hę ſunt choreę, quas verbum diuinum in orbem fecit, vt expertus, tentatus, paſſus Dei filius nos pulchrè ſic edoceret; atque benè demum edoctos ad cæleſtes choreas Sanctorum Angelorum introduceret. F

Vbi ſupra. & Areſius de Tribul. lect. 34. P. p. in fin. Mendoza in 1 Regum. 26. Ann. 25. ſect. 1.

Hebræ. cap. 4. d.

D. Anſel in eumd. locu.

Attende lector amice, Chiſtum Dominum diuerſimodè ſe ſua in natiuitate, morte, ac vita gerentem. Natum puerulum in præſepis fœno poſitum ve-

nientes

Digitized by Google

A nientes adorant Magi, Reges, precioſa eidem munera offerentes, de qua re
Sanctus Gregorius ait. *Magi verò Aurum, Thus, & Myrrham offerunt: Auro Regem,* Diu. Greg.
Thure Deum, Myrrha Mortalem oſtendunt. Item in Cruce, dum pateretur, & more Pap. hom. 10. in Euan.
retur, poſuere cauſam ſuper caput eius ſcriptam, quare ſcilicet in mortem
ſic traderetur, & quamnam? en, quia Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum erat
nempe Saluator, ita enim nomen hoc Ieſus ſonat, Saluator verò debebat
ſuam per mortem noſtram tollere damnationem, noſtram animarum dele-
re mortem optime quidem ita. Sed noſtrum ad propoſitum ſic dicamus.
huius modi Titulo ijs literis ſcripto ſuper crucem poſito Chriſtus ipſe Cruci-
fixus, vt ſic dicatur, caput mox inclinauit antea quam ſpiritum emitteret, pro
indè ſi dixiſſet tum Magis ea myſtica munera offerentibus, tum Iudæis dirè cru
cifigentibus: vos indicatis, vocatis ſic me Regem, & bene dicitis, ſum etenim
Cum verò viuens electis Diſcipulis magna quippe miracula faceret, præcipue
que, quando tot hominum millia paucis panibus, & piſcibus ſatiauit, illi verè
non ingrati, Dominum agnoſcentes, eique gratias agentes, eum in Regem
ſuum eligere voluerunt, conſtituere quæſierunt, at ille noluit, ſed confeſtim Interl.
aliò ſe contulit, qui poſt occurrit crucifixoribus ſuis. *Ieſus ergo cum cognouiſſet,*
quia venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus Ioann. c. 6. d.
Quorſum hæc; quare ita? ſanè vt oſtenderet quanti Deus homo paupertatē
faceret. Puerulus tunc in Præſepio poſitus coram Magis Regibus, miſerri-
B ma paupertate vallatus, in Cruce pendens nudus, ni clauos, crucem ipſam,
& ſpinas habebat. Quid pauperius? tunc nihilominus Rex adorari, & voca-
ri non dedignatus fuit.

In monte ea ſatiandorum ſic tot millia hominum occaſione magnam fecit
ſuæ omnipotentiæ, ſuarum diuitiarum oſtenſionem. Quod propriè ſpectare
non videtur, ſeu poteſt, ad purè pauperis viri, & inopis facultatem, poten-
tiam, rationem. Idcircò fortè tunc Regem ab eis conſtitui noluit. Pauper
tatem verò, & ſeipſum eam profitentem, in Cruce coronari, in præſepioq;
adorari non renuit. In monte verò, vbi eius diuitiarum amplitudo, non ita
permiſit. Superquod optimè inſtructionis opus aiunt, Moralis, & Lyra-
nus. *In hoc dans exemplum nobis fugiendi honores, ac accipiendi labores.* Cum fugien- Lyran. Moral.
dis autem honoribus intelliguntur etiam ſæculi opes, cum præcipuè hono-
rentur diuites. Erat iam Rex, qui tamen renuit fieri tunc Rex. *Nec talis Rex,* D. Aug. in
ait Auguſtinus, *erat qui ab hominibus fieret, ſed talis, qui hominibus Regnum daret.* For- tract. in Ioā.
tè rogabatur à Diſcipulis, vt Rex conſtitui dignaretur, at noluit, ſicut alias 25.
hortabantur eum, vt ambularet in Galileam, & oſtenderet potentiam, & glo
riam ſuam, confundendo mox Iudæos, eum interficere quæritantes; attamen
id tunc reſpuit, ijs humana ſapientibus reſtitit, & humilem paupertatem con D. Auguſt.
decorandam, ſequendam docuit. Vbi Diuus Pater Auguſtinus ita. *Sed Domi* tract. 28.
nus voluit ipſam Celſitudinem per humilitatis viam ſternere. Quæ omnia fidelium eius
C inſtructio, & norma fuit. Prout idem P. Auguſt. tradidit dicens. *Tota vita Xp̄i in* D. Auguſt.
terris per hominē, quē geſſit, diſciplina morū fuit; omnia enim bona mundi Chriſtus contempſit, quę de vera Re-
contemnenda docuit, & oīa malà ſuſtinuit, quę ſuſtinenda præcepit. Audiant pauperes, humi ligion.
les, & lætentur; audiant ſuperbi, diuites, humilientur, & impauperentur.

Hæc geſta, hæc dicta protendunt, vt bene diſcant pauere diuites, & ſpera-
re pauperes; illi ne dimittantur, iſti vt exaltentur: ſimilia namque talibus præ
ſtare conſueſcit Dominus. Audeo dicere, diuitum multos ne dicam omnes
eſſe Domino Deo coram faſtidioſos, moleſtos, ſuis ſanè diuitijs, malè acqui
ſitis, inſumptis, diſtributis, non in Chriſti pauperes, non in eius Eccleſias.
Aduerſus verò ſuos obedientes, pios, Deus non conſurgit; benè contra, &
vltutus in duros rebelles, & impios, propriam voluntatem facientes. Tales
autem eſſe omnes diuites, ego quidem non aſſero; at benè Dominum Deū
apud Zacchariam Prophetam ſic dicentem lego. *Et ira magna ego iraſcor ſuper* Zach. c. 1. d.
gentem opulentam. In quodam feriæ ſecundæ primæ Dominicæ Aduentus Re-
ſponſorio Sancta Eccleſia hæc verba ordinauit recitanda. *Lætentur Cæli, & exul*
tet terra, quia Dominus noſter veniet, & pauperum ſuorum miſerebitur. Benè quidem, & 1. Reſp. fer.
diuitum? credo etiam illorum, quoniam Dominus, & Reparator omnium; 2. p. Dom. Adu.
ſed ita diuinum ibi eloquium habet. Hæc, & ſimilia expendant quique opi-
bus præualentes, plebem opprimentes, & caueant ne de repente cum ira, &

Digitized by Google

Lect. Salom. p. 2 & in Paraphr. huius Euan. indignatione Dei iruat ſuper eos dies vltima, ſemper donec veniat ab omnibus expectanda. De Chriſti verò Domini paupertate, ac eius Natali pauperrimo alibi non pauca diximus; idcirco hic paucioribus, immo & actenus. D

Adhuc nonnulla de diuitibus hìc dicuntur ad ſalutarem eorum vtilitatem.

MVLTIS in ſeculo diuitijs abundantes nonnulli plerumque nec Deũ venerantur, nec homines verentur, Deum fermè non agnoſcentes, & proximum contemnentes, immo aduerſus alter alterum conſurgentes, ſæculi diuitias affectantes, quibus à Deo remoueantur, illectationes quærunt. Ideoque ſermo noſter præcipuè de malè ſequentibus, non deſerentibus, non benè inſumentibus opus eſt. Qua de re, quoque intellectu Diuus Chryſoſtomus inquit, *Diuitiarum ſequela, eſt luxuria, ira intemperans, furor iniuſtus, arrogantia ſuperba, omnis irrationabilis motus.* Quod benè prænouerat ille purus, & iuſtus vir Ioſeph, quando in toto Ægypti Regno imperans de mandato, fratribus ſuis ad eum cauſa ſegetum profectis ait. *Ne iraſcamini in via.* Et quare ſic? mirandum profectò, prius alia vice, cum ad eumdem iuiſſent, rediere ad patrem ſuum, nec tamen ſimilibus verbis vſus eſt Ioſeph cum eis. Cur igitur modo reuerſis iterato? redientibus prima vice ad ſuum patrem non eis frater diuitias dedit, benè tamen ſecundò eos dimittendo locupletes effecit, & ad patrem munera miſit, propterea locutus eis ita Non ignorans vir prudens, & ſapiens opes multas eſſe rixarum, diuiſionum, amittendi timorem Domini, atque charitatem proximi, cauſas. In Romanorum hiſtorijs legitur de Cornelia Romana, mortuo marito, diuitias acquirere, aut etiam conſeruare, nequaquam curauit, ſed hæredibus natis ipſa prope mortem ait. *Non opes ruinarum cauſas, ſed libros optime inſtitutionis conſcriptos vobis cumulatos relinquo.* Non ignorans prout aſſeruit, ex opum abundantia ſubſequi poſſidentibus imperitis contemptum proximi, obliuionẽ Dei, perditionẽ ſui.

D. Chryſoſt. lib. .. quod nemo læditur

Gen. c. 45. g. — E

Rom. hiſtor.

Vos, qui magni locupletes eſtis, conſiderate, quæſo, quantam moleſtiã, quantamque mentis perturbationem vobis diu, noctuque præſertim afferant opes, inſomnos, faſtidioque refertos efficientes, effectus fermè inſeparabilis ab opibus multis. Quod non minimè agnouit Philoſophus ille Acreon Lyricus, qui cum auri talentum à Polycrate vtcumque accepiſſet, Paulo poſt ei reſtituit, dicens. *Odi munus quod cumque euigilare facit.* Mirandum ſanè legitur apud Æneam Siluium de Sigiſmundo Imperatore. Cui quidem Cæſari allata fuere ex Vngaria aureorum quadraginta millia, cum autem aduesperaſſet, eaque in cubiculo Regio recondita eſſent, in Thalamum veniens ipſe Cæſar, dum cogitat in quemnam vſum pecuniam conuerteret, ſomnus eum deſtituit, tum ille excitatis cubicularijs ait, conſiliarios, Duceſque omnes militum huc accerſite. Vocati proceres media nocte trepidi (timebant enim, nequid aduerſi accidiſſet) Imperatorem celeriter adeunt, & quę cauſa ſit tantę repentinę vocationis inquirunt; at Imperator confeſtim aperta arca, inter eos, qui aduenerat pecunia diſtributa, ait, *Ite, vos ſecurè, tranquilleque nobis dormire liceat; nam quod mihi ſomnum ademit, à cubiculo procul aberit.* Clariſſimè alludens vir expertus omnem mentis quietem tolli per opum terrenarum poſſeſſionem.

Stobæus, ſer. 91. — F

Æneaſ. Silu. l. 4 comm in ref geſt. Alphon.

Hi ſunt, & alij ſimiles, atque valdè peiores ſæculi opum effectus ferè innumerabiles, ſuos aduerſus poſſeſſores inflicti. O quot quot nocte à furibus vita priuantur, vt de illorum domibus bona ſurripiantur! Sic diuitias, & vitam vna ſimul amittunt, qui turpiter, ac impiè viuendi numquam finem faciunt. Multi calumniam inferunt operarijs, mercatoribus, defraudatis eorum mercedibus; at ipſe iuſtus Iudex Deus quandoque permittit, vt ſic eorum interfectione malè parta tollantur à fure. *Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet, eas Dominus.* Seu extrahi permittet, vel faciet. Ait autem, quas deuorauit, quia laboratores, & artifices, quandoque pauca in dies paulatim, acquirunt, ſiue ſurripiunt non pauco quidem ſudore, ementes vendentes,

Iob. c. 2. b.

Digitized by Google

A operantes; at maiorum, & in ſæculo dominantium multi aliena deuorare, diglutire comperiuntur. Quorum vngibus minorum, læſorum nullus reſiſtere valet. *Ecce ipſi peccatores, & abundantes in ſæculo obtinuerunt diuitias*. Quò plura illi habuere, eo inſatiabiles maiora perquiſiere, & rapuere. Sed cum vitę diſpendio de illorum ventre vi magna, pietate nulla extrahentur. Romanorum exercitu ad Hieroſolymos migrante, ij metuentes, quod eis futurum erat, omnibus expoliari bonis, in exilium mitti, ſeu vita priuari, omnem auream diglutiebant monetam, ne à Titi Veſpeſiani militibus ea expoliarentur; at ipſorum militum auaritia, & immanitas effecit, vt Hebræos gladijs diuiderent medios, & de eorum ventre, quas deuorarunt, extraherent diuitias. Deo permittente, in eorum magni facinoris pœnam, licet temporalē. Diuitibus auaris, inſatiabilibus, iniuſtis raptoribus ſimilia contingere poſſunt iuſto Dei iudicio, prout ſupra enarrante Iobo. Pſal 72. Andr. Flor. tom. 2. de Auar.

Effectus ſunt hi ex opibus impiè paratis; poſſeſſis luxurioſèque inſumptis ac dirè pauperi denegatis, atque de laborantis mercede ſurreptis. Per fas, & nefas diuitiarum cumulatores ſuperbas domos ędificant, emunt vineas; ſed, hæc, & alia demum diſſoluenda, & vocem ſuo modo emittentia, velut quidam fortis, & magnus Domini exercitus contra ipſos coacernatores impios, iure perdendos impellentur. Sententia, & minatio eſt Sancti Abacuch Prophetę dicentis. *Quia lapis de pariete clamabit, & lignum, quod inter iuncturas eſt reſpondebit: Vę qui ędificat Ciuitatem in ſanguinibus, & pręparat vrbem in iniquitate*. Quamuis etiam exponant, poſſe ibi per lapides, & ligna intelligi homines iuſtos, in bono tolerantię ſtabiles, ab improbis hic damnificatos, in ære, & corpore læſos, contra improbum, & ferum oppreſſorem tunc, Dei ordinatione, conſurrecturos. *Stabunt iuſti in magna conſtantia, aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum*. Sed ſi laborem auferre, eſt potius quietem, & ſolamē afferre, atque quem afflictionibus leuare, cur eos aduerſus, & non pro eis ſtaturos ſapiens ille dixit? quoniam ibi per ablatos labores, defraudatę, vique ablatę laborum mercedes, & domeſticę res proprię intelliguntur, quas vtique parui fecere iuſti, ſed vltio fiet ex iudicio Domini. Abac. c. 2. c. B Sap. c. 5. a.

Vultis aliam audire in diuitibus quandoque contingentem miſeriam, & calamitatem? attendite, quod videns, atque præuidens Diuus Vates coronatus dixit. *Diuites eguerunt, & eſurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono*. Sed ſi diuites, quomodo eſurientes? quorum menſę mille diuerſis ſuperreplētur dapibus, opipare præparatis? qui repletione torquentur, langueſcunt in vtero, ebetantque ſtomaco? Audi, aliquando contingit, vt luxurioſè, & nimis amplam vitam ducentes, conſumptis male diuitijs eſuriant, famem, & ſitim per viam abſonantes eant. Cuius quippe rei formoſum dicitur eſſe hierogliphicum. Gallina, inter cuius pennulas aurum eſt poſitum; ferunt nāq; obſeruatores, à Gallinę carnibus, & pennis aurum conſumi, & ferme abſorberi illius carnes. Cui quidem picturę poteſt dicterium hoc apponi in propoſitum. *Diues intemperantia pauper*. Ac ſi diceatur, ad nihilum ſic ſuas redigit opes luxurioſè viuens, & poſt hæc qu acumque re familiari eget. Cui melius numquam diues, ſed potius pauper extitiſſe fuiſſet, nam inedia ſic non pateretur, erubeſcentia non cruciaretur aſuefactus à viuente laboribus. Quemadmodum & Agatocles, qui cum ex humili loco, patre, figulo, ad Regium Diadema, fortuna comitante, euectus fuiſſet, multis bellorum calamitatibus, & aduerſitatibus alijs preſſus, inter aurea vaſa ſuper menſam etiam teſtacea, & inter cibos Regios etiam ruſticales permiſceri volebat, tum in recordationē præteritorum, tum in præſentium leuamen laborum, qui & iure poterat vſurpare illa Dauidis verba. *Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea*. Proinde ſi dixiſſet, nec doleo, nec murmuro, nam huiuſmodi, atque maius iugum ferre aſſuefactus ſum. Pſal. 33. C Valerian. lib. 24. hierogl. Iuſtin. lib. 22 in eius vita. Pſal 87.

Verum ad rem noſtram. Audiant, qui paupertatem exhorreſcendo damnant, & quorumque temporalium opulentiam bonorum exoptando celebrant. Non poſſum huc non afferre illam Angelici Doctoris ſententiam, vere tanti Patris dignam, in pauperum conſolationem, & paupertatis laudem. ex aduerſo eorum, quę dicta ſunt ſupra de huius ſæculi diuitibus, & diuitijs. *Paupertas*, ait, *confert ſeptem bona, ſcilicet peccatorum recognitionem, virtutum conſeruatio-* Diu. Thom. ſuper. Iſaię c. 48.

nem cordis quietem, deſiderij impletionem, ſpiritualium bonorum dulcedinem, meritorum exal D
tationem, & Cæleſtem hæreditatem. Scio vtique, id totum eſſe intelligendum de
paupertate patienter, ac omni modo meliori tolerata. Attamen de diuitia-
rum opulentia, de ſæculi opum abundantia ſimile dictum numquam legi au-
diui, reperi; benè tamen contra, nec abſunt eas aduerſus Diuinij Eloquij ſen
tentię, Sanctorum Patrum Auctoritates, & Philoſophantium rationes, quas
huc referre omnes nimis prolixum foret. Illud attamen Sancti Iacobi Apo-
ſtoli præterire nequeo, ad diuitum iuſtam exhortationem, & ad pauperum
diuturnam conſolationem. *Audite*, inquit, *fratres mei dilectiſſimi, non ne Deus ele-*
Epiſtol. Iacob. c. 2. *git pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes Regni, quod promiſit Deus diligentibus ſe?*
Vos autem exhonoratis pauperem, non ne diuites per potentiam opprimunt vos? & c. Quid
nos dicemus ad hæc? illi ſuis in diuitijs contremiſcant, & pauperes æquanimi-
ter tolerare diſcant.

Pauperibus ſæculi aduerſa bene tolerantibus vniuerſi bona, ſed præſertim
æterna promittuntur. Quis ideo deſperatur? Quis propterea non confidit?
Quis non lætatur in his? Conſumpta Iudæis farinula, & ouibus, quas tulerunt
de Ægypto, tranſeuntibus illis per deſertum, vbi copia ſpinarum, carentia
delitiarum, famem, ſitum, paſſis ait Dominus. *Omnis locus, quem calcauerit pes*
Deut. cap. 11. d. *veſter, veſter erit.* Et iterũ ipſemet Dominus tempore Ioſue, cũ populo pergen-
tis per medios aduerſariorum cuneos dixit. *Omnem locum, quem calcauerit veſti-*
Ioſue c. 1. a. *gium pedis veſtri, vobis tradam.* Nec ait, locus ſiue terra, quam vidiſtis, tranſitis E
ſed quam calcauerit pes veſter; quoniam pede quid calcare, eſt quodammo
do illud contemnere, ne dum ipſa re, ſed pariter affectu, per pedem intelle-
cto. Notandum autem dixiſſe Dominum. *Quem calcauerit veſtigium pedis veſtri*,
Veſtigium non eſt pes, ſed pedis ſignum, ac ſi dixiſſet ne dum re ipſa, & affe-
ctu, ſed etiam omni affectus ſigno, vmbra, ſimilitudine ſunt contemnenda
hæc terrena, caduca, vt conſequamini æterna. Item veſtigium formatur, re
linquitur in luto, & puluere, in quę reſoluitur, quo ad corpus, homo. ac ſi
diceretur, quoties hæc terrena poſſidetis, ſiue intuemini, toties vos eſſe mor
tales recordemini, ſic facilius, & breui deſerenda contemnetis, & ad perpe-
tuas coronas peruenietis.

Pro nihilo tandem habeatis, nihilum curetis, ò pauperes, has ſeculi diui-
tias, & opes, nam ſicut rectè peragentes, ne dùm hę vobis adijcientur, ſed ſi
ne comparatione meliores, maiores, nimirum cæleſtes promiſſas, imperdi-
biles habebitis. Sicut reſponſum accepit tunc à Domino Petrus. *Ecce nos reli-*
Matt. c. 19. d *quimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis. amen dico vobis,*
quod vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede Maieſtatis ſuę
ſedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim. & c. Notandum autem non repetijſſe Domi
nũ, qui reliquiſti omnia, quod nec ſufficit, & multi, qui non omnia hic viuen
tes reliquere, ſalui tamen euaſere; ſed benè his vtentes ſecuti ſunt Dominum.
Quod autem ait. In regeneratione accepturos, ſciendum, duas eſſe regene F
Diu. Hiero. Interl. rationes; primam quę eſt ex aqua, & Spiritu Sancto; ſecundam, quando mor
tui reſurgent incorrupti, hìc de ſecunda intelligitur. demum fini hanc per bre
uem dando tractationem cum Diuo Patre Auguſtino pauperem, & diuitem
alloquor. Pauper es? ora ſuſtine, labora. Diues es? pauperibus elargire. In
hoc ſæculo ſit diues velut Cælum pauperi viuo. Cælum ſuper terram ros, &
pluuiam dimittit: terra verò ſurſum vapores in ratione gratiarum emittit. Da
diues pauperi eleemoſinam, & ipſe orabit pro te ad Dominum, vt illi, ac tibi
Cæleſte Regnum impertire dignetur.

Adhi-

Digitized by Google

A

Adhibendę ſunt diuitię, atque res cunctę in bonum ab omnibus poſsidentibus eas.

CVPIENTIVM & queritantium his rebus ditari nimis, & eas haud benè inſumentium fortaſſis cuique dabitur, atque dicetur illud Celij. *Craſſe, aurum ſitiſti, aurum bibe.* Effuſum in os eius igne liquefactum. per quod errauit, per illud obijt. Sed attendamus diuini eloquij apud ſapientiam ſingulare hoc dictum, & factum. Cum quidem ſceleratiores homines adorarent beluas, & ſerpentes Deus benedictus immiſit brutorum multitudinem animalium, eos mordentium, ac deuorantium. Sic impij iure experti fuere pœnas luiſſe, per quę peccauere. *Quod quidam, ait, errantes colebant mutos vel multos ſerpentes, & beſtias ſuperuacuas. & immiſiſti illis multitudinem animalium in vindictam. vt ſcirent, quia per quę peccat quis, per hæc & torquetur.* Caueat quiſque quomodo benè his caducis vtatur rebus, ne cupiens ex eis inane ſolatium, & iniuſtam commoditatem, exhauriat perditionem. Aul. Cel. lib. 1. c. 13. Sap. c. 11 c.

In memoriam nobis, quæſo, reuocetur illud Geneſis quarto. Cum Caim impiè fratricidium patraſſet, mox dominus ait illi. *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quę aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos. vagus, & profugus eris ſuper terram.* Conſiderant autem Doctores, præcipueque Procopius Doctor Gazeus, quòd Caim nedum inde profugus, ſed & tremebundus pergebat. O bone Deus, ſi pedibus, manibuſque tremulus erat, quomodo terram benè fodere poterat? quid quid ſit modò de literali intellectu, reſpondet idem Procopius in propoſitum, vt ſupra. *Id factum ei in pœnam peccati, quia ipſe manus ſuas impiè adhibuit in homicidium fratris.* Quoniam per quę quis peccat, per eadem iure torquetur. B Gen. c. 4. b. Procop. Gazæu.

Nec ſilentio prætereamus in propoſito illam quoque ſacrę Geneſis ſcripturam, & ſucceſſum. Quando Dominus Deus ſibi complacuit eripere Loth eius cum familia de illo Sodomorum, & Gommoræorum incendio cælitus miſſo, iuſſit illi per Angelum ſuum, ne retrò aſpiceret egrediens. *Noli*, ait, *reſpicere poſt tergum, &c.* Fortaſſis ne illorum improborum miſeretur, qui pio Loth oculo, ac prece indigni erant. *Quia damnatis non miſerendum.* Ait Gloſſa Moralis. Iuxta verò alios, ſenſus quoque dicitur talis eſſe. Quoniam non eſt reſpiciendum retrò, hoc eſt, non recedendum ab incepto opere bono. Vxor autem Loth velut curioſa mulier audiens quę fiebant, retroſpexit, & ibi remanſit facta ſtatua ſalis. *Reſpicienſque vxor eius poſt ſe, couerſa eſt in ſtatuam ſalis.* Sed cur potius ita, quàm lapidis, vel æris? iuxta communem reſponſio eſt, quòd ſicut ſal eſt condimentum ciborum, ita & illa fuit exemplum cunctis, ne retrocedant à mandatis Domini, ſed omninò iuſſis eius obtemperent. Gen. c. 19. d Gloſſ. Mor. Ibidem f. C

In propoſito tamen audiatur magnus Lyranus quid pulchrè attendendum dicat. *Hebræi, ait, dicunt, quod hoc factum fuit, quia nocte præcedenti peccauerat in ſale, vt ſic pœna correſponderet peccato. petenti enim Loth pro condimento cibi Angelorum, quos homines credebat, ipſa renuit apponere, quia ſecundum modum Sodomorum, inter quos habitabat, affectum ad hoſpites non habebat.* Quibus luce clarius apparet, quoniam per quę quis peccat, per eadem vt plurimum punitur. Sed nec prætermittatur neceſſarium illinc aliud nobis documentum, ſcilicet Loth ea die incendium euaſiſſe, quando præcedenti nocte magnam charitatem, & pietatis opus adhibuerat in ſeruos Dei Angelos, licet homines putatos tunc peregrinos, quibus ideo hilari animo conuiuium generoſè exoratis ad manendum, & comedendum parauit. *Charitas in Abel per ſacrificium læta; in Noe per diluuium ſecura, in Abrahę peregrinatione fideliſſima, in Loth eo ex incendio promptiſſima, in Dauid tribulationibus mitiſſima, &c.* Charitate, ac pietate in egenos vti non obliuiſcamur, & quamplurimum ex ea nobis bonum experiemus. Nicol Lyra. in Heb. D. Auguſt. de laud. charit.

Item, vt in ſuperioribus, ad propoſitum. Cum Propheta Sophonias prædiceret de interitu Ieruſalem Ciuitatis, de interitu huius mundi, de Iudicioque vniuerſali multa, in ipſius Domini Dei perſona inquit. *Et erit in die illa, ſcrutabor Ieruſa-* Sophon. c. 1. c.

Ieruſalem in lucernis. Vt quid opus tanta, & exacta adeo diligentia inquirendo quemquumque, quodcumque occultum cum lucernis, cum & ipſi Deo omnipotenti notiſſima ſint omnia? Remigius, & Nicolaus Lyranus ad literam, & hiſtoriam reſpondent, id intelligi factum tempore Chaldæorum, vel Titi Veſpeſiani, quando exercitus eius milites ad necandum quæritabant Iudæos in lucernis etiam in ſpeluncis, & cauernis ob timorem abſconditos. *Quia*, inquiunt, *Chaldæi, vel Romani, qui capta Ciuitate Ieroſolymorum cum luminaribus quærebant Iudæos abſconditos in locis ſubterraneis*. Nimirum ad eos interficiendos. Attamen in propoſitum Rupertus Abbas ait, id eos de ſuper iure meritò ſic permiſſum, qui per milites ita quæſiere ad interficiendum orantem in horto illo Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum Dei filium. *Quia*, inquit, *meritò illis ita redditum, qui per milites quęſierunt Chriſtum Dominum in lucernis, & linternis, ad mortem in horto Geteſmani*. Vnde verificatum benè cernitur, per eadem puniri quem, per quę delinquere non erubuit. D

Remig. Nicol. Lyra.

Rupert. Abb. ibi.

Denique conſideretur illud Dauidis iuuenis, poſtea Regis, qui cum ſenex factus eſſet, vix vi aut nullatenus calefieri poterat, quamtumuis pluribus, & valde quidem aptis circum operiretur veſtimentis. De quo diuinum eloquium in tertio Regum primo, *Cumque operiretur veſtibus, non calefiebat*. Et vnde hoc, cum tam valde robuſtus erat à iuuentute ſua confringens viuos leones, & vrſos ſuis ſolùm manibus; & multi ſenes, valdeque plures annos, quàm ille habentes, dum calidis veſtibus, & pelliceis operiuntur, calefiunt? Dauid autem tunc ſolummodo ſeptuaginta annorum erat, iuxta debitam ibi computationem. Magnus commentator Diuinę ſcripturę Nicolaus Lyranus, ibi plures huius facti cauſas, & rationes aſſignat, prout & nos quoque alibi alia occaſione. Subiungitque demum ille ſic. *Aliam cauſam aſſignat Rabbi Salomon, dicens, quòd hoc fuit in pœnam peccati, quo abſcidit oram veſtis Saul. Quod enim in hoc peccauerit, videtur, quia ibidem ſubditur. Poſt hæc percuſſit cor ſuum Dauid eo, quòd abſcidiſſet orā chlamidis ſaul*. E

3. Reg. cap. 1. c.

Nicol Lyra. Rabbi Salo.

Per quę ſiquidem peccauerat, per eadem pœnas dabat. Diſcant vniuerſi bene ijs, quę habent, quę poſſident, quę ſe eis occaſionaliter offerunt, vti; ac bene in ſe & in alios adhibere; alioquin iuxta experientiam, erunt eiſdem in pœnam. F

PARA-

Digitized by Google

PARAPHRASES ET MORALES CONSIDERATIONES

In Primum Sanctiſsimi Natalis Domini Euangelium.

Exijt edictum à Caſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus Orbis. Luc. c. 2. 1.

A BENE quidem iuſſus eſt orbis deſcribi vniuerſus, eo veniente, oriente, qui totum mundum venit redempturus; non enim pro hoc, & illo ſaluando tantum, ſed pro toto genere humano oritur Saluator paſſurus, & moriturus. Cui perbellè facit conſideratio hæc. Natus Dominus in Præſepio ponitur, cum in diuerſorio alius non eſſet locus, cuius autem illud Præſepium eſſet, non dicitur, ſed potius communitatis fuiſſe creditur, vt ſic pro populo in communi, non pro vna tantum natione ipſe Dominus veniſſe, conſideraretur. De Domino nato mundi Saluatore cum Angelus apud eumdem Lucam Euangeliſtam Paſtoribus loqueretur ait. *Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus Dominus in Ciuitate Dauid, & hoc vobis ſignum, inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in Præſepio.* Verba perpendantur hæc. Angelus dixit ſe Annuntiantem gaudium, omni populo futurũ non vni populo tantum. Vbi, & Caetanus ſingularem de Domini Præſepio conſiderationem habens inquit. *Hic inſinuatur, quod Præſepe illud notorium erat vnicum, & commune, alioquin Angelus aliquam particularem conditionem addidiſſet ad diſtinguendum illud Præſepe ab alijs, & hoc atteſtatur, quod velut per antonomaſiam appellabatur Præſepe.* Ex quo vult Deus ipſe cognoſci vniuerſorum Dominus, & ad vniuerſalem veniſſe ſalutem. Hinc, & Angelus dixit ſe annunciantem gaudium magnum, illinc fortè cauſam eius deductam, quoniam Dominus non in loco, in Præſepio particulari, ſed communi naſceretur, non videlicet ad vnius populi, ſed ad vniuerſi conſolationem, ſolatium, & ſalutem.

Luc. c. 2. 6.
Caetan.

B

Præfata verò mirè confirmantur non minori conſideratione ſcripturali, nimirum Domini natiuitatem fuiſſe ad vniuerſi conſolationem, & ſalutem. Apud Ioannem octauo ipſe dixit de ſe Dominus. *Ego ſum lux mundi.* Vbi Cardinalis Toletanus ait ſcitè gloſſando præſertim noſtro in propoſito. *Sum lux mundi, non Galilęę tantùm, non Paleſtinę, ſed mundi totius, illuminans ſcilicet mundum, luce naturę, fortunę, gratię, doctrinę.* Et iterum apud Euangeliſtam Marcum de multa turba concurrente ad audiendum Chriſtum Dominum, atque de ipſomet nauim conſcendente, turbaſque in littore ſtantes edocente narratur. Super quem locum bellè quidem inquit Victor Antiochenus. *Indicat enim ita appoſitè, accuratèque teatrum inſtituiſſe, vt nulli omninò dorſum obuerteret, verum omnes ex aduerſo poſitos haberet.* Quoniam omnes ſua ſancta doctrina imbui, & ſaluos fieri volebat; venit enim ipſe pro vniuerſi populi ſalute. *Deus autem Rex noſter ante ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terrę.* Vbi Caſſianus ſic. *Ante ſæcula ſecundùm diuinam determi-*

Ioan. c. 8. 12.
Tolet.
Marc. c. 4. 1.
Victor. Antioch.
Pſal 73.
Caſſian.

terminationem. Poſt hæc in tempore executus, ſed in medio, non in angulo terræ, in Hieruſalem, quæ eſt in medio terræ; Sanè vt id factum toto pro orbe terrarum agnoſceretur. Venit enim Dominus Saluum facere, quod perierat, hoc autē nō tantū hic, & ille homo erat, ſed totum genus humanū. D

Luc. c. 19. b.

Inter alia, quæ miſſus a Deo Angelus ad annunciandum ſanctiſſimæ Incarnationis myſterium Beatæ Virgini Mariæ dixit, illud vnum præcipuè fuit, conſiderandum nobis. *Ecce concipies in vtero, & paries filium, & c.* Nec ait tibi naſcetur, prout Zachariæ de Ioanne naſcituro dictum. Quare ſic? id quòque attendens, ſed mirè expendens Sanctus Petrus Chryſologus, hanc mirabilem, eo in loco, aſſignat rationem. *Alia, inquit, filij Dei, & alia filij Zachariæ lex. hic enim patri ſingillatim, & matri naſcitur. At Dei filius non matri ſolum, ſed omnibus hominibus indiſcriminatim, oriturque vt ſol, ac communis orbis Pater*. Item Angelus idem vlterius de Chriſto naſcituro eadem cum Virgine Beatiſſima verba faciens, ſubiunxit. *Et regnabit in domo Iacob, & c.* Et non in domo Abraham, Iſaac, Dauidis, & aliorum quoque Patrum? etiam. Sed eius ſpecialis mentio fit, quoniam, vt conſiderat, & ait Sanctus Pater Auguſtinus. *Iacob repleuit benedictionibus omnes filios ſuos, non vnum tantum, ſicut nouellæ oliuarum in menſa Domini ſtantes ad lectum patris ſui, benedictionibus replendi*. Ac ſi dixiſſet, ſic, ſic Dominus delectatur ad vniuerſos reſpicere donandos ſancta benedictione, non tantum ad vnum, quoniam Dominus vniuerſorum.

Luc. c. 1. ç.

Diu Petr. Chryſol. Epiſ. Rau.

Luc. vbi ſupra.

D. Aug.

Huc pariter miro modo venit illud Canticorum. Sollicitè ſponſa inuitante ſuum cæleſtem dilectum deſcendere in hortum ſuum, his affectuoſè verbis *Veniat dilectus meus in hortum ſuum*. Quòd enim ſponſa ſuum nouerat, benè dilecti ſui eſſe aſſerebat. Ille attamen illuc venire deſcendere prorogabat, & quare ſic Domine? cur tuam differs conſolari dilectam? Attende reſponſionem, audi eum ſupra iam dicentem. *Ego flos campi, & lilium conuallium*. Inuitor ad vnū hortum, ad vnius ſpecialem locum, ego autem ſum ornamentum campi, & vallium, omnibus videlicet exponor colligendus, pro cunctis natus. Eumdē ſenſum facere dicantur ea eiuſdem Domini apud Lucam verba. *Ego in medio veſtrum ſum*. Et cur non ait, apud vos ſum? quoniam medium velut centricus punctus eſt, ad omnes æque reſpiciens partes, ſic ideo Dominus ait, quoniā ad omnes ſaluandos aſpicit. Conſideratio eſt Diui Patris Auguſtini in Pſalmos. *Quid eſt, ait, Deus in medio? hoc ſignificat, quòd æquus eſt omnibus Deus, quemodo ſi illud in medio eſt, paria habet ſpatia ad omnes fines, ita Deus dicitur eſſe æqualitèr in omnibus*. Et hæc potiſſima ratio, qua naſcitur in communi Præſepio, non in huius, vel illius ſtabulo. E

Cant. c. 5. a.

Luc. c. 22. b.

D. Auguſt. in Pſal. 45.

Similis conceptus laudabilis exhauritur illis ex eiuſdem Chriſti Domini verbis iuxta Euangelium Ioannis. *Ego ſum, ait, via, & c.* Et cur non ait, ego ſum vicus, ſemita, vel calis? Sanè quoniam ea omnia ſunt fermè, ac vt plurimū particularia, huius, vel illius Domini terreni. At via communis eſt, quiſq; volens, per eam tranſire poteſt. Conſideratio eſt Diui Thomæ Aquinatis Angelici Doctoris, de regimine Principum ſic dicentis. *Ego ſum via, inquit, Dominus; quia viæ ſunt communes omnibus, propter quod prohibentur à nemine occupari, nec vlla præſcriptione ius de eiuſdem adquiri*. Viam ſe dixit ad Cælum videlicet perducentem, nemini denegatam volenti; & ideo naſcitur in communi Præſepio, non in alicuius hortulo; non pro ſalute tantum vnius hominis, ſed pro totius humani generis reparatione. Verùm etiam aliæ ſuper Euangelium conſiderationes nos expectant. F

Ioan. c. 14. d.

Diu. Thom. de regim. Princip. lib. 2. c. 11.

Et ibant omnes, vt profiterentur, ſinguli in Ciuitate ſua. Graue negotium erat, iuſſio Regis vrgebat, omnes obtemperabant; ſed notate; ſua in Ciuitate, non ad aliam curſitabant, eo profeſſionis tempore, immo & qui alibi erant ad propria reuertabantur, ne de eorum numero vnus quidem defraudaretur. O fideles, morale vobis attendite documentum. Nullum ſanè maius negotium in Vrbibus Chriſtianorum, quam fideliter ad Sanctiſſimum Altaris Sacramentum, piè, deuotè ſtatuto tempore ſumendum accedere, iuxta Eccleſiæ Sanctæ præceptum; ſed proh dolor, quot, quot ijs diebus loco aſcendendi propriam in Ciuitatem, & Parochiam, recedunt? Se vrgentia habere alibi negotia fingunt, ſed vt cum concubinis delinquant, inimiciſque non parcant, peregrè proficiſcuntur? A fideli ſponſa diſcant id bene peragendum dicente.

Moral.

Indica

Digitized by Google

A *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt Greges, &c.* Tu optimè ſcis, ò Chriſtiane, tua in Ciuitate in Parochiali Eccleſia eſſe Chriſtum Dominum, eo in Sanctiſſimo Altaris Sacramento, ibi moratur, ibi te ſacramentaliter paſcit. Cant. c. 1. b.

Cur aliò petis? Cur vagari vis? Sanè vt poſſis commodius fornicari. Benè autem illa inquit. *Poſt greges.* Inſtar filij prodigi, qui è domo patris ſui diſcedens, ne obtemperaret, neue benè ageret, ſed vt ſuis turpiter ſenſibus indulgeret. *Peregrè profectus eſt, in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè, &c.* Cum ſcortis, & meretricibus. Verè à Deo Patre, & eius domo longe recedit, qui huic Sanctiſſimo Sacramento fideliter communicare, peccataq; deſerere nolit, ſed vtraq; ſubſtantiã ſuã conſumit, & huiuſmodi regionis ciui Diabolo adhæſit; ducit, atque paſcendos ſubſequitur porcos, ſuiles ſenſus ſuos. Ecce fructus, ecce cibus multorum à Patria recedentium alio vt maneant in delicto, & ne cum fidelibus ſtatutis diebus, confiteri, communicareque ſanctiſſimè cogantur, Luc. c. 15. c.

Vt profiterentur ſinguli in Ciuitate ſua. A propoſita morali non diſcedendo materia, videlicet de non conuenientibus, ne Sanctiſſimo communicent Sacramento, dicamus eos eſſe fermè ſimiles turpiſſimo Amnon, licet Regis Dauidis filio, qui vocatus ad regalia ſolemnia, noluit ire, ſed in lectulo cubans finxit ſe male habere, vt commodius poſſet rem cum ſorore Thamar habere, Regi Patri eum inuiſenti dicens. *Veniat obſecro, Thamar ſoror mea, vt faciat in oculis meis duas ſubitiunculas, & cibum capiam de manu eius.* Quod totum à Rege conceſſum conuertit in malum; ſiquidem eam deturpauit, dirè dimiſit, & ex hoc miſerè, ſed iurè vitam amiſit ferro tranſuerberatus. Omnes fideles debitam ætatem habentes ad ſolemne conuiuium ſacramentale accedere iubẽt atque ſic deſcribi tenentur. Quorum nonnulli venire, obtemperare contemnentes, ſe dicunt ægrotare, vt poſſint ad illicita domi manere: vel reſponderi faciunt magnum aliò ſibi negotium, forte ad conſulendum medicum, & ineunt Diabolum. Vlyſſes ob eximium in Penelopen Icari filiam amorem, ne ad bellum Troianum iret, ſe abdidit, atque ſtultum diſſimulans. *Iunctis duobus longe inter ſe diuerſis animalibus aratro littus proſcindere cæpit.* Ecce multorum imago, qui turpi mulierum amore ducti, inſanientes, fingunt haud poſſe ad belligerandum aduerſus carnem, dæmonem, & mundum ire, ſed poſt bruta animalia, poſt ſuos brutales ſenſus euntes, terram ad ſe abſorbendos fodientes ſalem diſſeminant, hoc eſt, omnem ſapientiam ſalutarem amittunt. Antiſtites verò, & Parochi, qui talia diſſimulando permittunt, magnum æterni ſupplicij periculum ſubeunt.

B 2. Reg. cap. 13. b.

Natal. Comes. Mithol. lib. 9. c. 1. de Vlyſſe.

Aſcendit autem Ioſeph à Galilea, &c. Bene quidem Ioſeph iuxta nomen ſuum, quod interpretatur auctus, vel augmentum, aſcendere dicitur de Galilea, quę interpretetur rota, qua huius ſæculi, & rerum eius fluxibilitas, & curſus intelligitur, quoniam is, qui moratur, atque delectatur in his non aſcendit, ſed verè deſcendit, immò & in via Domini, qui non in dies proficit, quiue non augetur virtutibus, & meritis, quaſi deficit, retrogreditur, ſe diminuit ſpiritualibus bonis. Eorum hominum, qui vitę ſpirituali operam dare creduntur, alij quidem incipientes, alij proficientes, alij verò perfecti eſſe dicuntur Hi autem nouiſſimi ſunt magis in Cælo tales, ideircò vlterius non proficiunt meritorum augmento, ſed ſiſtunt. Primi dicuntur tale iter incipere; alij verò proficientes, hic non permanenter ſtare, ſed proficere, vlteriuſque in bonis ſpiritualibus ire. Qui non proficit ſic, fermè retrocedit, non enim ſtatum ſed curſum cepimus. Et quodnam ſuit illud vxoris Loth retroſpicere? Sanè vlterius in bonis ſpiritualibus, & virtutum actibus nolle progredi, & aſcendere, ideoque immobilis ſtatua ſalis ipſa ſtetit, & exemplum ceteris benè cauendi ſe præbuit. *Quod ſi ſtudere perfectioni, eſſe perfectum eſt, profectò nolle proficere, deficere eſt. Vbi ergo ſunt, qui dicere ſolent, ſufficit nobis, nolumus eſſe meliores, quam Patres noſtri? O Monache, non vis proficere? Non. vis deficere? Nequaquam. Quid ergo? Sic mihi inquis, viuere volo, & manere, in quo perueni, nec peior fieri patior, nec melior cupio Hoc ergo vis, quod eſſe non poteſt, &c.* Ita Diuus Bernardus in quadam Epiſtolarum ſuarum ad Abbatem Garinum ſcripſit, atque vlterius proſequitur multa enarrando de non perſiſtendi, ſed proficiendi neceſſitate.

C

Gen. c. 19 f.

D. Bernard. Epiſt. 251. circa mediũ ad Gar. Abbat.

Aſcendit autem Ioſeph à Galilea. Ab eodem non recedentes argumento, dicamus ſic. Cum non habeamus hic Ciuitatem permanentem, ſed futuram inquiramus, ad quam peruenitur itinere lapidibus quadratis ſtrato, ſcalis valde productis. quarum gradus virtutes, & merita ſunt, non eſt, quod de ſtatu hic ſed de progreſſu, & profectu vlterius benè cogitemus. Magnos piſces non capiunt piſcatores ad littora ſtantes, ſed nauibus in altum deducentes, ſicut Chriſtus Dominus Apoſtolo Petro dixit. *Duc in altum.* O Chriſtiane, ò Monache, tu ad littoris facilitatem in minimi laboris riuulo manere vis, & nullum profectum, minimam boni capturam facies. Attende Dominum dicentem, ducendum eſſe in altum, nempe vlterius, in altiores meritorum fluctus in laborum, & virtutum actus. Pœnitentiam agere optimum, immò, & neceſſum, ſed eam quoque in dies augere, opere pretium eſt. D

Hebr. cap. 13. c.

Luc. c. 5. a.

Cum Dominus ingemiſcenti peccata ſua, & veniam petenti in domo Phariſæi Magdalenę dixiſſet. *Remittuntur tibi peccata.* Quoniam dilexiſti, ſimulq; delicta tua ingemuiſti corde, oculis, ore, paulo inferius ibi ſubiunxit ei. *Vade in pace.* Quorſum nouiſſima hæc verba? num metuebat Dominus eam in poſterum ibi remanſuram? non, optime enim tenebat mox illinc egreſſuram, ſed eſt proinde ſi dixiſſet. Bene quidem te geſſiſti, dum ſic pænitentiam egiſti, ſed in ea proficere, eam quæras augere. Vade ſic in pace, hæc pax tua, quę fiet tibi glorioſa, & æterna. Iuit, retro non proſpexit, nec ſolum in ea cœpta pænitentia ſtetit, ſed proficiens in montana ſpeluncam penetrauit, in actibus pænitentialibus maximopere profecit, & plures glorię gradus adepta eſt in cæleſtibus. Sic, ſic & nos aſcendamus, vt profectum faciamus. E

Luc. c. 7. g.

Vt profiteretur cum Maria, &c. Verba hæc non abſque myſterio præſertimque morali notantur. Aſcendebant ad profitendum, vbi Chriſtus erat mox naſciturus. Ipſe concipitur, & paritur frequentius ſpiritualiter in hominum iuſtorum, & piorum cordibus. Propterea intelligi datur nos noſtro in corde purgato pacato debere profiteri Domino, velle videlicet ei fideliter deſeruire, ſollicitè obtemperare, vt pariter ſic in nobis concipiatur, & oriatur. Conſideratio eſt Gloſſę Interlinearis, ex Patribus dicentis. *Et vbi profiterentur Iuſtus, & Virgo, niſi vbi Chriſtus naſcitur, in corde pacato?* Nazaret, flos, ſeu floridus interpretatur. Bethleem verò domus panis, vel refectionis ſonare dicitur. Eo in loco Dominus concipitur, in iſto naſcitur, ſanè vt denotetur, quod ſi te virtutum, & verbi Dei floribus exornaueris, atq; domũ ſanctę refectionis per charitatem, & dilectionem effeceris, in te quoque Dominus concipietur, & tuam in ſalutem orietur. Conceptus eſt, & enarratio Venerabilis Bedæ hunc ſuper locum dicentis. *Quotidie Dominus in Nazaret concipitur, in Bethleem naſcitur, cum quis flore verbi Dei ſuſcepto ſe Domum æterni panis operando efficit. Quaſi in aluo virginali concipitur in corde credentis per fidem, generatur per baptiſma, paritur per bonum opus, & exemplum ſancta imitatione dignum.* Quod perbellè confirmatur eo quod ait ipſe Dominus Iudæis, dicentibus eum à fratribus foris expectatum, nempe matrem ſuam, fratrem, ac ſororem eſſe, voluntatem videlicet patris ſui facientes. Ac ſi dixiſſet tales concipere, & parere ſpiritualiter ipſum propriã in ſalutem. Quod Sanctus Apoſtolus quoque voluit alludere, dicendo, eos parere, donec in illis formaretur Chriſtus. Ore, corde parturiebat, donec ipſi pariter ſibi ad ſpiritualem Chriſti formationem ſuis in cordibus per fidei viuacitatem cooperarentur. F

Interl.

Vener. Bed. in Euang. Luc. c. 2. lib. 1. c. 5. tom. 5

Matth. cap. 12. d.

Galat. c. 4. c.

Vt profiteretur cum Maria, &c. Benè quidem dicitur, vt cum Maria profiteretur, dum enim cum ea ibat, optimum profectum faciebat, eique ſpiritualia augebantur dona: de virtute in virtutem pergebat, & meritis concreſcebat: didicit mores caſtiſſimę vxoris, & ad perfectionem integerrimam peruenit. Audiens coniugem Mariam Virginitatem vouiſſe, & ipſe vouit, votumque confirmauit. De qua re Sanctus Hieronymus contra Eluidium, negantem perpetuam Marię Virginitatem, ait. *Tu dicis, Mariam Virginem non permanſiſſe, ego plus dico, etiam ipſum Ioſephum Virginem fuiſſe propter Mariam.* Illa geſtabat in vtero perhennem gratiarum fontem, qui nullis impedimentis ex eo virginali alueo chariſmatum copiam, & multiplicitatem eo magis ſuper adhærentes, & propinquos effundebat. *Puteus aquarum viuentium, quę impetu fluunt de Libano.* Ipſa Virgo Maria candidus Libani puteus, in quo, & ex quo fons ille perhennitatis

Diu. Hiero. contra Eluid

Cant. c. 4. d.

vtique

Digitized by Google

A vtique per ſeipſum eructabat, vrgebat. Apud eam igitur, qui aderat, quomodo ſacrarum, & ſpiritualium donationum abundantiam euadere poterat? talis autem Iuſtus Ioſephus erat. Lectu ſanè dignum, & memoria peruoluẽdum illud, quod Sanctus Bonauentura de Ieſu Chriſto Reparatore noſtro dixit hoc. *Operabatur ſalutem in medio terrę, in vtero ſcilicet Virginis Marię.* Ex ea vero miranda, & ſpiritualia cadebant immediatè donaria ſuper Ioſephum ſtantem prope Mariam Virginem. Quemadmodum ſol ſuis radijs penetrando albam ſubtilemque nubeculam, & quę propinquiora ſunt prius, atque abundantius colluſtrat, & calefacit. Similia contingebant viro Sancto Ioſeph Virginis Marię cuſtodi, ſponſo, coniugi caſtiſſimo, dum cum ea, & ſub eius vmbra, vt proficeretur in Ciuitate ſua pergebat. Diu. Bonau. ſerm. 2. de Pentec. Simile.

O quam bonum faciunt profectum, quicumque ductricem habent Beatã Virginem Mariam, atque ſub eius protectione, vmbra, deuotioneque migrant de hoc militantium Ciuitate Eccleſia, ad imperdibilis æterni panis glorioſi domum, Hieruſalem ſupernorum! Audiatur, quod ipſa Virgo Beata dicat in Canticis de ſe ipſa. *Ego murus, & vbera mea ſicut turris.* Sed ſi murus, quomodo vbera, & turris? Et ſi turris, quomodo vbera, & murus? Quoniam Virgo Maria per effectum, & miram operationem, eſt hæc omnia, vt murus, ne nos cadamus, ſubſtentat: vt habens vbera, ne deficiamus, cibat: & vt turris fortiſſima, ne perdamur, ſuſcipit, & in viam dirigit. Eius ſub vm- Cant. c. 8. d.
B bra viuamus, vt ſpiritualibus donarijs repleti, [illegible] tuti ad cæleſtia procedamus cum ea, mirum in via facientes profectum. Iſaię diebus ſeptem mulieres cupiebant vmbram, & protectionem vnius tantum viri, ſperantes poſſe ſic in tuto eſſe, & lædi à nemine, eius dumtaxat vmbra fretę. *Et apprehendent ſeptem mulieres virum vnum in illa die, dicentes panem noſtrum comedemus, & veſtimentis operiemur, tantumodo inuocetur nomen tuum ſuper nos, aufer opprobrium noſtrum.* Nos autem omnes Dei gratia fideles hanc vnam piè, deuotèque mulierem Virginem matrem ſuſcipiamus protectricem, ductricem, panem noſtrum ſacramentalem comẽdamus, pannis noſtris, nimirum Ieſu Chriſti mandatis omnibus obſeruandis veſtiamur, atque tantę Virginis matris nomen quotidie, horiſque ſingulis ſuper nos inuocetur, vt quodcumque noſtrum opprobrium, & periculum auferatur, atque ſic tuti proficientes in via Dei, ad ſupernam Bethleem feliciter peruenire mereamur. Iſai. c. 4. a.

Conſiderantes, deprecantes nos potentem, & piam comitem nobiſcum habere Mariam Virginem, quemadmodũm olim Dauid Domino, ſic & nos modo eidẽm, atque eius benedictę Matri dicamus, quilque inquam noſtrũ. *Nam, & ſi ambulauero in medio vmbrę mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Et iterum ibidem paulò ſuperius ea ego Dauidis verba humiliter vſurpando dicam in propoſito. *Domina regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuę ibi me collocabit.* Pſal. 22. Ibidem.
In eloquio ſimiliter veteri diuino legitur de Raphaele Angelo, qui cum To-
C biam iuuenem in itineris longitudine comitando fidiſſimus ductor, & cuſtos multa, & miranda peregiſſet, exacta à Gabelo pecunia, interfecto piſce deuoratore, deducto cum ſalute Tobia liberato à Dæmone Sara, ſanato à cæcitate pio patre, atque ſimilibus peractis, ſe demum reuelauit eis dicens. *Ego ſum Raphael Angelus, vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum.* O ſanctiſſima Dei Mater immaculata ſuper omnes Angelos exaltata, quę ſemper ſtas ante, vel à dextris filij tui Domini noſtri, ne dedigneris venire noſtrum in adiutorium, te ducem habeamus in via, fac nos redimere, exigere quę dona amiſimus ſpiritualia, perfidos eijce Dæmones, venenoſos piſces, à ſpirituali cæcitate tua ſanemur ope, & noſtris quæſumus dicas animabus. *Ego ſum Virgo Maria mater Dei glorioſa. Pax vobis nolite timere ego vobiſcum erõ.* Sic ſic Domina, ſub vmbra tua, te duce optimum faciemus hac in via ſalutarem profectum ad Regna Cælorum, nobiſcum Virgo Mater ſi fueris, proſperum iter erit. Tob. c. 12. d.

Cum Maria deſponſata ſibi, &c. O quam tuta, & iucunda comitatio, vbi Maria Beatiſſima Virgo! O quam dulce, ac ſuaue nomen tuum, ò Maria Virgo virginum! Triſtatur quis? Verſatur in periculis? Virginis Marię Dei genitricis nomen deuote, fidenter inuocet, & quę dico experietur, cor ſuum iucundari, pericula euaneſcere, tolli ſentiet. Cui bellè dicatum eſt illud, quod ſuper eius altare in Æde Diui Auguſtini de Vrbe elogum hoc legitur.

Cæli gaudium, D
Mundi auxilium,
Purgatorijs Solatium.

In Eccl. S. Aug. de Vrbe.

D. Bernard. ſuper Miſſus hom 2.

Hanc admirando venerans, & inuocando laudans Diuus Bernardus ſuper Miſſus eſt appellat. *Stellam ex Iacob, cuius radius vniuerſum orbem illuminat; cuius ſplendor & præfulget in ſupernis, & inferos penetrat, calefacit mentes, fouet virtutes, vitia excoquit.* Hæc ipſa eſt Magnus mons pietatis, ne dum in hac, vel illa Ciuitate, ſed toto in orbe. De qua forte illud Dauidis iure vſurpandum. *Mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo.* Bene autem ait, in eo, non ſolum ſuper eum, quoniam eius puriſſima ad inhabitandum penetrauit intima. Appende vota, da Symbola, ô deuotè fidelis, & retribuetur tibi ne dum cenſus ſpiritualis, ac terrenus, verum & capitale totum, ac vltra. De Atlante quodam gygante ferunt fabuloſè, quod ſuis humeris, & brachijs vniuerſam hanc mundi machinam ſubſtentabat; ſed inane hoc, & leue. At beatiſſima Virgo Maria in vtero continuit, in brachijs, & vlnis geſtauit conditorem vniuerſorum Deum hominem factum. Hinc & Diuus Epiphanius oratione de Virginis laudibus eam appellat. *Thronum diuinitatis.* Et iterum Sanctus Anſelmus de excellentia tantę Virginis ait. *Hoc ſolùm de ſancta Virgine prædicari, quòd ſit mater Dei, excedit omnem altitudinem, quę poſt Deum dici, vel excogitari poſſit.* O Thronus Dei, Regina mundi, eſto adiutorium populo Dei, ne deficiat in via; ſed quò coronanda fælix aſcendiſti, valeat tuis precibus fidelis & pius ſubſequi. E

Pſal. 67.

D. Epiphan. orat. de laud. Virgin.
D. Anſel. lib. de excell. Virg. c. 2.

De tantę Virginis excellentia bonitatis, gratię, formoſitatis, innocentię, poteſtatis, glorię concinuerunt deuotione, lingua, calamo ſancti Patres, & ferè vniuerſi Doctores, atque iure faſſi ſunt potuiſſe vix vi ora veſtimentorum, meritorum eius attingere. De qua, & cui Diuus Pater Auguſtinus ingeniorum apex inquit in ſermonibus de ſanctis. *Quid dicam pauper ingenio? cum de te quidquid dixero, minor laus eſt, quam dignitas tua meretur? ſi Cælum vocem, altior es: ſi matrem gentium dicam, præcedis: ſi formam Dei appellem, digna es: ſi Dominam Angelorum vocitem, per omnia te eſſe probaris.* Hæc Lunam calcat, Solem induit, ſtellis ſe coronat, & prægnans quem Cæli capere non potuerunt in ſe continet Deum hominem factum. Solis huius radijs pulchrè foris exornatur, & intus myſtico ſole diuino repletur. Quid poſt Deum formoſius, maius, ſplendidius ea vniuerſorum ſplendorum cunctarum formoſitatum effectorem continente? Hæc, hæc ideo maior vniuerſo eſt effecta. *Magnum re verà Virgo hæc mundi miraculum eſt; & quid enim in rerum vniuerſitate queat hac maius, & ſublimius inueniri? ſola hæc Cælum, & terram amplitudine ſuperauit.* Ita conclamauit Diuus Chryſoſtomus inter ea multa, quę de hac Virgine beatiſſima deuotiſſimè ſcripſerat.

D. Auguſt. ſerm. 35. de Sanctiſ.

D. Chriſoſt. In hypap Domini.

Nequeo quoque modò non referre, quod Sanctus Dionyſius Areopagita hac viſa Virgine, ſuper omnes creaturas admiranda, in Cælum ad Deum in quadam Epiſtola ad Sanctum Paulum Apoſtolum (ſi tamen illius Auctoris eſt) flendo, & exclamando ita aſſeruit. *Fateor coram omnipotentia Dei, & clementia ſaluatoris, & gloria Maieſtatis Virginis matris eius, quoniam, cum à Ioanne vertice Euangelij, & prophetarum, qui in corpore habitans, quaſi ſol fulges in Cælo, ductus fui ad Deiformem præſentiam altiſſimę Virginis, tantus me ſplendor circumfulſit exterius, & plenius irradiauit interius; tanta etiam in me odoramentorum omnium ſuperabundauit fragrantia, vt nec corpus infelix, neque ſpiritus poſſet tantę fælicitatis inſignia ſuſtinere. Defecit cor meum, defecit ſpiritus meus tanta gloria Maieſtatis oppreſſus. Teſtor, qui aderat in Virgine, Deum, ſi tua diuina doctrina non me docuiſſet, hanc verum Deum eſſe credidiſſem.* Cum hac ſemper admirabili venerandaque Virgine ſibi deſponſata vxore iter Sanctus Ioſeph habebat, vt ſua in Ciuitate Bethleem nuncupata profiteretur, atque de facto magnum continuò profectũ feciſſe credendus tantę Virginis cuſtos, comes, & coniux. F

Diu. Dion. Areopag. in Epiſtol. ad D. Paul. Apoſt. Apud Ioan. Mendoz. in 1 lib. Reg. c 4. n. 10. §. 30.

Tanto fulgebat Virgo maieſtatis ſplendore, vt operepretium fuerit, quod ammodo declarare illam non eſſe ipſum Deum, ſed hominem, creaturam. Hinc fortè hoc ſenſu (prout adnotauit Sanctus Epiphanius libro aduerſus hæreſes tertio) Chriſtus Dominus in Cena Galileę nuptijs vocauit eam mulierẽ dicens. *Quid mihi, & tibi mulier?* Ne illa videlicet eſſe Deus videretur, crederetur ob magnam, quam Virgo mater præſe ferebat maieſtatem, decus, amplitudinẽ. Quem pariter ſenſum poſſe facere dicantur ea Eccleſiaſtici verba, quę Beatę virgini Marię ab Eccleſia tribuuntur hæc à nobis alibi ſimiliter ex-

S. Epiph l. 3. Panarij. hæreſ. 79.
Ioann. c. 2. 2.

penſa,

Digitized by Google

A penſa. *Et dixit mihi Creator omniũ, & qui creauit me requieuit in tabernaculo meo.* Quibus, (Eccl. c. 24. a.) clarè vt innoteſcit, Deũ illa nominat ne dum aliarum rerum, ſed & ſui ſeorſũ ipſius Virginis Matris creatorem: Sanè mixtã myſterium, ne quis putaret tan tam Virginem ipſam Dei omnipotentis Matrem inter ceteras creaturas mini me connumerandam. Siquidem ſuper omnes alias ſplendore, virtutibus, maieſtate, meritis, gratia, pietate, gloria præfulgentem.

Huc optime venit illud Zachariç quarto: *Et adducet*, ait, *lapidem primarium, & exequabit gratiam gratię eius.* (Zach. c. 4. b) Vbi adnotante Galatino, (Galat.) Rabbinorum nonnulli dixere, per lapidem primarium benè intelligi matrem Magni Meſſię ſanctiſſimi tunc futuri. Alij verò vt Diuj Hieronimus, (Diu. Hieron.) & Remigius aſſerunt intelligendum Meſſiam ipſum, lapidem Angularem, immò & fundamentum Eccleſię, (D. Dionig.) ita nuncupatum quoque ab Apoſtolo, ad Corinthios ſcribente. (Corint. 1. c. 3. c.) *Lapis*, aiunt, *illi, primarius, verbum, quod eſt in principio apud Patrem, quod educitur, de ſinu patris, in carne, &c.* Bene quidem hæc omnia, verùm quid dicemus, & quomodo intelligendum, æquandam gratię eius gratiam? fortè ſic, quoniam Deus tantam gratię abundantiam daturus erat beatę Virgini Matri ſuę, vt quodammodo æquari videretur Chriſto ipſi Domino, lapidi verè primariò. *Vidimus eum*, ait, Ioannes, *plenum gratię, & veritatis.* (Ioan. c. 1. b.) Et iterum beatę Virginis Marię, mox ad eſſe Dei matrem extollendę Angelus, ait. *Aue gratia plena, &c.* (Luc. c. 1. d.) Immo, & ſuperplena, in quam ſuperuenit Spiritus Sanctus, & virtus Altiſſimi obumbrauit ei. B Sed Chriſtus Dominus alio quippe modo, gratia plenus, nam ex ſemet ipſo, ſiquidem ille Auctor, Inuentor, & impertitor gratię. Immaculata verò Virgo totum ab ipſo Domino conſecuta. Quę de huiuſmodi ſua gratiarum plenitudine ſuper nos copioſè, largiter effundit; ſed iam ad reliqua huius Euangelij verba, paulisper ad huc conſideranda reuertamur.

Factum eſt autem cum eſſent ibi, & c. A quo factum? ab homine? caſu? fortuna? non ita profectò, ſed à Cælo, ab ipſo omnipotente Deo, qui Deus filius fuit de Spiritu Sancto conceptus. Ait autem cum eſſet ibi, vbi? in Bethleem, in vili tugurio communi habente oſtium in via, forte tranſeuntibus opertum. Ecce quod ſupra dicebatur ibi ſic voluiſſe Dominum naſci, poni, vt ſingulis eo magis accomodaretur inueniendus, credendus, ſuſcipiendus. *Non in domo parentum, ſed in via naſcitur.* (D. Greg. in hom. 8. in Euang.) Ne pro illis tantum natus homo Deus crederetur, ſed pro omnibus veniſſe profectò teneretur. Ideoque tunc ad eum acceſſere Paſtores, Magi Reges, necnon & animalia illa, per quę peccatores fortè grauiores intelligi poſſe videntur, vt de brutalibus ſuis moribus fideliter conſurgentes, verèque pænitentes reuerterentur & ipſi ad Dominum ſaluandi. Fontes in publica ædificati, vel conſurgentes via, ſunt quibuſque cõmunes; ſecus verò, qui in hortis, & particularibus locis; hinc ſponſa fidelis anima, non viarum, ſed hortorum fons, atque puteus dicitur. *Hortus concluſus, fons ſignatus, fons hortorum, puteus aquarum viuentium.* (Cant. cap. 4. b. c.) Quia tántum ſponſo cæ- C leſti ſuo ipſa patens expoſita, alijs verò nullis. Et ſicut in natiuitate, ita & in morte ſua Dominus ſigna dedit, ſe exhibere cunctis, naſci, atque mori pro ſalute totius generis humani. Ideo iure conſiderandum, quòd cum mori pro nobis elegiſſet, extra Ciuitatis Hieruſalem portas deduci, atque ſuper Caluario monte ligno Crucis affigi ibique Deo Patri in ſacrificium offerri voluit; ſed cur non potius ea in Ciuitate Ieroſolymorum magna, vel in conſimili alia: Reſpondet Diuus Leo Papa. *Vt crux ſua eſſet ara, non illius templi, ſed totius mundi.* (D. Leo. Papa) Ac ſi diceret, ita factum, vt quiſque agnoſceret illum paſſum, crucifixum, mortuum nedum vno pro populo, Ciuitate, Oppido, ſed pro vniuerſis ſaluos fieri volentibus. Quamobrem & vniuerſi ad Sanctę Eccleſię Catholicę gremium veniant, vt natiuitate, paſſione, morte, atque gratia Domini ſalui fiant.

Et peperit filium ſuum primogenitum. Peperit, quem Deum, & hominẽ genuit, quemue adorauit. Cui propterea dicitur ab Eccleſia. *Genuiſti qui te fecit, & in æternum permanes Virgo.* (Eccl.) Sed numquid circulus modo ab alio alius, & è conuerſo? Ab eo illa, & ipſe ab ea? Vtique, ſed alia ratione, & modo; etiam ſolẽ (Simile.) dicimus ab Aurora exoriri, quam tamen ſcimus à Sole prænunciam Solis effici. Sol iuſtitię Chriſtus Dominus noſter, & Virgo Beata, quaſi Aurora conſurgens canitur ab Eccleſia. Verum ſuo miro, & ineffabili modo hæc peracta

ſunt

Digitized by Google

ſunt. Deus eam à parentibus concipi ſine culpa originali, & ex eis eam oriri voluit, ſtatutoque tempore Deus ipſe filius, ſe Deum atque hominem ab ea concipi opere Spiritus Sancti, ex eaque naſci dignatus eſt. Miranda quippe ſunt hæc, ſermone inexplicanda, fide percipienda, omni cordis affectu maiori veneranda. Quibus de rebus, ineffabili videlicet Virginis partu, filio Dei homine facto, de Virgine matre nato Diuus Bernardus, ſua ſolita pietate inquit. *Fratres generationem iſtam quis ennarabit? Angelus nunciat, virtus Altiſſimi obumbrat, ſubuenit Spiritus, Virgo concipit, Virgo parturit, Virgo permanet, quis non miretur? Naſcitur Verbum Infans, & angnoſcitur longitudo breuis, latitudo anguſta, altitudo ſubdita, profunditas plana, ibi agnoſcitur lux non lucens, verbum Infans, aqua ſitiens.* Id autem totum, quoniam Dei verbum caro factum eſt, naſci ex Matre Virgine voluit, & in nobis habitauit. Quod autem ait, peperiſſe filium ſuum primogenitum, non ex hoc concludendum, inde peperiſſe alium, ſed quod ante peperit nullum. *Non poſt quem alij, ſed ante quem nullus.* Ita ibi Venerabilis Beda, & alij fideliſſimè concludentes dixere. D

D. Bernard. ſuper Cant.

Ven. Beda in Luc. vbi ſupra.

Speciales modò ex Patribus conſiderationes habentur, qualibus pannis Sanctiſsimũ Puerulũ Virgo Mater inuoluerit. E

In Bibliot. Patrum. Eutim. Gigabon.

ET *pannis eum inuoluit*. Quibus, qualibuſue? Alij legunt in ſermonibus ſuis *Faſcijs eum inuoluit*. Quę magis puerulo inuoluendo faciebant, quę nihilo minus panniculi quoque ſunt. Quos Virgo ipſa ſciens ſe breui parituram expletis menſibus nouem, ex quo conceperat, fortè ſecum detulit; ſiue vt alijs piè arridet, Linteamen ipſa ſcidit, vt faſcias, & ſudariola efficeret aptiora. Sed vtcumque res hæc ſe habuerit, humiles, & nullatenus diuitioſi erant panni. talibus enim talis mater vtebatur, talibus talis filius delectabatur. Ex quo cunctis, nimirum diuitibus, & pauperibus exemplum præbetur, illis non tam diuitioſè induendi, iſtis verò paupertatem æquanimiter tolerandi. Æternus ſumme diues factus eſt in tempore pauper. Qui ſua æterna gloria lætatur, vilibus pannis factus homo inuoluitur. *Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens*. Sed quid ſibi vult ſeipſum exinanire? ſanè quaſi euacuare, & ad nihilum redigere. Alij verò legunt, ſeu poſſe legi aſſerunt. *Se impauperauit*. O bone Deus, ò ſumme diues æternę, quorſum ita? profectò, vt nos diuitijs ſpiritualibus ditaret, ſtolaque immortalitatis indueret. *Qui totum*, ait Beda, *mundum variò veſtit ornatu, vilibus pannis induitur, vt ſtolam immortalitatis nos reciperemus; manus, & pedes in viam pacis dirigantur, paruulus factus eſt, vt nos perfecti ſimus.* F O magnum myſterium, ò admirabile ſacramentum! quis non admiratur? quis non imitetur? quis non accedit, ſuſcipit, vt ſaluetur?

Philip. c. 2.

Alia Lect.

Beda vbi ſupra.

Et reclinauit eum in Præſepio. Scio vtique mirandum ineſſe ſacramentale myſterium, nempe prænotari velle Chriſtum Dominum inde poni ſuper altare, cibum ſacramentalem ad paſcendum ſic populum, in domo panis in Eccleſia ſua ſancta. Conſideratio eſt Venerabilis Bedę dicentis. *Corpus Chriſti ſuper Altare, vt Sancta animalia carnis ſuę frumento reficiat*. Quod perpendens ſimiliter Sanctus Petrus Chryſologus Rauennas Archiepiſcopus ſua mira pietate, ac deuotione clamat dicens. *Edite, edite pia animalia æternę vitę cibaria, & perpetuę retributionis eſcã auidis, quantũ poteſtis, faucibus occupate, non diuidentes in fruſta, ſed integrũ ſolidumque ſumentes. non poteſt enim edi Chriſtus, & diuidi, integer à credentibus ſumitur, integer in ore cordis recipitur*. Verum cur Virgo Mater pijſſima eum potius inter vlnas, & brachia ſua non appreſſit ad vbera? cum præcipuè nullum ſenſerit in partu corporis dolorem, nullam mentis perturbationem; ſed eximium gaudium, miram conſolationem? id quoque feciſſe credendum. Iure tamen arbitrandum; ita & ſibi complacuiſſe ipſummet Chriſtum Dominum, vt quàm citius humiliari, & pati ſic miro inciperet modo.

Ven. Beda vbi ſuprà.

Petrus Rau. de nat. Dom ſerm. 159

Et reclinauit eum in Præſepio. Nonnulli ex Patribus fideliter, atque pie ratiociocinantes

Digitized by Google

A cinantes arbitrantur, & aſſerunt huius reclinationis in præſepio fortaſſe cauſam fuiſſe, quoniam pijſſima Mater ſciens ante partum etiam immediatum, eleuatas non habuiſſe mammas, ſicut concipientibus ex viro mulieribus, paulatim ad partum appropiantibus vbera intumeſcere ſolent puerulum vagientem natum in Præſepio mox reclinauit, ante Patris eius omnipotentis oculos repoſuit. Cui tunc puero bene competerant illa Dauidis verba etiam Prophetice dicta. *In te proiectus ſum ex vtero matris meę.* Vbi Ianſenius, & Gloſſa interlinearis in propoſito exponentes aiunt. *Cum primò ex vtero matris meę in lucē editus ſum, in te proiectus ſum, tuę prouidentię ſum miſſus à matre mea.* Ipſa verò Mater pijſſima ore, corde, in ſimilia forte poterat deſcendere verba. Tu, tu Pater Omnipotens æterne Deus, hunc tuum, & meum puriſſimè Natum ſuſcipe, nutri, foue. Ecce reddo tibi, quem vtero meo, vlnis meis dediſti. Mater enutrire, vberibus lactare vtique debet, ſed quæ ſine lacte poteſt? Mater ego præ tanto partu ſanctiſſimo læta, ſed præ compaſſione in puerulum natum vagientem, eſurientem, patientem mæſta, & dolens. Atque tunc, vt pie credendum, fuere ſanctiſſimę Matris vbera extemplo lacte de Cælo plena, de qua re pijſſimè Diuus Vincentius ait. *Tunc ſubitò vbera Virginis fuerunt plena lacte de Cælo miſſo.* Non quod lac illud prius formatum è Cælo deſcenderit in virginea Matris vbera, ſed vere lac naturale fuit; idem enim Spiritus Sanctus, vt conciperet, & vt lac acquireret, mirè quidem fecundauerat.

Pſal. 21. Ianſen. Interl. S. Vinc. ſer. de Nat.

B Qualis illa de Cælis conceptio, talis & ea lactis formatio. De qua re quidem eximia Sanctus Athanaſius ait. *Vbera enim illa ſanctiſſima naturę conſuetę radicem non habuerunt, longeque à naturali conſuetudine, à legeque fuere aliena, lac nouo, & peregrino fluxit modo, quoniam conceptio noua, & peregrina fuit.* Quanta ergo iucunditate, quantaque pietate mammas illa ſugendas dilectiſſimo Nato porrexerit, quis imaginari, excogitareque poſſet? Non ego, & quis, atque qualis ignoro. Bene quidem cum Diuo Auguſtino Patre meo omni pietate maiori, affectu cordis ſimili, lachrymis ſalutem cordis ad Beatiſſimam Matrem Deiparā clamo. *Lacta mater Chriſtum Dominum noſtrum, & cibum: lacta panem de Cælo venientem, & in Præſepio poſitum, velut piorum cibaria iumentorum: lacta eum, qui talem fecit te, vt ipſe fieret in te, qui tibi, & munus fœcunditatis attulit conceptus, & donum virginitatis non abſtulit natus,* O pretioſam lactationem! O ſanctam nutritionem! O iucundam conceſſionem! Ego, ego etiam ſum diuina diſpenſatione particeps tui lactis virginei Mater Chriſti. Dum quem lactas vbere de Cælo pleno, tuo poſitum in gremio, ſacramentaliter ego in altari fideliter ſumo. Gratias ei, atque tibi immortales præ viribus ago. Cui pietate non minori cum eodem Patre meo iterum ſimiliter dico. *Lactas infantem proprium creatori factum porrigis lactis, & cibis Cæleſtibus ſatiaris; pannis inuoluis puerum, qui tibi immortale condonauit indumentum: in Præſepio ponis infantilia eius membra, qui Cæleſtem tibi præparauit menſam.* O quis det mihi, vt cunctis vitæ meę momentis ore, corde præuoluam me Scabello pedum tuorum, mater immaculata? fænoque Præſepis nati Saluatoris,

Diu. Athan. ſerm. de deſcript. Virg. & Ioſeph. D. Auguſt. ſerm. 7. de nat. Diu. Auguſt. eadem feſto homil. 8.

C veniam petens, largitatem rogans, & gratias in perpetuum agens? tu precari, & obtinere digneris, vt qui natus à te nutritur, me miſerum peccatorem conuertere, ſuſcipere, exaudire non dedignetur.

Nequeo autem ſilentio hic inuoluere quædam Diui Dionyſij verba, magnam verè pietatem, & deuotionis ardorem redolentia, nempe ad ipſam immaculatam Virginem deiparam facta hæc. *Quid tibi, ait, cordis, & animi erat ò mitiſſima Domina, dum vnicum Dei Patris filium, ac tui caſtiſſimi vteri fructum tenens in manibus, tenens ad vbera, ſtringens in brachijs, alens ſubſtantia proprij Virginei lactis, nunc conſiderares, & adorares vt Deum, nunc deoſcularetis vt paruulum, ex te ſine integritatis iactura verè, lætabundèque natum, qui ad tam incomparabilem gratiam te elegit, & ſibi in Matrem ab æterno prædeſtinauit.* Hæc tanti Patris deuotiſſimi verba, ſæpe nobis omni affectu cordis maiori repetenda.

Diu. Dion. Carth. lib. 1. contempl. art. 4.

Quia non erat ei locus in diuerſorio. Iuxta Venerabilis Bedę expoſitionem, Gloſſæque Ordinarię notationem, Diuerſorium eſt domuncula inter duos muros duas ianuas habens, nimirum breuis quidam communis tranſitus eſt, vbi nulla occaſio diù permanendi, minuſque deambulandi, ſed fortè vix ſe recipiendi, donec imber aliquis tranſeat, & pluuia de repente magna finiat. Hæc cæleſtis Regis Aula prima in terris nati. Sed morale myſterium attendite duas

Ven. Beda. Ordinar. Gloſſ.

portas

portas parum ad inuicem, è contra poſitas habens, quo nullum eſt abſurdũ D
denotari poſſe huius mundi ergaſtulum, vbi duę portę, nimirum hominibus ad vitam introitus, & exitus. Ibi voluit poni Dominus, quaſi mox natus vellet recordari extremi exitus, & quaſquè ſic eo magis ſæculares diuitias contemneret, Regalia horreret paramenta. & paupertatem vnicè diligendo eligeret. Mirus effectus hic memorię noſtrę mortis. Prædixit Chriſtus Dominus Petro ſuo, velle videlicet eum conſtituere poſt ſe ſui Vicarium in terris. vt clauibus datis ſpiritualibus aperiret, clauderetque; facere illum Pontificẽ Eccleſię ſuę ſummum, intimans, & iubens ei, vt ſuas paſceret oues, & mox ſubiunxit dicens. *Cum eſſes iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas, cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius çinget te, & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum.* O mi Ieſu dulciſſime, quomodo ſimul vna hæc duo, promiſſio dignitatis, & recordatio mortis? optime quidem dignitatibus namque dum eleuaris, ni te moriturum recordaris, facillimè delinquis, ture ipſum mille occaſionibus perdis. Petrus ideo admonitus, & ſuę mortis non oblitus, terrena contempſit, pauperrimè vixit, Domino ſollicitè obediuit.

Matt c.16.d. Ioann. cap. 21.d.

Vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Audiant omnes, quibus animarum ſalutis onus incumbit. non ſat eſt vigilare, ſed opus eſt id præſtare ſuper greges fideles, ſuę curę cõmiſſos, ne videlicet delinquant, vagentur, à lupiſque rapiantur; ſed eos cibis paſcere neceſſarijs quo ad animarum E
ſalutem, & prout fieri poteſt, ad corporis etiam ſubſtentationem. Multi curatorum, & Præſulum inuigilare comperiuntur, ſed forte ad ludos, commeſſationes, turpia lucra, inanitates, & ſimilia. Verum continuò inuigilandum ſuper populum ſibi commiſſum ad ſalutem videlicet eorum, non ad propriã inanem, terrenam negotiationem. Deſponſa fideli Eccleſia ſpiritus cæleſtis dicebat in Canticis. *Oculi eius ſicut columbę ſuper riuulos aquarum, quę lacte ſunt lotę & reſident ſuper fluenta pleniſſima.* Columbę propè aquarum fluenta, & riuulos limpida plenos commorari ſolent, in eorum enim aquis vmbram intuentur Vulturis, vel Miluij, & mox eorum vngues cito conſurgentes effugiunt, ceteraſque aues circum ſtantes, ſimiliter conſurgere, & euadere ſuo exemplo docent. Columbę intus ſunt purę, ſi verò foris lacte madent, proculdubio tunc candidiores ſunt. Oculi Sanctę Eccleſię iuxta communem ſunt Paſtores ſpirituales, hi omnes debent eſſe puriſſimi, atque ſuper fluenta reſidere, nimirum diuinę ſcripturæ lectioni operam frequentius dare, vbi fraudes Diaboli agnoſcentes, ipſi eas euadunt, & populos pariter effugere, ex officio inſtruunt. Conſideratio, & expoſitio eſt Ordinarię Gloſſæ dicentis. *Solent Columbę iuxta fluenta aquarum reſidere, vt volantium auium in aqua vmbram videant. ſic Sancti Patres in ſcripturis fraudes Dæmonum proſpiciunt, & effugiunt, &c.* Quòd ſi proprijs modo viuentes Presbyteri, & Præſules negotijs, atque ſæculi implicamentis ſollicitè incumbunt, quomodo ipſi fraudes Diaboli euadunt, ſuoſque greges, vt effugiant, bene docere poſſunt? F

Cant. c.5.d.

Simile.

Gloſſ. ordin.

Ipſi volunt ſe veluti gregem, & oues à Deo in omnibus cuſtodiri, defendi, de cunctis prouideri neceſſarijs, dicentes quotidie, dum celebrant. *Verè dignum, & iuſtum eſt, æquum, & ſalutare te Domine ſuppliciter exorare, vt gregem tuum Paſtor æterne ne deſeras, ſed per Beatos Apoſtolos tuos continua protectione cuſtodias, vt ijſdem rectoribus gubernentur.* Et noſtri viuentes Parochi, atque Rectores quiquę Eccleſiaſtici ſic ſollicite petunt, & poſt hæc commiſſum ſibi gregem fortè quandoque deſerunt? Ac ſe bene proſperum in finem deduci credunt? Verè toto errant Cælo, ni in meliora ſe dare nitantur. Quid verò dicam de longe progredientibus, longeque morantibus legitima abſque cauſa ab ouibus ſuis ſpiritualibus? Reſidentiam ſi contemnunt, quomodo commiſſas cuſtodire, regere, gubernare poſſunt? Eorum quiſque audiat, quid ſibi ſpiritus dicat. *Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera.* Eos de longinquo interdum conſiderare vales, ſed vultum eorum, quomodo ni præſens agnoſces? per alium? Id valde parum. per literas, & relationes illinc ad te miſſas? Deus ſit an veras: Vade tu, vide, præſens agnoſce, & recordare non ad mercenarium, ſed ad Paſtorem de ouibus pertinere. Reminiſcetur Epiſcopus ſe promiſiſſe rationem reddere Chriſto Domino in vniuerſali Iudicio de animabus

Præfat. Miſſę de Apoſt.

Prou c.27.d

A ſibi comiſſis. En ſuper Paſtores euigilantes ſuum ſuper gregem fiunt cæleſtes
inſpirationes, Angelicæque apparitiones, & reuelationes, prout mirè teſta-
tum Euangeliſta reliquit.

Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum. Tale quidem verè dicitur, nempe
per anthomaſiam magnum, ſuper quod nullum maius in terris, & quod vni-
uerſum per orbem extenditur ad populum omnem. Quo ad primam igitur
conditionem, hoc ab Angelo Euangelizatum, tale profectò eſt. Magnum,
atque conſiderabile gaudium nemo ei negabit eſſe, qui de carcere, vbi pro
vita deponenda, pro capite dando erat, liberatur, & omninò in libertatem
datur; attamen id gaudij quædam ſimilitudo dicitur. Hoc impauidè faſſi ſunt
Iudæi, dum de carcere Ægypti de manibus immaniſſimi Tyranni libertate do-
narentur, dicentes. *Inconuertendo Dominus captiuitatem Iacob, facti ſumus ſicut conſola* Pſal. 125.
ti. Et quare non conſolati, ſed ſicut? Quia multi ſunt bonorum gradus, quo
rum ſecundus eſt vita temporalis corporea, primus verò eſt animę ſalus. Ta
lis eſt, tale gaudium, quod Euangelizat hodie Angelus, idcirco magnum di-
xit eſſe gaudium.

Quo verò ad ſecundam rationem, eximium hoc ad omnem, omnino po-
pulum per orbem vniuerſum extenditur. Ad Angelos propterea concinen-
tes: ad homines ſuper terram viuentes, quibus ab Angelo dictum. Quia na-
tus eſt vobis hodie Saluator mundi. Ad eos demum, qui ſub terra, puta in
B Purgatorio, atque tunc temporis in Limbo, quoniam & ipſi Euangelizatũ
hoc audientes gaudium exultauerunt. Qua de re Domino Dauid. *Auditui,* Pſal. 50.
ait, *meo dabis gaudium, & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata.* De quo gaudio in-
telligit tunc futuro? Eutymius ſic exponendo ait. *Annunciabis mihi illud iucun-* Euthym.
diſſimum gaudium, illam nimirum ineffabilem incarnationem. Per oſſa verò ibi, iuxta
communem, potentiæ rationales animę intelliguntur. Alij autem clarius aſ- Arnald. Strabo.
ſeruere Dauidem intellexiſſe præſertim de illo gaudio, de illo verbo per An-
gelum Paſtoribus facto. Quod propterea magnum iure dicitur gaudium, de
latum per orbem vniuerſum.

Et hoc vobis ſignum inuenietis, &c. Ecce vbi, atque quomodo facile inuenitur
noſtram in ſalutem Chriſtus, pannis videlicet vilibus inuolutus, & humili in
loco poſitus. Proinde ſi diceretur, hæc via, hic modus, quo ad Reparato-
rem inueniendum, ac poſſidendum properemus, humilitas, manſuetudo,
paupertas. Inueniendi Dñi indiciũ non diuitię non aurum, ſed humiles pan
niculi, ſtabulum, Præſepe, fænum. Per hæc, & in his, non in diuitiarum opu
lentijs quære, vt quæſitum inuenias Dominum: noluit inueniri opertum au-
ro, ſed inuolutum palea, & fæno, vt ſcias vbi, & quomodo eum certius inue
nias. Sequere, imitare ſic quære, ne eum amittas, qui te felicitate donan
dum eligendo ſuſcipiat, *Elegite in camino paupertatis.* Vis eligi ad ſalutem? Ne Iſai c. 48. b.
contemnas paupertatem: vis deduci ad Regna Cælorum? Ne horreas humi
C litatis locum, ibi enim Dominus te ſuſcepturus inuenitur. Vbi auri, & Argen
ti carentia, & penuria, ibi vt plurimum Dominicę largitatis abundantia. *Ar* Act. c. 3. a.
gentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo hoc tibi do. in nomine Ieſu Chriſti Nazareni
ſurge, & ambula. Hæc verba, hæc geſta pauperis Apoſtolorum Principis. Huc
quoque venit illud ſancti Patris Auguſtini, dicentis, non pompa diuitiarum, ſed
contemptu hominum peruenirj ad æternę ſalutis portum. *Vt ad Regnum,* ait, Diu. Aug. de verb. Apoſt.
Calorum veniret diues, poſſeſſione ſua obtinere non potuit; nunc obtinet, vt conceptu perueniat. ſer. 28.
Igitur ſi paupertas te inuadit, ne doleas; ſed læteris, hæc ſiquidem te, tuaque
in tuto ponit. ita Franciſcus Petrarcha in dialogis ait. *Paupertas meum limen obſi-* Petrarch.
det, Ra. non obſidet, ſed cuſtodit. Verùm ſuper omnia hæc attendendum, quod eſt dial. 8.
Paſtoribus ab Angelo dictum, magni gaudij, & ſaluatoris nati ſignum eſſe ijs,
qui inuenirent eum, prout ſupra inuolutum, & poſitum, ſed corde, & opere
adorandum.

Gloria in Altiſſimis Deo, &c. Sed numquid tunc temporis gloria cæpit eſſe
Deo in Cælorum ſummis, ſicut de nouo in terris pax hominibus bonę volun
tatis, per illud ineffabile opus Incarnationis, & Dominici Natalis? non ita,
ſed verè Domini Dei Gloria cum ipſomet æterna, immutabilis, infinita. Ve
rùm de Domini gloria diſtinguendum, alia increata, quę quidem eſt idem
cum ipſomet Deo, cui nil addi poteſt infinitę: alia verò creata, quę beatorum

dicitur, cui additur, quia videlicet eis à Deo impertita multiplicatur, augetur ſicuti numero, & ipſi multiplicantur, augenturque Beati. De prima forte intelligitur illud omnipotentis. *Gloriam meam alteri non dabo.* Sed nonne ijs dat quos glorificat? vtique, at creatam, quam ipſe impertit, dum ſe illis glorioſum, fruibile obiectum oſtendit. D

Iſai c. 42 b. 48. b.

Seu ibi per gloriam eius non alteri dandam, latriæ cultus intelligitur, qui vni ſoli Deo ipſi trino vero, viuo immortali dandus. *Videte quòd ego ſim ſolus, & non eſt alius Deus præter me, ego occidam, & ego viuere faciam.* Zelo ſui cultus, ne alteri daretur, dicebat. de altera vero gloria nimirum creata, augibili impertienda iuxta numerum Beatorum, & merita eorum, potuit etiam fortaſſis Angelus intelligere, quę quidem ex hoc ineffabili Incarnationis, Dominicæque Natiuitatis opere confertur, nam eo ſine homines nequaquam ſaluarentur. *Quia natus eſt vobis hodie ſaluator mundi.* Nec minus apte ibi per gloriam in altiſſimis Deo, intelligi poteſt laus ex hoc ab omnibus perpetuo danda Deo, ſemperque præ viribus augenda. Operam igitur, qui non dant, vt Domini miſericordia ſalui fiant, ſe beatitudine, & Deum ſic gloria ſuo modo priuant.

Deut. c. 32 f.

Et inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & Puerum. Eamus, & nos fideles cum Paſtoribus, & Christum Dominum mediantibus Maria, & Ioſeph inueniamus, de Præſepioque noſtri in hoſpitio Myſtici Thalami benè præparati ſuſcipiamus, vt & nos ab eo in cæleſtibus ſuſcepti gloriam ei demus & perpetuas laudes, gratiaſque dicamus. Sed quæſo, notetur ordo, & ſeries horum ab Euangeliſta optimè poſita. Iuxta obſeruatores à nobilioribus eſt inchoandum tamen dixit, quod Paſtores illuc accedentes. *Inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & Puerū.* Cur potius non ait, eos inueniſſe ſic, Puerum, Matrem, & Ioſephum? Optime non abſque ratione id ſcriptum, factumque putemus. Per Virginem Mariam Matrem Domini, & Sponſum eius Ioſephum Domini patrem putatiuum, & cuſtodem vigilantiſſimum nos facile ingreſſum, & acceſſum ad ipſū Reparatorem optimum habemus, non enim æquum eſt immediate ad Regē accedere, ſed mediantibus proceribus, & amicis eius. Illę quinque Virgines fatuę cupientes ad ſponſi nuptias introire dixerunt ei. *Domine Domine aperi nobis.* At melius forte fuiſſet eis, ſi Beatę Virginis Marię dixiſſent. Domina, Domina aperi nobis; nirum te mediante, intercedente ingreſſum habeamus ad Beatiſſimum filium tuum, fidelium animarum ſponſum. Ex Gentilibus, qui dum cupientes videre, atque alloqui Ieſum, quæſiere id ſibi conceſſum à Filippo mediante, dicentes ei. *Domine, volumus Ieſum videre, venit Philippus, & dicit Andreę. Andreas rurſus, & Philippus dixerunt Ieſu.* Ita & nos precibus ad Beatos Virginem, & Ioſephum accedamus dicentes, vt intercedant, & oſtendant nobis Dominum exaudiendis, & ſaluandis. E

Matt. c. 25. a

Ioan. c. 12. d

In Canę Galileę nuptijs, deficiente vino, piè credendum eſt, ex illis conuiuis vtique quàm matris apud Natum preces valeant non ignorantibus, aliquos rogaſſe Beatiſſimam Ieſu Chriſti Matrem, vt apud eum pro vini acquiſitione intercederet, quę annuit dicens. *Vinum non habent.* Et impletis frigida hydrijs mox aquam vinum factam ibi guſtauere cuncti. Beata Virgine Maria pro nobis intercedente, munificentiſſimum largitorem Dominum experimur nil matri denegantem. Repertam Romæ Imaginem Cibelis, ſeu Berecintię Saturni vxoris inanium Deorum nuncupatę matris, Senatus Conſultus Publio Scipioni viro opinione optimo tradidere cuſtodiendam, quouſq; templum ei extrueretur. & ecce immaculatam, increatam imaginem Dei Patris omnipotentis, filium ſcilicet eius vnigenitum hominem in tempore factum puerulum natum, Matri Marię Virgini, & Ioſepho Patri putatiuo datū cuſtodiendum. Ad eum vultis accedere? Eum veſtra pro ſalute in animę vlnas ſuſcipere? Rogate Matrem, & Ioſephum illi dicentes. *Et Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende.* Iſti verò dicatis, ora pro nobis Sancte Ioſeph, vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti, & eum ſuſcipere mereamur in noſtri hoſpitio Thalami ad eius laudem, & noſtram in ſalutem. F

Ioann. c. 2. a.

Lectul Salô de Laud. ſanct. Ioſep. Natali com. Mythol. lib. 1. c. 5. Elucid. Poet. Salu. Reg.

Ad ipſum eumdem Dominum adorandum etiam Magi Reges iuerunt, eique munera obtulerunt eo tempore Ioſepho abſente; cuius abſentię rationem Simon Caſſianus conſiderat. Sed quid, quæſo, ibi in obſequium pueri Regis nati reperiere? Audiamus Diuum Chryſoſtomum admirantem, & dicentem

Simon de Caſſ.

A centem. *Nunquid inuenerunt palatium marmoribus ſpendidum? Aulam Regiam diuerſis populis perſonantem? haſtas, ſiue militum cateruas? equos regalibus phaleris inſignes? currus auro, oſtroque fulgentes? matrem eius diademate coronatam, in lecto eburneo recumbentem? puerum byſſo, & purpura inuolutum? non vtique, ſed potius anguſtum, & humile tugurium? vile, ſqualidumque Præſepium, & magis animalibus, quam hominibus aptum, puerum vilibus pannis inuolutum, matrem tunicam habentem vnam, non ad ornatum corporis, ſed ad tegumentum nuditatis.* O fideles Ieſu Chriſti, ò Virginis Mariæ deuoti, perpendamus eorum tunc tempus, locum, veſtitum, cibum, atque ſimilia, & ſuper eos, nec non, & ſuper nos vtriſque lacrymis ploremus. ſuper eos Reginam Cælorum, & Regem Angelorum, tot incommoda patientes; ſuper nos numquam ſæculi commoditatibus ſaturos.

D. Chriſoſt. ſup. Matt. 2. & int. anteſ Domum.

In memoriam, quæſo, nobis reuertatur illud, quod Reges Magi ab oriente venientes, dum in Ieroſolymorum Ciuitate reperirentur, dixere interrogantes. *Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum, &c.* Quod pulchrè quidem expendens Diuus Petrus Chryſologus Rauennas Archiepiſcopus ait in ſerm. de Magis, hanc eorum vocem non fuiſſe ex neſcientia interrogationem; ſed quamdam in Iudæos repræhenſionem. *Non interrogant*, ait, *ſed inſultant, quando ſcientes interrogant; neſcientes non ignorant, ſed negligentes arguunt, increpant deſides, malos produnt, contumaces verberant, ſeruum Domino non occurriſſe accuſant.* Ac ſi dixiſſent (ex hac tanti Patris ſententia) Vos ò Hebræi Diuinas Prophetarum ſcripturas profi-
B tentes, cum Regem veſtrum, ac omnium ex Bethleem oriturum, venturum profectò ſcitis; igitur vbi eſt coucurſus venerantium? vbi multitudo offerentium? vbi concentus collaudantium? & ſimilia toto corde, ac animo tanto Regi veſtro nato copioſè reddenda? O pigri, & inſani, omni maiori ingratitudinis nota dandi, debitaque pæna mulctandi.

Matth. c. 2. al

Diu. Petr. Chryſol. Rauenn. Archiep. ſer. 2. de Magis in Ord. 157.

Verùm ad nos in propoſitum. Si cuique veſtrum hic, ò fideles diceretur etiam ab alijgenis illud, quod olim Dauidi Regi dictum. *Vbi eſt Deus tuus?* Iactor, & reparator tuus? dubio procul reſponderetis, hic, ibi in ſanctiſſimo altaris ſacramento. Optimè quidem ſic, & fideliſſimè dicitis. Sed vbi honos, vbi laus, vbi amor, vbi timor, vbi reuerentia? oh iterum dicetis vos. Toto corde, ore, flexo poplite mentis, & corporis veneramur, adoramus, deprecamur hic eum. Optimè facitis, ita namque fideliter tenemini. Sed ex altera parte non deſunt proſpectus illiciti, ſermones mercaturæ, verba obſcena, affectiones malæ in proximum, & fratrem ſuum, murmurationes, & id genus multa omninò euitanda. Recordemini, recordemini vos eſſe in templo Domini, hic adeſſe Sacramentaliter Dominum Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum, omni veneratione maiori, & reuerentia colendum. Sed hæc obiter dicta modo; nam de templi honore ſuo loco plura dicuntur.

Pſal. 41.

Paupertas denique ſpiritus, & humilitas cordis, vtraque bene animo tolerata magno eſt ſingularis exornatio noſtri Myſtici Thalami ad ſuſcipiendum
C in eo Chriſtum Dominum. Quis contemnet ſe bene exornare, vt digne poſſit eum ſuſcipere? Cui propoſito mire quidem facit illud Diui Chryſologi. *Verùm*, ait, *ſicut procedente Rege, & plateæ mundantur, & omnis ciuitas diuerſis floribus, & ornatibus coronatur, vt nihil ſit, quod minus dignum vultui Regis appareat, ita & nunc procedente Chriſto Rege pacis, omne quod triſte eſt, auferatur à medio, & illuceſcente veritate fugetur mendacium, fugiat diſcordia, reſplendeat concordia.* Sic, ſic noſter Domini Thalamus exornetur, vt tanti Regis Aduentu bene in ipſo Domino lætari mereamur.

Diu. Petr. Chryſol. Rauenn. ſerm. 149. de Nat. Dom.

DECIMVM MYSTICI THALAMI ORNAMENTVM.

IN FESTO DIVI STEPHANI PROTHOMARTYRIS.

De quo, & eius Martyrio nonnulla dicuntur. Cuius ſimiliter occaſione de tribulationibus æquanimiter tolerandis, de earum ſaluberrimis effectibus aliqua bellè notanda, etiam ante Euangelij Paraphraſes, & morales Annotationes. inter ipſas verò Paraphraſes etiam de Domini Dei miſericordia quàmplurima conſiderantur.

ET ſi heri Chriſtum natum hominem Deum in noſtri ſpiritu D
alis Thalami hoſpicio ſacramentaliter (vtinam dignè) ſum
pſimus, non propterea ceſſare debemus à ſanctioribus con
tinuis præparationibus, vt iterum, atque iterum ſumere,
Noſtrat. ſent non indignè mereamur, & valeamus. *Quoties communicare
præſumo, toties me magis excutere de puluere contendo.* Ex noſtrati-
bus probis vir frequentius tum dicebat, tum agebat, allu-
dens vir pius, & prudens, magna cum frequentatione fa-
ciendum etiam de venialibus conſcientię examen, agendam pænitentiam, &
Heſter. c. 2. b omnem ſpiritualem adhibendam præparationem. In veteri teſtamento Re-
ginę anteaquam ad Reges ingrederentur, prius ſex per menſes oleo myrthi-
no per ſingulos dies vngebantur, & alij ſex anni menſibus alijs pigmentis, &
aromatibus ad eumdem effectum vtebantur, vt eo magis purgatę, pretioſę
Regibus coram redderentur. Ecce rationales Reginę, fidelium ſcilicet ani-
mę, acceſſurę ad Regem Regum, & Dominum Angelorum Dei filium, ho-
minem factum, natum, omni ſuauiori vnctione, ſpirituali præparatione, ſol-
licitè quotidie purificari debent, vt eo coram non peccatorum pœdore fe-
tentes, ſed eius profeſſione virtutis ſuaues inueniantur, & noſtrum ſpiritua-
lem thalamum ipſum ingredi non dedignetur, ſed magis delectetur. Per olo
um verò myrthinum amarum, cuius arboris folia ſunt perforata, iure intel-
ligunt cordis contritionem, & Dominicę paſſionis meditationem.

Quòd autem hominis bene tolerata tribulatio ſit velut quædam ſpiritualis fumigatio ſuauis, & odoramentum ante Dominum, non eſt quòd ſuſpicemur. Egreſſus Noe de Arca mox Domino Deo ſuper altare victimas in holocau-
Gen. c. 8. d. ſtum immolauit, vbi & ſcriptura ſubiunxit. *Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuaui-
tatis.*

Digitized by Google

A *tatis.* Sed numquid aſſæ carnis odore Dominus Deus adeo delectabatur, vt be-
nigne ſic placaretur? non ita abſolutè intelligitur, ſed in ratione figurati ſacri
ficij, nimirum Chriſti Domini ſuper crucis altare ſacrificandi: item reſpectu
deuotionis, fidei, ac pietatis viri ſacrificantis, & quamuis Dominus Deus di-
catur odoratus, non tamen in eo vlla cadit paſſio, ſed eſt figura, quę vocatur
Antropoſpatos. Quando videlicet humana paſſio Deo attribuitur. Prout
conſiderat, & aſſerit Alphonſus Toſtatus ibidem. Verum quo ad propoſitũ
noſtrum, ex Noe timido, afflictoque iam corde ob miſſum in orbem diluuiũ Alphon. To-
talis aſcendebat toleratę paſſionis, & afflictionis odoratio ſuauis ad Dominũ ſtat.
qua delectatus, pacatus gratias largiebatur. In eumdem ſenſum veniunt, il-
la diuinę ſapientię verba de martyribus, & aduerſa quibuſque fideliter perpeſ
ſis. *Et quaſi holocauſti hoſtiam accepit eos.* Quorum nihilominus non omnes igne Sap. c. 3. b.
aſſi, extinctique ita fuerunt. Sed forte ſenſus eſt, prout ſupra, quoniam vide
licet ex eorum cordibus preſſis in tribulationibus, verberibus, vulneribus de
crudelium manibus, odor velut immolatę hoſtię ſuper altare laudis, & patiẽ
tię Domino Deo coram periucundus erat.

Idem fortaſſis, vel conſimile Dauid Rex Vates intellexerat, quando Domi
no Deo dixit. *Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo, eleuatio manuum mea* Pſal. 140.
rum ſacrificium veſpertinum. Sed numquid incenſum aſcendit? Vtique fumigatio
videlicet eius ſuauis Cælum verſus conſcendens; ſic oratio, & afflicti, cordis paſ
B ſio, ac fidelis deprecatio eleuatur valde grata Deo. Quod vero dicebat eleua
tionem manuũ ſuarum eſſe ſacrificium veſpertinum, id belle refertur prophe
ticè dictum ad reparationis opus, quod ſuper crucis altare fecerat Chriſtus
Dominus, quando eleuauit manus ad Crucis cornua, & ipſe veſperi de Cru-
ce depoſitus. *Vel de Chriſto poteſt accipi, qui ad veſperam animam poſuit recepturus. Ele* Alexand. de
uatio manuum, in cruce expanſarum. Moraliter tamen exponitur de eleuatione pal Ales.
marum ipſius Dauid in Cælum, in auxilij expetitionem, & gratiarũ actionem,
paſſus, & preſſus dira Saulis Regis perſecutione. Quod patienter toleratum
erat Domino Deo coram velut ſacrificium, vbi Theodoretus ait. *Veſpertini* Theodor.
quidem, & non matutini mentionem fecit, quoniam in calamitatibus, & mæroribus erat; te-
nebris quippe, & nocti ſimiles ſunt calamitates. Hinc & ipſemet Dauid alibi videns ſe
perſecutionem pati, atque interdum timens occidi de manibus Regis iniqui
dixit ei. *Si Dominus incitat te aduerſum me, adoretur ſacrificium.* At quid ſibi vult in- 1. Reg. cap.
citare, & ſacrificium adorare? Eſt ac ſi dixiſſet, ſic Deo ſi permittente, iuben 26. d.
te, me aduerſus perſecutione, percuſſione, nece incedis, nam æquanimi-
ter me ferente, odoroſum erit in Domini conceptu ſacrificium. *Odoretur Sa-*
crificiũ, id eſt patientia mea in perſecutione iſta ſit accepta coram Deo, ac ſi offerem holocauſtum
ad altare ſuum. Hæc Nicolaus Lyranus in expoſitione huius Dauidis ſententię Lyran.

Huc pariter venit illud Canticorum tertio, ſponſæ fidelis dictum. *Quę eſt*
iſta, quę aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi, ex aromatibus Myrrhę, & aloe? Qui dixit Cant. c. 3. b.
C deſertum, dubio procul intellexit punctiones ſpinarum: & qui ait myrrhę, &
aloę propemodum ſignificauit amaritudinem, multitudinemque tribulatio-
num. *Nec immeritò ipſam fumo ſuffimanti ſimilem dicunt, quę vt beatus Paulus ait, mem* Theodor.
bra ſua conſtituit hoſtiam, viuentem, ſanctam Deo placentem, quęque ſacrificat aſſiduè laudis
hoſtiam, & membra ſua, quę ſunt ſuper terram, mortificat, & Chriſto coniuncta eſt, & offert
ſe ipſam holocauſtum Deo. Sic, ſic ſponſa fidelis æquo animo paſſa, velut odoro-
ſa fumigationis virgula Cælum pertingit ad Dominum, ei dilecta, ſuauis, &
decora. Apud Eccleſiaſticum hæc verba leguntur. *Suſtine vt creſcat in nouiſſimo* Eccl. c. 2. a.
vita tua. Quid ſuſtinendum? Oppreſſiones de manibus tribulantium. Acan-
tus herbula eſt, quę ſuper terram ſerpere dicitur; ſed ſi ſuper ea lapis, ſiue ſa-
xum ponatur, ſurrigitur, & eius emiſſiones conſurgunt eleuatę. De hac vi-
ri iuſti, tribulati fecit quis inſignia cum titulo. *Humo calcata attollitur.* Et de S.
Eccleſia Diuus Hieronymus dixit. *Dum concutitur floret.* Et hi, atque ſimiles ef D. Hierony.
fectus ſunt tribulationis bene toleratę Ieſu Chriſti amore. Flectit genua Ste-
phanus velut humilis herbula Acantus, ſuper eũ immanes ſaxa congerunt, &
ecce in nouiſſimo ſuo creſcit, conſurgit, extollitur in Cælum ad ſuum ſpecta
torem, auxiliatorem Ieſum.

Modo

Digitized by Google

D

Modo de Sancto Stephano ſpecialia quædã conſiderantur, præſertim iuxta Epiſtolę verba, ex Actibus Apoſtolorum cap. 7. deſumpta.

EX martyrio, ſiue alia tribulatione quacumque magna patientèr tolerata Ieſu Chriſti amore eximij, & ſalutares effectus ſubſequuntur in ipſorum patientium conſolationem, & ſalutem. Beatiſſima Virgo mater conflictum attendit, tolerantibus compatitur, pro eis natũ deprecatur; ille conſurgit, intuetur, adiuuat, ſuſcipit, ſaluat. *Et alitudines montium ipſe conſpicit.* At cur potius altitudines, ſummitates, quàm medium, & calces eorum? cum & nihilominus idem Pſaltes alibi dixerit. *Excelſus Dominus, humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit?* Attende moralitatem. In montium pedibus laboratores terram arrant, & ferreis fodiunt inſtrumentis: ad medium in cauernulis ſibi factis, & inter arbores belluę morantur: in ſummitatibus verò aeris ſerenitate, quiete, tranquillitate potitur quiſquis ibi reperitur. Montes dicantur homines, eorum calces, & medium eſt caro, & ſenſus ipſi corporis. Ibi laboratores inuidi, perfidi perſecutores bacillis, & gladijs fodientes, bellu æque tyrannorum multitudo calcantium, & mordentium. *Super dorſum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem ſuam.* Alij verò legunt. *Arauerunt Aratores.* Summitates denique, ſeu altitudines huiuſmodi montium, ſunt animi pij, humiles voluntates, toleranter probra ſubſtinentes, has conſpicit, attendit Deus, quia licet in terris viuentes tribulati, in dorſo percuſſi, tamen mente in Cælo, coram Deo fixi, laudes, & gratias opifici ſummo dantes. Iacebat Stephanus in terris lapidibus ab impijs obrutus, & videbat Ieſum in Cæleſtibus ſtantem in adiutorium ſibi, martyrium eius amore patienti, conſurgentem. Hos attendit Dominus, vt eruat de anguſtijs, de tribulationibus, & impiorum manibus.

Pſal. 94.

Pſal. 137.

E

Pſal. 128.

Hebrę.

Verùm quo ad ſupradictum, quòd pro conſimilibus exoret Virgo mater, & ſupplicet ad filium, id pro certo habeas, & audi, attendeque præſertim de beato Stephano relatum infra ſucceſſum. Ille dum ſuę necis cauſa à lapidatoribus extra Ieroſolymorum Vrbem duceretur, beatiſſima Virgo Maria erat cum Ioanne illos ſuper colles ad viſenda illa piè loca Sancta, in Dominicę paſſionis recordationem, & deuotionem. qui audientes, videnteſque turbam tumultuantem, & illuc ferè pergentem, agnouerunt cauſã flebilem; vnde beata Virgo mater Domini ſuper lapide ibi genua flectens pro Stephano Natum deprecata fuit, ſic pro illius fideli conſtantia obtinuit, & vt Ieſus Chriſtus conſurgeret videndus, & ſtans protomartyrem adiuturus. *Qui loca ſacra deſcribunt, quales ſunt Brocardus in Itinerario: Chriſtianus: Ioannes Ceuerius de Vera: Noe Brances: Michael Anſigus: Hyeronymus Gratianus: Quod omnes peregrini teſtantur, faciunt mentionem lapidis, ſuper quo tam diu beata Virgo pro Stephano Deum precata eſt, quàm diu durauit lapidatio. ſed & Ioannem cum ipſa idem feciſſe ijdem dicunt, cum forte poſt obita religioſè pia Ieroſolymorum loca, ſancta Maria diuinitus edocta intellexit rapi ad mortem Stephanum à concitata multitudine, quam non procul ab Vrbis porta (quę vocatur Ephraim, aut vallis, aut gregis, aut aquarum, poſtea Stephani, vt ijdem variè loquutur) conſpiciebat. Non inutiles profecto Stephano tales preces fuerunt, quamuis gratia pleno, & fide, & fortudine. Quare Deiparę debemus protomartyrem, ſicut & Stephano Paulum.* Hec, & ſimilia mirè quidem refert Ioannes Lorinus in commentarijs ſuper Acta Apoſtolorũ cap. 7. verſu 58.

Brocar. in itiner. 1 p. c. 7. 45. nu. Chriſt. Androm. Ioann. Zuell. Ioan. Ceuer. Noe Branc. Mich. Auſ. Hier. Grat. l. 1. vitę S. Ioſeph c. 4.

F

Apud. Ioan. Lorinum in c. 7. Actu Apoſt. verſ. 58. pag. 376. col. p.

Stephanus plenus g aria, & c. Nomen hoc eius, iuxta Sanctos Patres, ac Ethimologiarum obſeruatores, Corona, ſonat: Sed quid ſibi vult nomen hoc corona? fermè quaſi Cor orna, & verè quidem ſuum cor Stephanus ornauit fortitudine, patientia, pietate fortitudine perſeuerando in fide, patientia, & afflictione ſeu martyrio: pietate ſuos erga lapidatores, pro quorum venia exo

S. Aug. ſerm. 2 de Sancto Steph. S fulgent. ſerm. de S. Steph.

rauit

A rauit Dominũ, quem hoſpicio ſui cordis myſtico ſuſcipere, ac ab eo ſuſcipi mereretur in Cælo. Sic, ſic fidelium quiſque operetur, imitetur, vt cum Dauide iure valeat dicere. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Item apud Valerianum, corona dicitur, quaſi cornua; ſic enim ſunt Regum coronę communiter fabrefactæ quaſi cornua, licet aurea. Quibus eorum robur, poteſtas, fortitudoque denotatur, prout etiam & illud Dauidis conſideratur. *Cornu eius exaltabitur in gloria.* Virtutibus autem multis armatus, roboratus Protomartyr Stephanus ſe lapidantium turbam euicit, & ad æternę beatitudinis coronam triumphans aduolauit. De quo Sanctus Fulgentius ait. *Neceſſarium tamen nobis eſt, fratres cognoſcere, quibus armis præcinctus Stephanus ſæuitiam Iudæorum potuit ſuperare, vt ita meruiſſet feliciter triumphare.* Sequiturque ibi miranda de charitate dicendo, ac ſi vniuerſis pro armis deſeruiſſet ei.

Pſal. 56. & 107.
Valerian. lib. Gierogli 7. c. coron
Pſal. 111.
Diu. Fulgen. vbi ſupra.

Item alius iuxta ethimologiarum auctores, corona dicitur à choro, ſiue quaſi chorus ex ea cauſa dictum. *Quod initio circum aras curreretur, atque ad imaginẽ circuitus, vel chori eſt formata, & nominata corona.* Ita Sanctus Iſidorus, & Nicolaus Perotus habent. Quare iuxta Sancti Stephani nomen lapidatores circum eũ fecere de ſe chorum, coronam, circuitum, vt omni ex parte lapidibus in coronę forma, & ſimilitudine operiretur, & opprimeretur. Alij verò præcipue Sextus Pompeus Feſtus de verborum ſignificatione, aſſerunt coronas dici ex eo, quoniam coronent eos quibus ſuper capita imponuntur, & verè ſic eſt.

S. Iſidor lib. 19. c. 30.
Nicolau. Perotus.
Sipont. in cornuc.
Sexti Pompei feſti de verb. ſignif.

B Quod autem id locum habeat noſtro in Sancti Stephani propoſito, audiatur diuinus Vates Pſalmigerus dicens Domino Deo. *Poſuiſti in capite eius coronã de lapide pretioſo.* Verè lapides ei coronam fecere, ſed non antea pretioſi, benè poſteaquam eius pretioſo ſanguine madidi, euaſere pretioſi, & magna in æſtimatione omnes apud fideles habiti. Quantum vero ad exaltari cornu eius in gloria, prout dicebatur ſupra, optime facit illud Alexandri ab Alexandro, referentis, olim apud Iudæos, & alias nationes conſuetum, poſt prandium immediatè cornu inſonare ad conuiuantis palatij feneſtras, vt audientes ſic vocarentur ad reliquias pauperes. Quod ſuo priori modo beatus Martyr Laurentius Tyranno dixit. *Facultates Eccleſię, quos requiris, in cæleſtes theſauros manus pauperum deportauerunt.* Et hoc ipſum cornu eius in gloria exaltatum. Vtinam potentes imitentur, vt cum huiuſmodi cornu in gloria exaltentur.

Pſal. 20.
Alex. ab Alexandro dierum Genial. lib. 4. c. 2.

Stephanus plenus gratia, &c. Bene quidem gratia plenus qui gratioſus Deo coram Angelis, & hominibus quibuſque probis, non alijs fideles Christi Domini odientibus. Textus vero Græcus habet. *Plenus fide.* Et iure prius fide plenus, cum hęc virtus ſit totius ſpiritualis, & meritorij ædificij initium, baſis, & fundamentum. hinc iuſſu Domini Moyſes ligneis tabernaculi columnis baſes extrui fecit argenteas. *Fuſis baſibus argenteis.* Argento enim fidem aſſimilari dicunt ob candorem, & ſonitum, fides vero ex auditu eſt. Regit autem, & cõſeruat ſpirituale ædificium fides formata, nam informis cui proderit? Antequam ſponſa fidelis anima laudes ſui cæleſtis dilecti celebrandas, & exhibendam eidem obedientiam aggrederetur, prius confeſſa Sanctiſsima diuinarum perſonarum Trinitatem fuit, & fidem ipſam collaudauit. *Oſculetur me,* ait, *oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino.* In cuius ſcripturę enucleatione Ægidius Romanus Columna Auguſtinianenſis familię inſignis ex Alumnis inquit. Oſculetur me Pater ipſe omnipotens, oſculo filio oris ſui Spiritus Sancti. Quare ſic fateris ò ſponſa? Quoniã meliora ſunt vbera tua vino. Lac dulcè nutrit, vinũ frequenter inebriat. Lac abſconditè ſugitur, vinũ in vitro flaueſcit, & videtur. Per lac fidei candorem, & per vinũ humanarũ ſcientiarũ euidentẽ acquiſitionẽ intelligunt; quę nõ faciunt nos cognoſcere in Cæleſtibus Deũ, bene tamen fides. Qua Stephanus plenus inter crepitantia ſaxa genuflectens, vidit Cælum apertum, & filium Dei ſtantem à dextris eius.

T. Græc.
Exod. c. 36. d
C
Cant. c. 1 a.
Ægid. Romã Columna.

Plenus gratia, & fortitudine. Nempe ad reſiſtendum contradicentibus, & lapidantibus eum, atque ad operandum res difficiles, vt bene ibidem Ioannes Lorinus exponit. Sed quid mirum fuiſſe eum fortitudine plenum? cogitabat, attendebat Domini oculos ſuper ſe apertos, ipſum conſurgentem in adiutorium. Quem ſic in Cælo ſtantem intueri, dum pateretur, meruit, propterea immobilis reſiſtebat impijs aduerſarijs, cui iure vſurpanda competerant illa Dauidis Verba. *Prouidebam Dominũ in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi,* ne com-

Ioann. Lorinus.
Pſal. 15.

ne commoueat. Epaminonda militum dux, & pugnator ſtrenuiſſimus multas de D
inimicis, & quibuſque alijs ſibi aduerſantibus victorias tulit; ſed præcipuè cum
in Leutros prœliaretur, viſus fuit omnem ſupramodum vniuerſas contrarij e-
xercitus copias fortiſſimis viribus ſuperare. Parta itaque victoria, ductoque
triumpho, inquirenti. Quare, quomodoue tunc ſic valde? Mox reſpondit.
Iuſt. in vita Epamin. *Mei me pugnantem inſpiciebant genitores*. Proinde ac ſi dixiſſet, ijs adſtantibus, & in-
ſpicientibus eximiu m mihi robur, & fortitudinem adaugeri ſentiebam. Ple-
nus erat Stephanus fortitudine ad reſiſtendum impijs, & ad facienda miranda
quoniam Dominum intuebatur aſpicientem, ſtantem, auxiliantem. Ideoq;
Pſal. 26. cum Dauide iure potuit dicere. *Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum,
ſi exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo*. In quo, ò Stephane vir probe? In
Ieſu Chriſto, quem Cælo aperto ſtantem in adiutorium meum video.

Plenus gratia, & fortitudine. Quibus vir Sanctus replebatur, ijs ad proximi vtili
tatem, & ſolamen præſertim ſpirituale vtebatur, opem adhibendo, & exem
Text Syr. pla optima perhibendo, cui bellè facit Textus Syriaci lectura. *Plenus, ait, bo-
nitate, gratia, & beneficentia*. Id imitentur vniuerſi fideles, vt Deo, Angelis, at
que hominibus ſint grati, & amabiles. Huius veritatis non obliuiſcebatur,
Pſal. 58. qui Domino Deo de ſe ipſo fatebatur. *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam*. Sed
numquid eius fortitudine Deus egeret? minimè, at moraliter intelligendum
quod quicquid ille agebat, habebat, vnde fortis vtcumque efficeretur, ad
ipſum Deum, ad Dei ſeruitium dirigebat, erant autem ei diuitię, populi, mē E
tis & corporis robur, quæ omnia in Dei laudem, animarum ſalutem, popu-
lorum conſeruationem, etiam temporalem, per ipſummet Dauidem dirige
bantur. Verùm occaſio dubitandi, ſiue vlterius inquirendi exoritur nunc. Le
Ioann. c. 1. b. gimus Ioannem Euangeliſtam de Chriſto Domino dicentem. *Vidimus eum ple
num gratię, & veritatis*. Gratię plenitudinem etiam de Stephano audiuimus.
Numquid æqualis ſeruus Domino, Stephanus Chriſto? Non ita profectò;
ſed Chriſtus gratię plenus, velut origo, fontana, & gratię Auctor. Stephanus
verò plenus gratia, ei à Deo impertita. Quemadmodum videmus fontem
aquę viuę plenum in ſe, effundentem, & replentem ſub ſe, vaſa, & riuulos.
Simile. Iſte, ac iſti dicuntur vtique, ſed diuerſimodè pleni. Hinc vir ingenioſus, qui
ſe, atque totam familiam ſuam muneribus, & diuitijs multis à Principe ſuo di
tiſſimo Mæcenate magno repletam conſiderabat, depinxit fontem aquę vi-
uę ſcaturientis effundentem in riuulos, & vaſa hinc inde replentem. Cum
Ex Pſal. 35. & 64. ſcriptione. *Tua replemur vbertate*. Sic ſuo modo quippe diuerſo Chriſtum Do-
minum gratię, & veritatis plenum; Stephanum verò gratia, & fortitudine,
dicunt.

Faciebat prodigia, & ſigna magna. Perquirunt hic doctores, quid ſibi velint pro
digium, & ſignum, quidve inter ea benè interſit. Quamobrem huc ego quo
que referam, quod illi, & quidem probè dicant. Iſidorus ait, prodigia dici
quaſi porrò dicant, quoniam futura prædicunt. Idem, ſed valdè diffuſius ſen F
Iſid. orig. lib. 11. ſit Venerabilis Beda dicens. *Prodigium eſt quod porrò dicit. Signum, quo ſignificatur
Beda in Act. Apoſt. c. 2. aliud: illudque in magno, & in Cælo: hoc in paruis, & in terra. Prodigia in Cælo, cum Domi
no naſcente nouum ſydus apparuit, illo crucem aſcendente Sol obſcuratus eſt, & ipſum Cælum te-
nebris obductum eſt. Signa in terra, quando Domino ſpiritum emittente terra tremuit, monumen
ta aperuit, ſaxa fregit, &c.* Moralis verò Gloſſa ab hoc intellectu minimè rece-
dens, ſed moralia educens, pulchrè quidem ſubdit. *Prodigium dicitur, quaſi por-
Moral. in act. c. 6. rò, ſeu procul, ideſt longè à digito, eo quod non poteſt viſibiliter oſtendi: Homo verò paratus
ad martyrium non aſpicit bona mundi ſenſibilia, quę tanquam nobis propinqua poſſunt oſtendi
digito: ſed bona Cæleſtia, ſicut dicitur, quod oculus non vidit, &c.* Oſtendens prodigium ef
ficacius quoddam eſſe, magiſque attendendum pro ſalute. Vgo autem Car-
dinalis ſimiliter in acta Apoſtolorum breuius inter hæc & illa hanc concludit
Vgo Card. in 2. c. Act. Apoſt. differentiam. *Signa in paruis; prodigia in magnis. Prodigia in Cælo, ſeu è Cælo, ſigna in ter
ris*. Ammonius & ipſe non minus clarè ſic expoſuit, atque diſtinxit. *Prodigia
cum quid præter naturam fit, vt ſuſcitatio mortuorum, cæcorum curatio, & ſimilia; ſigna quan
do non fit aliquid præter naturam, vt ægros ſanare*. Vtraque Stephanus actitaſſe creda
tur, prout ſcriptura fatetur. Ita vt ipſe vir prodigioſus, portentoſus appare-
Pſal. 70. ret, & illud Dauidis iure vſurparet. *Tanquam prodigium factus ſum multis, & tu adiu
tor fortis*. Verè talis Deus requiritur, vt vir iuſtus de impiorum manibus ad ſa-
lutem

Digitized by Google

A lutem eripiatur, & ſurſum ad Cælum eleuetur.

Prodigia, & ſigna magna in populo. Attendatur, queſo, quid ſcriptura nos etiã admonendo, dicat, & quid, vbiue Stephanus faciebat. Prodigia de ſurſum, ſignaque deorſum; ſed quibus? vbi? numquid ſibi? non, ipſe namque fideliſſimus his non egebat; numquid ſua in domo ea peragebat? nec ita, nam terrena ſigna pro ſuis non adhibebat. Ecce lector, neceſſarium, moraleque cun ctis documentum. Verè Stephani vita, & opera nobis fidelibus norma, eius ſecundum nomen. Supra diximus, quod Stephanus Græcè, Latinè corona ſonat, Sed Hebraicè. *Norma noſtra interpretatur, qui primo paſſus, ſequentibus Martyribus factus eſt forma moriendi pro Chriſto*. Sed & in populo, non ſibi, non ſuis tantum operabatur, vt diſcamus proximi vtilitatem, non propriam præ oculis habendam. de fideli dilecto in Canticis ſponſa inquit. *Manus eius tornatiles aureę plenę hyacinthis*. Quod torno fabricatur, cito euoluitur, & ex ſe hinc, inde, nõ pro ſe fruſtiola emitit multa. Sic ſic ſuo perfectiori modo vir iuſtus, quod habet confeſtim, & generoſe non quidem pro ſe, ac ſuis tantum, ſed pro populo, in populo diſperdit. Quod faciendum, atque à viro iuſto factum perpendens diuinus Vates ait. *Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi*. Nimirum, vt exponit Sanctus Pater Auguſtinus, iuſtificatio eius, velut vt alij ipſe iuſtificatus manebit perpetuo in gloria. Et nos diſcamus pro populo bene operari non noſtra tantùm pro vtilitate occupari. Gloſſ. Ord. Cant. c. 5. d. Pſal. 111. D Aug.

B *Surrexerunt autem quidam, &c.* Omnes cum Stephano diſputationem habentes, non cauſa eius dictis præualentibus ad fideliter credendum ſe conuertendi, ſed potius eum interimendi, audientes enim recta, quę fatebatur, & vidẽtes miranda, quę operabatur, ei ſummopere inuidebant, & calumnias in medium afferentes, iuſtum, pium, ſanctum Dei virum delere quæritabant, nec ratione valentes, in rabiem conuertebantur. *Peccator videbit, & iraſcetur dentibus ſuis fremet, & tabeſcet, deſiderium peccatorum peribit*. Dumque intentum eorum opere differebatur, ipſi mente, & corpore cruciabantur. Referente Solino, viperę nequeunt ferre ſonum, & cantum; ſed audientes mox inſurgunt aduerſus tybicines, & cantum exprimentes, quos ferire non valentes ſe ſe miſere dilaniantes pereunt. Quod bellè noſtro huic propoſito facit. Ecce venenoſę viperę, diuerſarum ſynagogarum impij homines, quibus illud Ioannis Baptiſtę iure dicendum competit. *Genimina viperarum*. Qui ferre non valentes prę inuidia, & malitia, fidelis integritatem doctrinę, ex Sancti Stephani ore, atque miranda, quę operabatur prodigia, eum aduerſus inſurrexere, ſe liuore, & rabie dilaniabant, & eum è medio tollere quæritabant. Hoc in ſenſu de inuidis Philo Carpatius dixit. *Cogitationes Iudæorum, partos ſunt viperarum*. Vide te quid quanti mali operetur inuidia, tum inuidis, tum quandoque illis, quibus licet iniuſtè inuidetur. Hi perſecutionem patientur, illi verò velut impij ſua malitia, & liuore dilaniati perduntur. Pſal. 111. Solin. Luc. c. 3. b. Philo. Carpathius.

C Nec propterea Stephanus ab inceptis ceſſabat bonis, tum operibus, tum verbis; probi enim viri eſt videndo mala, patrantibus ea compati, ſed eis, & eorum prauitatibus non commiſceri, benè pro eis deprecari, vt exurgant à contagio peccati. Vnde Sanctus Apoſtolus. *Quis, ait, infirmatur & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror*. O bone Paule. ſi cum alio infirmaris, cur etiã non ſcandalizaris, ſed vreris? quoniam iuſtus vir delinquentibus compatitur, ſed eorum malitię, ac nequitię non cooperatur. Qua de re in præfatam Sancti Pauli ſcripturam Ioannes Cluniacenſis ait. *Prudenter ſociat ſe Apoſtolus infirmitatibus aliorum, non ſcandalo, ſed dicit, quod vritur, quando alius ſcandalizatur, ratio huius quia homo cupidus lucri libenter ſe ſotiat lucro, non damno*. Quò pulchrè venit illud Canticorum ſecundo. Vbi ſponſus dilectam lilio inter ſpinas, illa verò eum malo inter ligna ſyluarum aſſimilat, dicens. *Sicut Lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios*. At quorſum ſimilitudines hę? quoniam Lilium à ſpinis nequaquam pungendi exemplum ſumit, ſed eis exhibendę ſuauitatis læſoribus ſuis monimenta perhibet. Malus verò arbor fructifera ceteris haud fructum facientibus dat exempla largitatis, non tamen illarum ſterilitati aſſentit. Viri iuſti talia per ſe ferunt, & ceteris imitanda tradunt. 2 Corint. c. 11. g. Ioann. Cluniac. Cant. c. 2. a.

Et non poterant reſiſtere, &c. Quid mirum, & ſi omnes facillime conuincebantur,

tur, confundebanturque? Plenus enim erat Stephanus Spiritus Sancto, qui ſua diuina ſapientia loquebatur, & Protomartyris ore ad eorum confuſionẽ vtebatur. Ita & ſe geſſere ſimplices, ac tenellę virgines, martyres ad confuſionem Tyrannorum, & conuerſionem gentium, prout monita dedit ipſe Dominus apud Marcum dicens. *Cum duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini, ſed quod datum vobis fuerit in illa hora, loquimini, non enim vos eſtis loquentes, ſed Spiritus Sanctus*. Cum de pia, & fideli ſponſa, quid videlicet agendum eſſet, vt rectè loqueretur, cæleſtis ſponſus interrogaretur, audiatur, quæſo, mirandum quale datum fuerit reſponſum. *Soror noſtra*, inquiunt, *paruula eſt, & vbera non habet, quid faciemus ei in die, quando alloquenda erit? ſiue quando coram Rege adducenda? ſi murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea: ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis*. Proinde ſi diceretur, dum fidei murus eſt, ſeu talis in ea eſt, dabimus ei verba doctiſſima, velut argentum intonantia. Dum vero cordis ſinum aperit cæleſtibus inſpirationibus, eas ſuſcipiens, & faciens, ligno Sanctæ Crucis, nimirum meditatione Dominicę Paſſionis eam optimè communiemus, cui minimè poterunt impij reſiſtere.

Marc. c. 13 b

Cant. c. 8 c.

Et non poterant contra ſtare ſapientię, &c. Ita in vno Codice Græco ſcriptum legitur, prout refert Regius Typographus Pariſienſis apud Ioãnem Lorinum, adeo vt retrocedere eis neceſſum fuerit. Cuius quippe rei ſymbolum eſſe poſſet, aurea, vel argentea pila, ſceſſuris hinc inde flammulas emittens igneas cum inſcriptione hac. *Fugite partes aduerſæ*. Quis enim cæleſtibus, diuiniſq; ardoribus reſiſtere poterit? Idem naui in medio mari denotatur, quę vndiq; ex bombardis, ſiue tormentis ignea emittit fulmina. *Acceſſus amicis tutus*. Cui propoſito non minus illud diuinę ſcripturę. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarũ, & hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis*. Quo in loco per orbem terrarum liceat Microcoſmum intelligi, hominem, iuſtum, caſtum, pium, quem Spiritus Sanctus, qui vere omnia continet, replet, & ſcientiam vocis dat, cui nequeunt reſiſtere maligni homines, & iniqui. *Ego enim*, ait Dominus, *dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij veſtri*. Præfarę rei quoque ſymbolum hieroglyphicum eſſe poſſet, minimum illud volatile, quod Cincindela vocatur. Italica verò lingua. *Lucciola*. Cum ſcriptione. *Lucet in nocte*. Alludentes de viro iuſto, qui quamuis quandoque velut tenebris circumdetur tribulationum, attamen operum, atque verborum ſplendore in modum eluceſcere comperitur.

Apud Ioan. Lorinum.

Sap. c. 1. b.

Luc. c. 21. d.

Intendens in Cælum vidit gloriam Dei. Magnę quidem virtutis, & dignitatis eſt opus, Cælum debito inſpicere modo, vt illud intuens Stephanus, Dei gloriam videret. Sed numquid omnes Cælum intuentes, gloriam quoque Dei vident? non ita quibuſque datur abſolutè. Verum iure adnotandum, fuiſſe videlicet Stephanum fide, & Spiritu Sancto plenum. Prout nonnulli Codices Græci habent, referente Ioanne Lorino. Atque tunc intendens in Cælum, Dei gloriam vidit. Ecce quomodo fidei formatę plenitudinem Spiritus Sanctus fouendo ſubſequitur, in mirabilium operum factionem, & ad diuinę glorię viſionem. Quandoque contingit, vt qui nauibus mare percurrunt, ad litus vtique appropinquent, ſed orta tempeſtate valida, maris vorticibus perturbatis, imminens naufragij periculum intueantur, quare oculis ad ipſum litus eleuatis, ad quam tendunt patriam, effuſis lacrymis anhelantes ſuſpirent, fermè illinc auxilia petentes. Sic ſuo maiori modo Stephanus, ad optatam cæleſtium ſpirituum patriam, ad tutiſſimum litus illud anhelabat. Quando ecce ſaxorum tempeſtatem, atque dirè perſequentium rabiem ſe aduerſus concitatam agnoſcens. *Illuc fixit obtutum*. Sic ex illo Græco participio deduci, & legi poteſt, ac ſi dixiſſet. Quando, quando ad te cæleſtem ſinum, ad te litus tutiſſimum, ad cariſſimorum amplexus Beatorum perueniam? Hunc ſenſum pium, & formoſum bellè affert Ioannes Lorinus dicens. *Intendens in Cælum, vt iam ſuſpirans ad patriam, quam mox ingreſſurus, & hæc infima, caducaque deſpiciens, aut aduerſarijs bene precans, ac ſibi ipſi contra imminentem mortem auxilium depoſcens*. Quod profectò totum non caſſum fuit, ſed miranda conſequutus, miranda imitationis exempla poſt ſe reliquit.

Simile.

Ex text. Græco apud eumd. Lorinum.

Ioan. Lorin. in Act. Apoſt

Intendens in Cælum vidit gloriam Dei. Huiuſmodi ſurſum ad Cęlum inſpectionis virtutem bene agnouit ille, qui oculorum lumine captus non ex eo quoniam hæc

Digitized by Google

A hæc inania, & caduca haud inſpicere poſſet, ſed quod Cælum eiuſque formitatem intueri nequiret, lamentabatur ſic. *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen Cæli non video?* Cur etiam non lumen lucernę vel candelę ſed tantum Cæli ait? Sanè quoniam ex horum contemptu, & elucеſcentium inſpectione ſyderum eleuabatur in contemplationem eorum, qui ſuper Cælos ſunt, ſpirituum. & in ipſius Omnipotentis Dei, ſe eis ibi glorioſum manifeſtantis. Quod haud minus percipiens Rex ille Pſalmigerus Vates dicebat. *Cæli enarrant gloriam Dei*. Alij verò legunt ex Paraphraſte Caldæo ſic. *Qui ſuſpiciunt Cælos, enarrant gloriam Dei*. Magna gloria Domini, & beatorum eius reuelatur, poſſidetur in Cælis non quidem ſub eis. Quid igitur vident, qui Cælos ſuſpiciunt, vt eam enarrare poſſint? ſenſus eſſe poteſt prout ſupra, quòd oculos, mentemque fideliter eleuantes ad æthera, facilius, in diuinorum meditationem trahuntur, cæleſtia ſic amantes, terrena verò deſpicientes. Hinc & Domino Deo Dauid oculis in Cælum eleuatis dicebat. *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum! concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini*. Itinere gemebat, illuc ſuſpirabat, in diuinorum meditatione deficiebat. Sic facile ſe gerunt, qui pie deuoteque Cælum ſuſpiciunt.

Iob c. 5. b. — Pſal. 18. Chald. Paraph. — Pſal. 83.

Intendens in Cælum vidit gloriam Dei: Omnem ſuam ſpem, & fiduciam in Domino Cæli habens. Sicut Suſana mulier honeſtiſſima, quando in magno vitę diſcrimine ob falſam impiorum ſenum accuſationem reperiebatur, Cælumque
B inſpiciens, illinc auxilium ſibi neceſſarium præcabatur, vt hunc locum exponens ait Sanctus Gaudentius Brixienſis Epiſcopus. Ægiptij Sacerdotes Principis, vel alterius viri iura daturi, vel cum aduerſarijs pugnaturi à diuorum ſibi auxilium fiducialiter expoſcentis, hieroglyphicè lineare volentes pingebant canem, ſtola, ſiue faſciola in dorſo bellè opertum, oculos in diuorum Imagines erectas ſtantes fixos habentem, quaſi corde fidentem, & latratu auxilia poſcentem. *Confidit, & poſcit*. Ex quibus fidelium quiſque ediſcere poteſt, qualem ſe eſſe oporteat in ſæculi aduerſitatibus, in arduis, atque rebus cunctis, fiduciam in Domino Cæli habendam oculos in Cælum eleuandos, auxilium illinc expetendum. Quare Sancta canit Eccleſia.

Sanct. Gaud. Brixiē. apud Lorin. — Valerian lib. 5. de cane, titu. Princip.

Qui cumque Chriſtum quæritis,
Oculos in altum tollite;
Illuc licebit viſere
Signum perennis glorię.

In feſt. Transfig. Domin.

Id bene percepit, fideliſſimèque imitata fuit mulier illa verè pia, & laudibus celebranda, quę nato ad extremum ſupplicium ducto Ieſu Chriſti amore adoleſcenti, nomine Symphoriano, vt æquo animo, magnaque voluntate martyrium perferret, alta voce, maiorique corde clamabat. *Nate, nate, memento æternę vitę, Cælum ſuſpice, & ibi regnantem intuere, tibi enim vita non eripitur, ſed in melius mutatur*, Sic, ſic nobis rebus in cunctis Cælum inſpiciendum, auxilium
C illinc expetendum, & expectandum, Hoc idem cunctis exemplum prius poſt Chriſtum Dominum dedit Stephanus, prout ibidem adnotarunt Leontius, & Ammonius apud Ioannem Lorinum. Quinimo, & ipſe Chriſtus Dominus quandoque miracula editurus, vel orans, tum alijs de cauſis, tum vt nos id ipſum facere doceret, vt optime obſeruarunt Sancti Chryſoſtomus, Hilarius, atque alij. Quid plura? Ipſe Chriſtus Dominus Sanctiſſimum ſui corporis, & ſanguinis Sacramentum inſtituturus, oculos in Cælum ad ſuum Patrem cæleſtem eleuauit, ſicut in Miſſę Canone dicitur. *Et eleuatis oculis in Cælum ad te Deum Patrem ſuum omnipotentem, tibi gratias agens, &c.* Sat verò hàc de re dictum. Interim fideles quique attendant, diſcant, quod præbetur documentum, ſequantur, imitentur, vt petentes exaudiantur, & hinc decedentes ſaluentur.

In feſt. S. Timot. die 22. Auguſt. — Leont. Ammo. D. Hil. D. Chriſoſt. apud Lorin. — Canō. Miſſę

Et eijcientes eum extra ciuitatem, &c. Certiſſimum ſignum, quia eum odio habentes omninò renunciabant, eius cum meritis, & virtutibus. Mirandum de impijs Iſaias dixit, nimirum ſic. *Impij quaſi mare feruens*. Bone Deus, & qualem dicemus inter homunculum, & oceanum, perturbatoſque vertices eius ſimilitudinem? hanc verè attendendam. Feruens mare ſuis fluctibus impetu percurrentibus naues aut ſubmergendo inglutit, aut ad ſcopulum, ad litus allidēdo confringit, & à ſe depellit, lutoque, ſiue arena operit. Ita & ſuo peiori

Iſai. c. 57. d. — Simile.

Ii 2 modo

Digitized by Google

modo impij rabie, odio, magnaque furoris indignatione iuſtos ferre non va- D
lentes à ſe impie depellunt, & mortis ſcopulo confringere, arenaque operi-
re contendunt. Sicut Caim fratrem ſuum Abel iuſtum ſuam extra habitatio-
nem in agrum deduxit, direque interfecit. Hebræi Chriſtum Dominum ſuū
extra Ciuitatem, vt crucifigerent eum: Stephanum, vt lapidibus obruentes
Pſal. 73. necarent: Vnde Rex Pſalmigerus Vates ita prædixerat, *In ſecuri, & aſcia deiece-
runt eum*. Securis ſecat, aſcia verò æquat abradendo; per illam omne necan-
di inſtrumentum intelligunt, iſta linguam maledicam non nefas eſt intellige-
re, qua perfidi vſque ad iuſti animam incluſiue abradunt, ſolo ſiue ſuis praui-
tatibus æquare contendentes. Caim fratrem in agro percuſſit baculo: Iudæi
Dominum ſuper Caluario Clauis, Cruce, Maleis. Cui facit quod prætatis
Chald. Paraph. Pagnin. Pſalmiſtę verbis Chaldæus Paraphraſtes addidit. *Percutient malleis*. Pagninus
verò ex Hebræo addidit ipſe quoque legendo ſic. *Malleis contriuerunt*. Stepha-
num autem extra Ciuitatem ſimiliter deiectum lapidibus interfecerunt, & in
eum maledicentijs minime pepercerunt.

Et eijcientes eum extra Ciuitatem, &c. Qui libentiſſimè paſſus eijci, ac lapidibus
obrui amore Ieſu Chriſti, atque ſanctę illius Eccleſię ſuper ædificandę, ac vni
uerſum per orbem extendendę. Apud Valerium Maximum quoddam nota-
tu dignum hoc legitur. Magnam incontrouerſiam deuenere ciues Cartha-
ginenſes, & Cyrenenſes, quique ſiquidem eorum vlterius ſuos protrahere fi-
nes contendebant. Quare tandem in illud deuenere conſilium, vt ex vtraque E
Ciuitate duo viri ſelegerentur curſores validi. Ex Carthagine porta hi, ex Cy
renis verò illi diſcedentes, currentes, vbi reperirentur obuij, ibi fines, ac ter-
mini figerentur. Factum eſt autem, vt illi duo fratres nomine Phileni Cartha
ginenſes velocius currentes, vlterius de prædio, quàm alij duo acquirerent.
At Cyrenenſes, lamentabantur, eos videlicet fuiſſe iniuſtè victores, & ſuis
citius è ſuo diſceſſiſſe loco. Quare magna iterum exorta contentione, hoc
Cyrenenſes protulerunt. Si duo fratres Phileni ſponte paſſi fuiſſent viuos in
eo quem iam attigerunt, loco ſepeliri, terminos ibi, & fines aſſentiebant po
ni. accepta conditione, Phileni fuere ibi ſpontè mox terra operti. Et Cartha
Valer. Maxim. lib. 5. c. 6. exter. de piet. erg. Patr. ginenſium fines valde extenſi. *Dixerunt, namque, ſic eum finem ratum, ſi Phileni vi-
uos ibi obrui paſſi fuiſſent: illi autem nulla interpoſita mora, corpora ſua bis terra operienda de-
derunt*. Quibus propterea à conciuibus palmę, atque columnę fuerunt ere-
ctę. Verum ad nos. Ægreferebant Iudæi, atque ſimiles, verę pietatis hoſtes
ædificari, dilatarique Sanctam Chriſti Domini Eccleſiam, ideo cum fidelibus
eius magnum iniere certamen, & bellum. Sed ecce Sancti Apoſtoli, & mar
tyres Domini ſua libentiſſimè corpora dederunt necanda, feris ob jcienda,
humoque operienda, vt Eccleſia ſancta eò magis construeretur, & ipſa ſuos
per orbem terminos vſque ad ſæculi finem extenderet. *Iſti ſunt, qui viuentes in
Reſpon. oct. côm. Apoſt. carne plantauerunt eccleſiam ſanguine ſuo*. De quorum numero vnus inſignis Stepha
nus Protomartyr fuit, qui extra Ieroſolymorum Ciuitatem eijci, lapidibus F
obrui eamdem ob cauſam libentiſſimè paſſus, & mortuus. Cui proprerea
honos, palmę, coronę dicatę, altaria, templaque erecta. Et nunc triumphat
exaltatus in gloria.

Secus pedes adoleſcentis, &c. Quaſi plus cæteris, nimirum lapidantibus, ipſe
puer Saulus ſæuiret in Stephanum, & contemneret eum. Nonnulli Gentili-
Pier. Valerian lib. 33. c. de contē. diu. tot ocul. um, atque etiam noſtratum, prout apud referentem Valerianum, diuorum
contemptorem indicare volentes, oculum ſub eius ſolea depingere conſue-
uerunt, ex eo quoniam, ſicut alibi idem Valerianus, per oculum apertum
Deum ipſum quæcumque inſpectantem, apud omnes intelligere conſueuit
Antiquitas. Saulus autem puer tunc eorum omnium oculos lapidantium ad
ſe trahebat, ſub ſoleis habebat, quorum veſtimenta conſeruabat; nam ſæpe
illuc, ne veſtibus priuarentur timore, oculos deuoluentes fixiſſe credendum.
Et ipſe iniquitatis eorum omnium particeps, eo magis huiuſmodi facinore
indigniſſimo gauiſus fuiſſe putandus. Qua de re Sanctus Pater Auguſtinus ait.
D. Auguſt. ſerm. 14. de ſanct. *Sic Saulus aderat lapidantibus, vt ei ſufficeret ſi tantum ſuis manibus lapidaret; vt enim eſſet in
omnium lapidantium manibus, ipſe omnium veſtimenta ſeruabat: magis ſæuiens omnes adiuuan-
do, quam ſuis manibus lapidando*. Quàm nihilominus & ipſi lapidantes contem-
ptui Stephanum habuerint ex eo clarius luce patet, quod Diuino in eloquio
narratur.

A narratur. Apud Iudæos obſeruata conſuetudo erat, vt qui ſuo iuri cedere voluiſſet de accipienda muliere aliqua in vxorem ad ſuſcitandam proximi prolem, ſiue ad emendam poſſeſſionem, educebat de pedibus ſuis calceamenta, & cui bonum huiuſmodi cedebatur dabat. *Hic autem erat mos antiquitus in Iſrael inter propinquos, vt ſi quando alter alteri ſuo iuri cedebat, vt eſſet firma conceſſio ſoluebat homo calceamentum ſuum, & dabat proximo ſuo.* At iſti lapidatores Stephani nedum calceis, verum etiam veſtimentis ſe exuere, eaque ſecus pedes adoleſcentis Sauli depoſuere, vt omnino de Stephano ad ſe velle nihilum pertinere, ſed ei penitus totum renuntiare indicarent. Ruth. cap. 4. b.

Sicut rei euentus rem ipſam bellè comprobauit; nam conuerſus in Paulum Saulus Stephani orationibus, conſors eius gloriç factus fuit in cæleſtibus. Cõſideratio, & enarratio eſt Sancti Patris Auguſtini dicentis in ſermonibus ſuis. *Nam ſi ſanctus Stephanus ſic non oraſſet, Eccleſia Paulum non habuiſſet. Sed ideo erectus eſt Paulus, quia in terra inclinatus exauditus eſt Stephanus.* Renunciauere lapidatum Saulo, & mire fuit ipſe exauditus pro eo, ſed quantumuis mirum in modum dirè manibus, verbis, lapidibus conculcarint Stephanum, numquam tamen eius humilitatem, famam, charitatem, innocentiam, ſanctitatem ſepelire potuerunt; at quo magis ipſe lapidibus operiebatur, eo magis inſurgebat, manifeſtabatur, & vireſcebat. Cuius inſigna, ſiue hierogliphicum ſymbolum eſſe poteſt. Herbula Crocus nuncupata, addito titulo, *Conculcata redolet.* Non D. Auguſt. homil. 10. ſerm. 1. de ſanct. c. 3. Apud Hiero. Ruſcell.
B enim Stephanus dolebat, non lamentabatur, non maledicebat; ſed ſurſum odorem ſuauiſſimum, orationis, laudis, ac deprecationis emittebat. Flectebatur corpore, ſed non frangebatur mente. Quod iunco, aut etiam Arcu tenſo, hac cum inſcriptione. *flector, ſed non frangor.* Per bellè declaratur, & Stephano, ac iuſtorum cuique patienti amore Dei accomodantur.

Secus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus. O quàm magna, & admirabilis Diui Stephani Charitas, & ſuos in offenſores dilectio! Quæſo, hoc vnum præcipuè attendamus ſingulare. E regione parùm diſtans morabatur Saulus adoleſcens, ceterorum ſeuientium veſtimenta cuſtodiens vt eo agilius, vehementius in ſanctum virum irruerent; & ipſe Stehpanus orauit Dominũ, vt ei pro malo bonum redderet. Mirandum profectò, Stephanus videbat in Cælo aperto Ieſum Chriſtum ſtantem in adiutorium ſibi, eumque alloquebatur, precabatur, vt ſuus ab eo ſuſciperetur ſpiritus. Et curam Sauli ad ſalutem eius gerebat; vnde, quomodo? nonne quod minus à maiori ſolet impediri? Quæſo, ceſſet admiratio. Cum Dominus Ieſus Chriſtus in Cruce pateretur, moreretur, generoſè impertiuit dextro Latroni medelam, & gloriç promiſſionem. Mirantur id nonnulli de tam magna, & ſingulari in eum tunc largitate Domini. *Amen*, ait, *dico tibi, hodie mecũ eris in paradiſo.* O Sanctiſſime Crucifixe, tuum in manus Patris tui ſpiritum commendare vis, & prius tam citò, tam copioſè latroni expetita largiris? ex Patribus Gloſſa Interlinearis id recogitans, ait. Luc. c. 23. f.
C *Nec mirum, & ſi conuerſo tam citò ignoſcit, qui etiam inſultantibus veniam dabat.* Sic ſuo modo dicatur de Beato Stephano. Ieſum intuendo, quod in Cruce fecerat, recordabatur, imitabatur, vnde ne dum pro lapidantibus orabat, ſed & prius pro Sauli ſalute ſollicitus erat. Gloſſ. Interl.

Mirabilem admiremur effectum charitatis, & compaſſionis in Domino Ieſu Chriſto, & in ſeruis eius, ſanctis martyribus. De Sancto Stephano dicitur. *Lapides torrentis illi dulces fuere.* Et quinam lapides, quomodo dulces, qui duri à diris aſperrime proijcebantur in Sanctum Protomartyrem? dulces tolerati amore Ieſu Chriſti. Vnde Diuus Pater Auguſtinus ait. *Nihil tam durum, atque ferreum, quod amoris igne non molliatur, & vincatur.* Et iterum clarius in propoſitum idem Sanctus inquit alibi ſic. *Verus amor non ſentit amaritudines, ſed dulcedinem, quia ſoror amoris eſt dulcedo*, Sed quo de torrente illi lapides ſumpti? fortaſſis de proximiori, vel Cedron, vel alio. Verum Moralis Gloſa inquit. *De torrente Paſſionis Domini.* De quo Diuinus Vates Pſalmiger prædixerat. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Qui ſuam in Paſſionem, & mortem lapides adhiberi, in ſe iaci noluit, quando eos accepere Iudæi, vt eum lapidarent in Templo. *Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo.* Lapides ideo fuerunt dulces Stephano qui quidem intuebatur Ieſum Chriſtum in Cælo ſtantem, ſibi compatientem, & ſe adiuuantem. *Quia ſtare pugnantis, vel adiuuantis eſt. Videt ſtantem, quem inter perſe-* Antiph. 2. ad Laud mat. in eius feſto. D. Aug. de morib. Eccl. contra manich. Idem lib. 33 confeſſ. Gloſſ. Moral. Pſal. 109. Ioann. c. 8. g. Gloſſ. Interl.

Digitized by Google

perſequntores adiuuantem habuit. Ita præcipua ex Patribus ibi Gloſſa Interlinearis ait. D

Verùm & iterum, Non mirum,& ſi legimus Stephanum pro lapidatoribus exorantem, eis ſiquidem plurimum compatientem, quoniam & ſibi ſummopere compatientem Chriſtum Dominum ſtantem intuebatur, quē imitari totis viribus nitebatur. *Ad confortandam martyris patientiam Cælum panditur ei, & nè homo lapidibus titubaret in terra, Deus homo crucifixus apparuit ei in gloria*. Hoc proprium Chriſti Domini, nimirum maximopere compati, præſertimque ſuis martyribus in terris. Mirandum ſanè in modum. Cum vera coram diris Iudicibus loqueretur ipſe Chriſtus Dominus, militum vnus dirè dedit ei alapam, Dominus autem valde ſic læſus in facie ait. *Si malè loquutus ſum tu teſtimonium perhibe de malo; ſi autem benè, quid me cadis?* O dulciſſimè Ieſu, iubes præbendam alteram percutienti maxillam, & id tumodo non confirmas exemplo? Dubium ſoluit Philo Carpatius dicens, id factum ab ipſo Domino ob magnā ſuos in martyres compaſſionem. *Genę Chriſti*, ait, *ſunt martyres eius*. Præbuit vnam maxillam ſuo pro ſibi dolore,alterā verò non,ſuis compatiens martyribus. Sciens itaque Stephanus, & experiens quod fiebat, & ipſe compatiens imitando,ſuis etiam pro læſoribus diris orauit Dominum, ne ſtatueret eis illud peccatum. Item de genis Domini, Eccleſię ſcilicet martyribus habetur. *Martyres ſuos habet Eccleſia, qui tamquam firmiſſimę maxillę, & genę ſunt Chriſti. Scimus enim Chriſtum in martyribus pati, quia factus omnia in omnibus*. Ita bellè loquutus Philo campanię Epiſcopus apud Bibliotecam Patrum. E

Vener. Beda ibi.

Ioann c 8 e. Matt. c. 5 f. Luc. c 6. d. Phil. Carpat. bibliot. Patrum tom. 1.

Phil Epiſc. Campan. bibl. pat. tō 5.

Et lapidabant Stephanum inuocantem, &c. Ipſe verò lapides non renuebat, ſed inter eos Deum inuocando laudabat: immobilis expectabat ſaxa, quę continuò iacebat crudelis turba; adeo vt quodammodo oriretur contentio, quis eorum firmior, ac durior videretur, turba lapidando, Stephanus ſuſtinendo, atque proiecti lapides cadendo, vnde dici iure poſſet. *Lapides lapidem lapidibus lapidauerunt*. Pro lapide nimirum pro Chriſti nomine,pro cuius amore Stephanus lapidabatur. Conſideratio eſt Diui Petri Damiani dicentis. *Lapides lapidē percutiunt lapidibus, ſed lapidem molliorem, de quo fluit oleum charitatis, & tinnitus redditur pietatis. Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum*. Nec mirum, & ſi Stephanus immobilis ſiſtebat ſaxorum turbini, quandoquidem intuebatur Dominum ſtantem in ſui martyris adiutorium. De qua re Sanctus Ambroſius dixit. *Stephanus autem martyrio coronatus eſt; quia ſtantem videbat Dominum Ieſum immobilem non prætereuntem. Immobilis ergo fide Stephanus immobilem Chriſtum videbat. Nullo erat mortis timore commotus: Non mouit ſe Stephanus, non mouit ſe Chriſtus*. Sed mirandum quod de ipſo Protomartyre Stephano ab Eccleſia concinitur, nimirum hoc. *Lapides torrentis illi dulces fuerunt, ipſum ſequuntur omnes animę iuſtę*. Et nihilominus haud competit dulcedo lapidibus, ſed durities eorum eſt cum grauitate proprietas. Quamquam foris poſſint alicuius liquoris circumuolui, circumoperiri dulcedine. Quemadmodum illi, quos de torrente quinque ſelegit Dauid ea occaſione belligerandi cum Goliath Gygante, & poſuit in pera paſtorali. F

D Petr. Damian. ſerm. de S. Steph.

D. Amb. tō. 2 in Pſal. 61.

Antiph. 2. ad Laud. mat.

Alij verò ex diuerſis tranſlationibus dicunt in vaſe, vbi oues emungere conſueuerat, quod ſecum gerebat. *Et poſuit illos in vaſe paſtorali*. Ita vertit Chaldæus Paraphraſtes. Clarius autem legit noſtro in propoſito Sanctus Pater Auguſtinus ſic. *Poſuit illos in vaſe paſtorali, in quo lac emulgerē conſueuerat*. Ergo ex eo paſtorali vaſculo lactis aliquam traxerunt circum ſe dulcedinem, tamen aſperrimi, duriſſimi fuere Gyganti, illi verò Protomartyri Stephano dulces, licet nec lacte, nec melle madidi, quorſum ergo ita? Quoniam Stephanus Chriſtum intuebatur, & paſſionis eius recordabatur, cuius amore patiebatur, qui aſperrima quæque indulcurare conſueſcit, & ideo de inſtrumentis Dominicę paſſionis dicitur. *Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinuit*, Quoniam Dominus erga nos amore, charitate paſſus. *Qui dilexit nos*, ait Ioannes, *& lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo*. Ac ſi diceret, quia dilexit nos, ideo ſanguine ſuo per mortem effuſo lauit, & redemit. Quem imitatus, ſequutus Stephanus, dulces arbitrabatur duros torrentis lapides.

1. Reg. cap. 17. e. Chald. D Aug tom 8. in Pſ. 143

Hymn. ad Laud. mat. Dom. paſſiō. Apocal. cap 1. b.

Lapidauerunt Stephanum inuocantem, &c. Ne videretur, ne raperetur à Dæmonibus, ſibi complacuit operiri lapidibus. De Herinacio animali quadrupede non magno, ſuper dorſum, ac per totum ſpinoſo ferunt, quod ſub arboribus

inſpiciens

A inſpiciens poma, ſe circumuoluit inter ea, quibus raptis per ſpinarum acumi Simile.
na multis ſub petrarum maſſa currens ſe abſcondit, ne capiatur, neue a pomo
rum eſu impediatur. *Petra refugium Herinacys.* Sic ſuo morali modo Stepha- Pſal. 103.
nus ſub Cælo, ſuper terram circum oneratus erat diuinę gratię fructibus, ef-
fectibus mille, ideo Saxorum maſſa operiri non renuit, ſed magno animo tu-
lit. Item de quibuſdam auiculis refertur, quę ſub lapidum aceruos volitantes
concinunt, & venientem aucupem, vel aduerſarium quemlibet aſpicientes, Simile.
ſubijſdem lapidibus ſe ſe abſcondentes, de eorum medio, ac interſciſſuris vo-
ces per aera ſurſum emittunt. *Super ea volucres Cæli habitabunt, & de medio petrarũ* Pſal. eod.
dabunt voces. Similia de Beato Stephano nuncientur, qui de ſub factis lapidum
aceruis, per lapidantium manus, ſurſum dabat voces in cælum ad ſtantem Ie-
ſum, illi ſe commendando, pro lapidantibus exorando, & vt ſpiritus ſuus in
conditoris, ac Reparatoris manus ſuſciperetur deprecando. Sic eum ſequan
tur omnes animę iuſtę, in tribulationibus laudes Deo dicant, pro perſecuto-
ribus exorent, vt & ipſę in Ieſu Chriſti manus ſuſcipi mereantur.

Poſitis autem genibus, &c. Nimirum in magnę humilitatis ſuę ſignum Deo co
ram, & lapidantibus eum; non enim inani gloria erigebatur, cum propter
Deum pateretur martyrium, ſed eo magis genua flectens, humiliabat ſe co-
ram cunctis, ac ſi dixiſſet, quis ſum ego, vt coroner martyrio? & Dominus
tunc diuidebat, aperiebat Cælos, vt in eos ſuſciperet ſuum humilem ſeruum.
B Ideo ſponſa ſuo cæleſti ſponſo dicebat. *Indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Cant. c. 1. a.
Et cur potius in meridie, quam ſero, vel mane? audi in meridiana hora ſol
perpendiculariter ſuper corpora hæc manet, vmbram ideo nullam facientia
Ille propterea humilitatis inſignia ſibi deligendo Pyramidem pinxit cuius ade
rat cacumini ſol cum inſcriptione. *Immunis ab vmbra.* Ac ſi dicere voluiſſet, Apud Iuliũ
ego licet magnus in terris dignitate, attamen Deo coram, & hominibus ni- Cæſar
hil me ſum arbitratus. Intuebatur Stephanus ſolem Ieſum, ſuper ſe ſtantem Capacc.
ideo genua flectebat, & ambitionis vmbrã neſciebat. Sic eo magis Ieſu Chri
ſto ille placuit, qui humilibus delectatur, & glorię coronam eis elargitur, qui
& ſui humili ſponſę ait. *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis.* Cant. c. 7. a.
Numquid ei ceterorum membrorum, magis apparentium formoſitas deerat
vt in calceamentis collaudata incederet? Attendatur moralitas. Apud Ioan
nem Euangeliſtam eius in Apocalypſi Luna dicitur viſa ſub pedibus ſponſę,
præſertimque Beatę Virginis Marię. Per Lunam autem apud omnes hiero-
glyphice ſæculi huius nobilitas, ac magnatorum ſublimitas intelligitur. Hæc Apocal. cap.
ſub humilis pedibus calcantur, quoniam apud talem contemnuntur, quem 12. a.
propterea Deus conſurgit adiuturus, & exaltaturus. Sic iure dicitur filia Prin
cipis, quę virtutem, & opera profitetur humilitatis.

Ne ſtatuas illis hoc peccatum. Quod quippe dictum cordis affectu maximopere
validatum Domino Deo quàm gratum fuiſſe credendum; ſimiliter & huiuſ-
C modi piam petitionem, ac ſui ipſius martyris oblationem Dominum ſuauiſſi-
mè odoratum. In memoriam reuocetur illud ſacrę Geneſis, vbi de Arca
Noe egreſſo, & ingratiarum actionem Deo ſacrificium ex illis animalibus
mundis offerente textus habet. *Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis.* Et cur Gen. c. 8. d.
non ita quoque factum dictum de ſacrificijs, quę Dauid, quę Salomon, ac alij,
quàm magnis, obtulere ipſi Deo omnipotenti? Ideo notandum, quòd illa
animalia munda in Arcam ingredientia iuere ſeptena prout ibi iuſſio Domini
ad Noe, fortè vt illud ſeptimum par eſſet pro ſacrificio, ceſſante diluuio, Cap. 7 a.
Noeque de Arca egreſſo. Ex quibus ſibi factum animalibus holocauſtum
Deus adeo gratum habuiſſe creditur, vt iure dicatur odoratus odorem ſuaui-
tatis. Sed quare, vnde potius holocauſta Noe, quam Dauidis, atque Salo-
monis ſic odoratus dicitur Dominus? Reſpondet ex modernioribus doctor
vnus ita. *Fortaſſis, ait, quoniam animalia illa, & quot quot aderant homines in Arca ſtetere* Doctor Re-
magna cum quiete, concordia, & pace. Stephanus pepercit ſe lapidantibus pro eis cenſ.
deprecatus, ex ſe pacem cum eis habuit, & in conſpectu Domini dedit odo-
rem ſuauitatis, quem ſtantem in Cælo aperto vidit auxiliantem, & nos noſtris
diſcamus parcere læſoribus.

Ne ſtatuas illis hoc peccatum. Ab ipſo Domino, & eius exemplo didicerat bea-
tus Stephanus mox parcere ſuis læſoribus, noxam dimittere, & pro eis orare.

Cum

Digitized by Google

Cum ipſe Dominus Cruci affixus, paſſus, mortuus Lanceę Longini mucrone D
tranſuerberatus eſſet, è latere dedit ſanguinem, & aquam. *Et continuò exiuit*
Ioann. c. 3. f. *ſanguis, & aqua.* Quo ſuper effectu magno, mirando, effuſis videlicet ſic humoribus ab eo pretioſiſſimis multę Patrum gloſſę pulchrè, piè multa dicunt. Verùm quòd exierit de corpore tranſuerberato ſanguis tranſeat; at quòd fluxerit aqua, hoc mirandum, inſolitum. Piè nonnulli ita ratiocinantur. Duas ſingulariter in paſſione receperat Dominus læſiones, condemnationem à Pilato, & quidem etiam per aquam inde, quando lauit manus ſuas, ac ſi ferè nihil, vel parùm quid mali, & leue feciſſet ille iniuſtus Iudex; alteram, quando clamauerunt Iudæi. *Sanguis eius deſcendat ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Quod valde
Matt c. 27 c. quidem ægrè tulit Dominus, audiens ſanguinem ſuum, quem fundebat in peccatorum remiſſionem, & animarum ſalutem, expeti ab eis in condemnationem. Vt autem oſtenderet has ſingulares læſiones non retinere, ſed mox dimittere volentibus pænitere, & remiſſionem acceptare, effudit ſanguinē, & aquam de cruce. Conſideratio deſumi poſſe videtur ex illis Diui Cyrilli ver-
Diu. Cyrill. Alexand. Cathec. 13. bis. *Itidem, ait, aqua, & ſanguis fluxerunt propter duas cædes, alteram Pilati, alteram clamantium, ſanguis eius deſcendat ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Quòd forte memoria conſeruans opus egregiſſimum Stephanus, & ipſe mox pro læſoribus ſuis Dominum ipſummet exorauit.

Ne ſtatuas illis hoc peccatum. Ecce via, & modus in Domino moriendi, & ipſum in cæleſtibus poſſidendi, diligere videlicet inimicos, eis benefacere, atque E
pro eis exorare, ne peccatum imputetur, ſed cælitus eis parcatur. O verè ter, quaterque felices, hanc prudentiam, & ſapientiam percipientes. Prout agnouit, ac dixit Domino Deo Pſaltes. *Super inimicos meos prudentem me feciſti man-*
Pſal. 118. *dato tuo.* Et quam, qualemque prudentiam ille à Deo ſuper eos habuit? hanc quoniam eos odio habentes diligebat, perſequentibus benefaciebat, maledictis benedicebat, & pro eis iuxta Domini mandatum orabat. O quam magna eſt prudentia hæc! & quid boni ſequitur habentibus eam? Perpendens
Rup. Abb. id quoque Ruppertus Abbas inquit, Meſſię promiſſionem factam præcipuè, tum Dauidi, tum Abrahę; ratio, quoniam non minus bonum fuit illud Dauidis parcere inimicis, eoſq; benè in Dño diligere, quàm illud Abrahę proprio non parcentis filio, vt Domini obtemperaret mandato. O Ieſu Chriſti fideles, vultis fieri vobis promiſſionem, & promiſſionis obſeruationem ad glorię cæleſtis collationem? attendite Ieſu Chriſti mandatum, illiuſue, atque Stephani exemplum de dilectione inimicorum obſeruate. Hic lapidatur, pro lapidantibus deprecatur, cælos apertos ſuper ſe, atque ſtantem Ieſum intuetur, & illuc eleuatus triumphat perpetuò glorioſus.

Ecce video Cælos apertos, & Ieſum ſtantem, &c. Non defuerunt, qui credidere, & aſſeruere, illam Cæli partem ex illius ſciſſione in terram deſcendiſſe, & ſcabellum Stephani genibus feciſſe, ſuper quam genuflexus vidit portam Cæli apertam, & Ieſum ſtantem à dextram ſui Patris omnipotentis. Verè quoddam magnum, omninòque inſolitum contigit. Ex quo morale dignum con- F
ſideratione colligitur hoc, nimirum iuſtos in tribulatione, perſequutione, afflictione Dei amore ſtantes, patienter tolerantes, eſſe vtique in terra adhuc viuentes; attamen velut in Cælo, in Dei videlicet conſpectu degentes, antea quàm illuc de facto ingrediantur; ibi modo mirabili morantur, & Deum ipſum ſic per ſolamen, & adiutorium intuentur, & experiuntur. Cui non inepte
Diu. Auguſt. Lib. 1. de ſerm. Dom. in monte c. 6. tom. 4. facit illud Sancti Patris Auguſtini, de talium vno quoque dicentis. *Qui quamuis corpore multa in terra ſuſtineat, corde tamen in Cælo fixus eſt.* Illinc non remouetur, vbi maximopere roboratur, & delectatur. Adhuc in terris probra, flagella Dei amore ab impijs ſuſtinet, & Deum ſtantem in adiutorium ſibi in Cælis proſpectu ſpei, & cordis videt, breui iam in mercedem perpetuam recepturus.

Quod pulchrè quidem eo Beatiſſimi Laurentij confirmatur. Cum enim ipſe ſuper craticulam ferream, ſuper ardentes prunas vreretur, Cælum verſus pia, & humili voce ait. *Gratias tibi ago, Domine Ieſu Chriſte, quia ianuas tuas ingredi*
In eius vita, & in vit. Antiph. ad laud. matut. *merui.* O bone Deus, quomodo vna ſimul hæc duo? In martyrio ſummus cruciatus, & in Cælo, ac eius Ianua ſummus beatorum iubilus: tunc in terris adhuc martyrio vexabatur, & Cæli, & Chriſti Domini ianuas ſe ingreſſurum fatebatur. O quam diuerſa hæc, immò contraria ſunt! afflictio, & conſolatio;

martyrium

Digitized by Google

A martyrium, & Cælum; incendij pœna, & Cæli ianua; in terris præſurę inſequu
toris, & in Cælo gaudia beatitudinis; in terris flamma ignis ſentitur, & in Cæ-
lo largitor æternę mercedis conſpicitur. Attamen vtrumque fatetur, qui de
flammis ſe non ingredientem, vel ingreſſurum, ſed ingreſſum Domini ianuas
confitetur. Quænam ſunt illę? Sanè Cæli portę, vbi Dominus ſuis gloriã bea
titudinis elargitur. Pro facili reſponſione liceat moraliter colligere, & dice
re, quod mundi tormenta Dei amore æquanimiter tolerata, ſunt velut Cæli
ianua; ijs enim intratur ad Cælum, ſicut per portam in palatium. Qui ſtat in
ianua bene aperta domus, videt quę ſunt, quę fiunt intus. Stephanus in tor-
mentis intuebatur ea, quę ſunt in Cælis, Ieſum ſtantem à dextris Dei Patris
omnipotentis, ergo mundi tormenta ſunt velut Cæli ianua. Quod & aſſeruit
Sanctus Laurentius ſuper craticulam poſitus. Tu pateris amore Dei, ergo
es velut in ianua Paradiſi, quę dicitur eſſe ipſius Ieſu Chriſti.

Ecce video Cælos apertos, & filium hominis ſtantem, &c. Hinc hæreticorum non-
nulli occaſionem ſumere auſi ſunt, & dicere Spiritum Sanctum non eſſe Deũ
Impiè arguentes, & aſſerentes eas eſſe perſonas diuinas, quas Beatus Stepha
nus Cælis apertis vidit, ſed tantum duas, aiunt, vidiſſe aſſeruit nimirum Patrẽ
& Filium, ergo illę, non Spiritus Sanctus eſt Deus. At vana, & inania loqu-
untur, toto errantes Cælo. Nec dixit Beatus Stephanus à ſe viſum Patrem Dubitat. Reſponſ.
Deum, ſed Filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei. Verum demus vtrũ
B que vidiſſe, ſic Deum ipſum voluiſſe ſeruo ſuo ſe reuelare, & oſtendere, quid
inde? Et ſi tantum inſpexiſſet ſibi reuelatam vnam Sanctiſſimę Trinitatis per-
ſonam, puta Filium hominem factum, Ieſum Chriſtum, ſtantem à dextris vir
tutis Dei, ergo nec Pater, nec Spiritus Sanctus eſſent Deus, quia eos non in-
ſpexiſſet Stephanus? O rudes, & perfidi obloquutores! Tacitote confuſi, & D. Greg Niſſen. Oration
bene credatis cernui. Sed illud met eorum inane argumentum referens, ac de ſanct. Steph.
bellè diluens Diuus Gregoirus Nyſſenus, ait. *Vidit Filium apud Patrem per Spiri-*
ritum Sanctum in ſe, quo erat plenus. Per lumen Spiritus Sancti in ſe martyre ipſo Ioãn Lorin.
manentis vidit ea, quæ ſuper ſe erant immenſa. quibus viſis magno cum vo- in c. 7. Act.
cis clamore petijt à Domino, ne læſoribus ſuis tantum flagitium imputare- Apoſt.
tur ad peccatum.

Sed cur voce tam magna exclamare? Nonne ſciebat Deum etiam cordis
voces audire? Maxime, & prope mortem diminuunt, amittunt homines vo
cem. Verùm non ſic in Stephano diudicandum, nam eius mors ad Ieſu Xp̃i
Crucifixi morientis imitationem erat ob charitatem; non frigoris odij ratio-
ne, ſed magnę dilectionis inflammatione. Quemadmodum in lucernę, vel
candelę ſuccenſę proxima extinctione expleto alimento cera, vel oleo, fieri
cernimus, eo in fine videtur magis ſcintillare, & colluceſcere. Sic, ſic ſuo ma
iori modo Stephanus in morte, idcircò bene auditus exclamare. Verùm e-
gregius in modum reſpondet Diuus Pater Auguſtinus, nimirum exclamaſſe
C Stephanum, ne delinquentium, & lapidantium ſtrepitoſus clamor aſcende-
ret, audireturque in Cælo, in aures Domini Dei Sabaoth; & ſic ab ipſo Deo
facilius, ac citius eis dimitteretur id ſcelus. *Clamor*, ait, *lapidantium furoris erat;*
clamor Stephani amoris, & charitatis. Obruendus ille clamor iſto clamore, vt difficillimum
peccatum, & maxima cum feſtinatione deleretur. Ex viſis verò Stephanus in Cælis a-
pertis, tanta perfundebatur conſolatione, ac dulcedine, vt lapidum ictus, &
percuſſiones redderentur ei ſuaues, illa in Cæleſtibus viſio beata lapides eos
indulcuraſſe dicitur. *Lapides torrentis illi dulces fuere.* Et ea in dulcedine mira Ste
fanus expirauit: ſpiritum Ieſu Chriſto commendatum reddit. De terris, in
Cælum euolauit; de lapidibus ad Ieſu Chriſti manus. De ſtrepitu lapidantium
ad concentus Angelorum: de magna tribulatione ad coronam glorię: de me
dio impiorum ad conſortia Beatorum. eum omnes animę iuſtę ſequantur imi
tando, vt ſecum quoque iucundentur in Cælo.

D

De optimis tribulationum effectibus, nonnulla hìc ea occaſione Sancti Stephani amorę Ieſu Chriſti martyrium æquanimiter ferentis diſſeruntur.

HINC itaque de tribulalionum laudibus, atque miris earum effectibus aliqualem tractationem habituri, ſat nobis dixiſſe videbitur, cum tria verè magna ex eis æquo animo toleratis prouenire contingereque ipſas ſuſtinenti dixerimus. Tribulatione Deus corripit, & non deſerit: docet, & conſolatur: auget, & ad ſydera tollit, Iuxta illud Dauidis, Domino Deo dicentis. *Et diſciplina tua correxit me in fin m, & diſciplina tua ipſa docebit.* Primam cuius ſententię partem Diuus Hieronymus vertit. *Confortabit me in finem.* Alteram verò verſiculi partem Chaldæus, & Pagninus vertentes ex Hebræo legunt. *Multiplicabit me*, Vatablus autem ſic. *Et diſciplina tua augustum me reddis.* Sic, ſic ſuos Deus, quos diligit tribulatos, diſciplina pertractat, vt eos corripiat, foueat, conſoletur, extollat, & glorificet. O quam miri tribulationum effectus! Iuſſus à Domino Moyſes potuit loqui ad petrã, vt effunderet aquam; attamen illam virga percuſſit, quare ſic? optimas iuxta hiſtoricum, & literalem ſenſum, gloſſas Patres afferunt; noſtro attamen in propoſito, ac moraliter dicamus, per petram denotari etiam peccatorem, qui virga Domini videlicet diſciplina, tribulationeque percuſſus corripitur, conuertitur ad obediendum, & pænitentiales lacrymarum aquas effundit. vbi Catarinus ait. *Vbi non ſufficiunt verba, ſupplent verbera, vt lacrymarum aquę educantur.* Perutiles hi ſunt tribulationum effectus.

Pſal 17. D. Hieron. Chald. Pagnin. Vatabl.

E

Num c. 20 b Catarin.

De armentis, vel ſtabulis fugerunt Aſinę Cis patris Saul, forte ne onus ferrent vlterius, ad quas perquirendas, inueniendas, adducendaſque à patre Cis, mittitur Saul. Cui poſt nonnulos earum inquirendarum dies Samuel ait. *Inuentę ſunt Aſinę.* Alij vero volunt poſſe legi. *Eas inueniſti.* Quę domum, vel in campum reuerſę, reductę conſuetum ad onus ferendum, & eumdem ſubiere laborem. Cis interpretatur durus; Saul verò poſtulatus, vel petitio, ſiue cõmodatus. Et ecce peccator velut iumentum perditum, & amiſſum, à Deo receſſit, ab eo longe factus eſt, ne legis onera indomitus ſubire cogatur, ad quem quærendum, inueniendum, Dominoque adducendum, legiſque onere corripiendum mittitur Cis, & Saul, nimirum tribulatio, patientibus dura quandoque, & inuentum percutiunt peccatorem, diſciplinę virga verberant. Saul, petitio, quia ab aliquibus verè pijs, & deuotis experitur, & eis accommodatur tribulatio. Hæc duo inquirunt, inueniuntque diſperſum, amiſſum peccatorem, & ad Domini mandatum ſuſcipiendum, obſeruandumque adducunt. *Tribulatio, & anguſtia inuenerunt me, mandata tua meditatio mea eſt.* Ita ſubdidit Rex ille Pſalmigerus Vates per omnia hæc probatus, & quæque ſimilia expertus.

1. Reg. c. 10. a & 9 c

Apud Syluã Alegor.

F

Pſal. 118.

Ad inquirendam ouem amiſſam per colles, prata, montes mittit, ſeu ipſe pergit, nulli parcens laborum generi ſollicite paſtor, inuentamque vel ſuper humeros ſuum ad collum imponit, vel fune ad eius collum ligato ſecum trahit ad ouile, ne detur in os lupi, aut in ſaltum rupis, & præcipitij. Ecce quis amiſſa peccator breui dandus in os lupi, in præcipitium inferni, datus iam in ora peccati; à Deo mittitur tribulatio ad ipſum quæritandum inueniendum, funeque doloris, & anguſtię ligandum, & ad ouile tutum, ſacrum, ad veri paſtoris gremium, propriam in ſalutem reducendum. Conſideratio eſt Dauidis Domino Deo dicentis. *Erraui ſicut ouis, quę perijt, quære ſeruum tuum, &c.* Benè, ò mi Pſaltes, dicis, ſed quomodo quærendus, inueniendus, adducenduſque

Simile.

Pſal. 118.

crederis

Digitized by Google

A crederis ad alias Dominicę paſcuę oues. Sanè tribulationum, & afflictionũ
fune. *In chamo, & freno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te.* Hæc nos Pſal. 31.
quærunt amiſſos, inueniunt, & ad Dominum approximare per fidelem pæni
tentiã, & humilitatem efficiunt. Quę tribulationum funes, & ligamina bellè
ad Dominum deducentia, non odio habita, ſed periucunda fideli ſeruo Do-
mini fuere. *Funes,* ait, *ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara eſt mihi.* Pſal. 15.
Adeo in his ſibi complacuit, vt inſtar pergratę hæreditatis iucundas eſſe dixe
rit, non ignorans à Deo miſſas tribulationes ad optimos, & ſalutares tribula-
ti effectus.

Etiam Accipiter auis deſuper brachium Domini vinculis ad oculos, ad pe-
des, ad alaſque corripitur. Quare ſic? Quoniam ab eo ſummopere diligitur,
fouetur, & edocetur ex quo impreſiam, ſiue ſymbolum fecere viri contribu
lati, ſed à Domino ſuffulti, edocti, exaltandi, cum inſcriptione. *Dilectione,*
non deiectione. Tribulationem tu num pateris? Maximam. ne diſperes, ſed ſu-
ſtine, expecta, viriliter age, quoniam à Deo corriperis, doceris, foueris, exal
taberis. Vitis putata gemit, & fructus vberiores producit. ex qua vir pius,
prudens tribulatione concuſſus inſignia cum inſcriptione hac fecit. *Reciſa fe-* Acadé. Cort.
cundior. Quam impreſiam ſibi etiam elegere Academici Cortonenſes, nomi humoroſ.
ne Humoroſi. Verſa tamen ad ſolem erat, & bene quidem noſtro in propo-
ſito; ni enim in ordine ad Chriſtum Dominum iuſtitię ſolem, & ad eius paſ-
B ſionem, effuſumque ſanguinem, parum viti, cuique videlicet fideli prodeſſet.
Hinc & Dauid fidelis Domino. *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus Domus tuę.* Pſal. 127.
Nimirum in Chriſti latere ſciſſo plantata, & humorata. Quid vlterius? Etiã
fatui, qui Romę in quodam tenentur, aluntur, & curantur loco funibus, at-
que catenis circumligantur, & verberibus afficiuntur, ſic interdum plures eo
rum ſanantur. *Corripies me, & viuificabis me.* Eodem manus Domini plagat, & Iſai. c. 38. b.
ſanat vno, & eodem tribulationum ictu, valde ſaluberius, quàm illa Herois
Achillis lancea.

Tribulationum diſciplina nos Deus corripit, ſed non deſerit, immo firmat,
ſuffulcit, exaltat quemadmodum amantiſſimus pater cupiens corripere, edo Simile.
cereque, ac optimum reddere natum, vna manu eum percutit, terret; alte
ra verò ne cadat, detinet, ſic ad ſcholam, ad optimos reducendo mores. *Il-* Pſal. 138.
luc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Plures attendendos eodem actu
producendo effectus. Vbi Gloſſa. *Tenet,* inquit, *ne cadat; percutit, ne ſuperbiat.* Gloſſa.
O quot, quot etiam fideles ſuperbirent homines, ni quandoque corriperen-
tur, tenerentur tribulationibus! Hinc cælitus fauores dilectis, ſimul, & tri-
bulationes impertiuntur. Cum Dominus Ieſus Chriſtus Ioanni ſuo Euange-
liſtę dilecto recubitum ſuper pectus ſuum dediſſet, inde breui ad orationis ſuę
locum, ad impiarum turbarum acceſſum, ad Caluarięq; montem perduxit, vbi
martyr in corde fuit. O magnum fauorem, ò magnam tribulationem, quę
C dilecto impertita fuere Diſcipulo! Et de Iudæorum Synagoga tunc Domino
Deo dilecta ipſe omnipotens ait. *Ecce ego lactabo eam, & educam eam in ſolitudinem,*
& loquar ad cor eius, & dabo ei vinitores, &c. Dilectam ſe lactaturum aſſerebat & Oſe. c. 2. e.
vinitores ad eam ſe miſſurum promittebat, lactis dulcedinem, & vindemian-
tium aſperitatem intimabat. Alij legunt. *Dabo eis tyrannos.* Sanctus Hierony Alia Lect.
mus verò vertit. *Dabo eis afflictiones.* Sanè vt intelligi detur, Dominum ſuis fa- S Hiero.
uere dilectis, ſed ſimul conferre tribulationes eis, vt extollantur, ſed ne in
mentis elationem deuoluantur. Sic ſuorum vitam tribulationum, atque cõ
ſolationum deduci, & compleri ſapientiſſimus dat.

In Arca Teſtamenti Cherubin alis ſuperoperta erat Manna, lex, & Moyſis
virga, vt ſcias in te Domini Arca myſtica fideli eſſe debere obſeruationem Deut. c. 10. a
legis, virgam correctionis, vt ſequatur lac, ſeu Manna diuinę dilectionis, ſpi
ritualiſque conſolationis tibi; & Alis Angelorum, nempe protectione eorũ
conuoluaris. *Et Arcam teſtamenti circumtextam ex omni parte auro, in qua vrna aurea*
habens Manna, & Virga Aaron, quę frondverat: & tabulę teſtamenti, ſuperque eam erant Hebr. c. 9. a.
Cherubim glorię obumbrantia Propitiatorium. Vtinam myſticę ſimiles Vrnę, & Arcę ſi
mus, vt repleti amaritudine, repleamur, & dulcedine. Duo hæc ſimul, aut
ſucceſſiuè ſuis Deus impertire ſolet, ne ſuperbiant, ne animo cadant, ſed ſu-
ſtinere valeant. Iudæi iuſſu Domini comedebant Agnum Paſcalem aſſum,

Digitized by Google

necnon azimos panes. ſed cum lactucis agreſtibus, illis ſuauitas, iſtis amaritudo denotabatur; hæc duo ſimul noſtra miſcentur in via. *Edent carnes nocte illa aſſas igni, & azimos panes cum lactucis agreſtibus*. Hieroſolymorum Ciuitas quàm olim Deo dilecta extiterit, nullus diuinarum literarum profeſſor ignorat; attamen audiamus quid ipſe Ezechieli iuſſerit. *Sume tibi laterem, & pones eum coram te, deſcribes in eo ciuitatem Hyeruſalem, & ordinabis aduerſus eam obſidionem, & c.* O bone Deus, quorſum hæc tuos erga dilectos? quoniam quos diligo his medijs pertractari, vt melius poſſint ſaluari, volo. D

Exodi. cap. 12. b.

Ezech. c. 4. a

Cum adhuc paululum bene paſſus fueris, ad imperdibiles conſolationes tranſibis, nec non viuens mitigantia ſolamina habebis. Cunctis de Domo Saulis eo mortuo pereuntibus, dumtaxat vnus remanſit, qui & ad Regis Dauidis Palatia, vt cum Rege ipſo ſederet in menſa, vocaretur. Sed quis? quis putas, fuerit? Diuina ibi audiatur ſcriptura. *Supereſt filius Ionathę debilis pedibus Miphiboſeth, & c.* Huc poſt tot, tantoque rerum diſcrimina ſolum Rex Dauid benigne ſuſcepit, miſericordiam Domini cum eo magnam fecit. Sed conſiderandum, quoniam debilis pedibus erat percuſſus, & humiliatus. Suſtine, humiliter age, & faciet te ſummus Regum ad ſuam cæleſtem menſam ſedere, & ſolamina etiam in terris habere.

2. Reg. cap. 9. a.

Ne, quæſo, renuas cum Ieſu Chriſto hic pati, vt valeas quoque in eius domo cæleſti æterna gloria repleri. Operepretiũ eſt cum eo tribulationes æquanimiter ſuſtinere, vt plenius nobis concedatur gaudere. Id ipſe fieri optat, mandat, vt quod ordinauit executionem habeat. *Afflictio iuſti complementum paſſionis Chriſti*. Inquit Diuus Thomas. Verùm id quomodo. Audi Dominum in Cruce dicentem. Sitio. Vbi Diuus Pater Auguſtinus ait. *Sitiebat non humores, ſed vlterius dolores*. Cum autem inclinato capite tradidiſſet ſpiritum, vlterius pati nequiuit, iccircò rediuiuus cor ſuum Catherinę Senenſi dedit, in illius commutauit, vt ſic ſuo modo vlterius pateretur in ea paſſibili ſancta, & illa dicere poſſet illud Sancti Apoſtoli. *Adimpleo ea, quę deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius, & c.* Quod & nos imitari amore Ieſu Chriſti, quæque aduerſa libentiſſime ſuſtinentes præuiribus vtique debemus, vt denique cum eo exultare mereamur. E

Diu. Thom.

D. Aug.

In eius vita.

Coloſſ. c. 1. d

Huc quoque venit illud quod in horto, in orationis ad Patrem ſuum omnipotentem nocte orans dixit Chriſtus ipſe Dominus ad maiorem vlterius paſſionem iturus. *Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte*. Numquid ex timore mortis ita poſtulaſſe dicendus? id aſſerere nullũ nefas eſt, ad indicandam videlicet aſſumptę carnis veritatem. Expoſitio eſt Diui Hieronymi dicentis. *Vt veritatem aſſumpti hominis probaret*. Verùm vlterius noſtrum in propoſitum conſideretur, & dicatur ita. Timoris non eſt dilatare, & ſanguinem è corde ad faciem emittere, ſed potius è contra, nam frigidi eſt condenſare. Amor verò, & charitas calore ſuo eum ad faciem, & foras emittit, ergo potius amore, quàm timore factus in agoniam, ſanguinem ad faciem, & extra emiſit ſudorem, in gutas egredientem. De qua re ſic Origenes ait. *Non ex timore, ſed ex miſericordia*. Cum autem breui morituro vlterius pati non daretur ei, ipſe petijt paſſionem ſuam diferri, hoc eſt ſuos ſaltem in electos, velut ſua in membra talia transferri, in quibus viuentibus ſic pateretur. Quod clarius perpendens Diuus Hylarius inquit. *Vel aliter, non ait, tranſeat à me calix iſte. Hæc enim eſſet pro ſe timentis oratio. Quod autem, vt à ſe tranſeat, rogat, non vt ipſe prætereatur, orat; ſed vt in alterum illud, quod ad ſe tranſit, accidat. Totus igitur ſupra eos, qui paſſuri erant metus eſt, atque ideo pro his orat, qui paſſuri poſt ſe erant*. Ideo aliquibus concuti tribulationibus non eſt quod renuamus, vt Chriſti Domini voluntatem faciamus, & cum eo benè tolerantes bonis ab ipſo muneremus æterni. F

Matth. cap. 26. d.

D. Hiero.

Orig. tract. 35. in Matth.

D. Hilar. in Matth. c. 28. & D. Thom. in caten.

Hoc in ſæculo tantę virtutis, ac præſtantię eſt anguſtia, & tribulatio, vt homines aduerſa quæque patienter tolerantes, quàm clari, & illuſtres ſic effici bene comperiantur. De cænaculo Chriſtus Dominus ad orationis hortum, & crucifixionis locum profecturus ait de ſe ipſo. *Nunc clarificatus eſt filius hominis*. At non ne ſemper clarificatus ille, clariſſimuſque antea? maximè quidem. Reſpondit Diuus Auguſtinus in Ioann. tract. 49. *Talis glorificatio ipſius non ipſum auxit, ſed nobis profuit*. Verùm tamen id fortaſſe ad inſinuandum ex magnę afflictionis paſſione ſingulariter dilucidatum, talem manifeſtatum, & ſi non

Ioan. c. 13. g.

D. Aug.

Deo,

Digitized by Google

A Deo, cuncta proſpiciente, coram ſaltim Angelis, & hominibus. Quod forte expendens Diuus Paulus ad Galatas ſcribens inquit. *Abſit autem mihi gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti*. Ibi ſiquidem verè gloria, laus, honor, & decus viri patienter probra, & ſupplitia tolerantis. Cui propoſito non ineptè faciunt ea eiuſdem viri nobilis inſignia ſuo ſenſu facta. Mons Ethna, ſeu Veſuuius erat, nocte flammis in ſummitate micans. Hoc cum dicterio. *In tenebris lucet*. Tenebrę noſtro infirmitatis modo ſunt afflictiones, aduerſa, tribulationes; verum vir iuſtus ijs percuſſus, dat laudem Deo, eluceſcit in terra, & in Cælo. Ad Galat. c. 6. d.

Hic quoque facit illud eiuſdem Diui Pauli ad Epheſios de Chriſto Domino dicentis. *Aſcendit Chriſtus in altum, &c.* Quo? In quodnam altum? Reſpondet Dorothæus in altum ſcilicet Crucis. Diuus verò Chryſoſtomus ait in altum Cælorum. Sed quomodo conueniunt hæc duo, altum Crucis, & altũ glorię cæleſtis? Optime, ac ſi diceretur, altum afflictionis, operatur altum claritatis, & glorię cæleſtis, nimirum in hominibus benè tolerantibus altitudinem afflictionis, ex qua conſurgit celſitudo magnę, ac verę claritatis. Itẽ facit pro eodem illud Sancti Dauidis in vno Pſalmorum dicentis. *Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis*. Vbi Diuus Hieronymus ait, lætabuntur Sãcti in Cruce, gaudentes pro nomine Ieſu in afflictionibus Crucis, aliorumq; tormentorum, benè toleratis operantibus claritatem, & exultationem glo- Epheſ. c. 4. d. Doroth. D. Chriſ. Pſal. 149. D. Hiero.

B rię cæleſtis. Quòd verò ait, eos in cubilibus ſuis lætaturos, non parùm id declaratur ſic. De ſanctiſſimi ſponſi lectulo quæritans illa iuuenis ſponſa, inquit. *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes*. Quod ſanè concupitum, & perquiſitum reuelans, & aperiens inquirenti mox ait illi. *Egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum*. Greges eius, præſertim Synagogę multi erant milites illi, ac Iudeorum populi, qui egredientes pergebant ad Caluarię Montem, vt ſternerent Dominum ſuper crucem durum, & aſperum quippe lectum. Ibi Dominus pro nobis lætabatur paſſus, & in ſimilibus ſanè cubilibus ad imitationem lætantur Sancti, & iuſti omnes, vt cum Domino exultent clariſſimi in gloria cæleſti. Cant. c. 1. c. Ibidem.

Quę ſicut magnam claritatem, & ſplendorem hominibus præſtant, ita & magna voluntate expectari, & aduenientia ſuſcipi à viris iudicio præſtantibus conſueſcunt. Chriſto Domino in orationis hortulo agoniam patienti. *Apparuit illi Angelus de Cælo confortans eum*. Et quomodo? Num dicens eum non moriturum? Non vltra paſſurum? Profectò non ita, ſed oſtendens ei calicem paſſionis, atque inſtrumenta mortis, Crucem, Clauos, Lanceam, & id genus omnia, ad eius necem ſpectantia. Illis qui viſis ſolamen recepit? Maximè magnum; nam lætus, tutus conſurgens obuiam miniſtris Iudę, Iudęis ad eum capiendum venientibus impauidè ſe præbuit, non ignorans, ita clariſſimum, & glorioſum manifeſtari fore in toto terrarum orbe. Inter plagas Luc. c. 22. e.

C & earum cicatrices Chriſtus agnoſcitur, affirmatur, acceptatur Dominus Deus. Audiens Thomas ſuos condiſcipulos dicentes ſurrexiſſe, & viſum à ſe Dominum, credere noluit, ſed inferens digitum ad loca clauorum, & ad latus Domini ſciſſum mox credidit, & eum met eſſe clamauit. *Dominus*, ait, *meus, & Deus meus*. O mirandum profectò in modum? Qui ſeditiuus haud creditur inter clauorum ſciſſuras, & cicatrices ex eis impreſſas Deus, & homo idem, ac magiſter optimus eſſe affirmatur. Quis? Quis huius ſæculi afflictiones afferre ſuſtinentibus claritatem, & glorioſum ſplendorem negabit? Propemodũ nullus, niſi mente captus. Ioan. c. 20. g

Immò, & aſſerere audeo, Dominum acceptaſſe huius ſæculi aduerſa, & perſequentium impetus, quodammodo tamquam Cælorum gloriam. Sanctus Ioannes in primo ſui Euangelij capite de Chriſto Domino, ait. *In propria venit, &c.* Nimirum in hunc mundum, vtique illius, nam ab eo factum, ſed afflictionibus tunc poſt peccatum, atque modo refertum. At propriè quænam ſunt Chriſti Domini propria? Sanè quidem cæleſtia diuina; è quibus ille venit Deus, in tempore, in ſæculo factus homo. Huc tamen deſcendens in propria veniſſe dicitur, ac ſi hunc ſuę afflictionis, magnę paſſionis, ac necis locum, clarum ſuę cælſitudinis habitaculum, effectoremque claritatis locum eſſe arbitraretur, & aſſereret Dominus, atque pro eo Ioannes. Quid? Quid Ioan. c. 1. a

vlterius

Digitized by Google

vlterius hac de re dicam? Tentat huius ſæculi tribulatio te ſimilem ſanctiſſimo D
efficere Crucifixo, vt iuſto modo ab hominibus veneratione habearis; ſed
ictus tolerare percuſſoris operepretium eſt.

Per viam ambulans, vel domi etiam manens lapicida ſculptor, ſaxum intue
Simile. tur magnum, & ait. O quàm formoſam poſſum, volo illud talis Sancti, vel
Sanctiſſimi Crucifixi efficere imaginem! cui ſua loquela ſaxum, fac modò me
talem. Tum ſculptor, vado ſcalprum, ac malleum ſumpturus, & veniens,
hinc inde te percutiam. Superflua diſſonantiam membrorum facientia edu-
cam, vt formoſa ſic efficiaris imago veneranda, coronis redimenda. O mi
lector cariſſime, applica ſermonem, & adde Sancti Iacobi auctoritatem hanc.
Ep'ſt Iacob c. 1. b *Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitę*. Ne
igitur contemnas concuti, ſi vis corona redimiri, venerationeque haberi.
Lib. 33. Qua de re Sanctus Pater Auguſtinus ait. *Noli flagellum repellere, ſi non vis repelli ab hæreditate*. Hæc & ſimilia conſequitur, qui ſæculi afflictiones bono animo pa-
titur. Libenter ergo Dei amore aduerſa toleres, & magna tibi ſupereſt merces

Iubet Dominus mundi nos afflictiones ſuſtinere, vt poſſit corona donare.
Mirandum quod illa met apud Diuum Lucam Euangeliſtam mandauit, cum
enim ſuis loqueretur diſcipulis in cœna de magna paſſione ſua proxime ſubeũ
Luc. c. 22. d. da inquit. *Qui non habet, vendat tunicam, & emat gladium*. O bone Ieſu mi dulciſſi
me, quid ais? Num magis neceſſarior, vtiliorque tunica gladius? Vis eos
eſſe omninò pacificos, & iubes habere gladios, magis quam operimen- E
Matt. c. 26. e ta corporis? Et nihilominus Petrum remittere in vaginam ſuam gladium
voluiſti, cur ergo ceteros non habentes gladios emere præcepiſti? Quorſum?
Numquid ad feriendum? non. Sed audiamus Diuum Patrem Auguſtinum
D. Aug. hac de re ſic reſpondentem. *Gladius iſte, ait, gladius tribulationis, vt ematur tibi ſacra corona martyrij*. Ex huiuſmodi gladio corona, ex afflictione præmia. Dum
non renuis affligi, adhuc viator incipis ſacra corona donari. In memoriam re
1. Petri. cap. 4. d. uocetur illud Sancti Petri, ſic mire dicentis. *Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis, quoniam quod eſt honoris, glorię, & virtutis Dei, & qui eſt eius ſpiritus, ſuper vos requieſcet*. O quam magna bonorum præſertim ſpiritualium præparatio, immò
& impertio probra tolerantibus pro Domino. Diuus Gregorius Nazianze-
Diu. Greg. Nazian. nus habet. *Beati eſtis*. De præſenti verbum, quaſi anticipatè glorioſo de-
coretur diademate. In afflictione manus, & pedem ad æthera moues. De
bene felici Latrone dextro ſe commendante ſanctiſſimo Crucifixo, Diuus
Bernardus id eum videlicet ſic feciſſe, ſic dixiſſe ait. *Quoniam vidit Chriſtum euntem in Cælum*. O Sancte Pater, quomodo id, quæſo, ſi in Cruce Chriſtus ad-
huc erat, de qua Latroni reſponſa dabat? Ipſe Doctor idem etiam ſibimet
D. Bernard. reſpondens audiatur. *Quia & in cruce immoto pede ad Cælum migrat*. Tribulationũ
Crucem ſuſtine Ieſu Chriſti amore, tunc enim incipis coronas acquirere, ſur
ſumque iter feliciter habere. F

Amore Ieſu Chriſti debemus quæque aduerſa, ſæculi toleranter pati, quia ſic fideles eleuantur introducendi ad videndum bona Domini in terra viuentium.

EIA, non timeamus aduerſa, ſe nobis offerentia; nam magna, & con-
ſtanti voluntate tolerantes fiunt quotidie magis validiores in eis. De
petra Amianto dicta ferunt, quòd in ignem proiecta, fit candida, & du
riſſima, adeò vt vlterius non timeat ab ignis incendio. Sic, ſic de no-
bis in ignem tribulationum proiectis fieri, Deo auxiliante, arbitremur, ſed
2. Corinth. c. 12. c. patienter ferre operepretium eſt. *Cum enim infirmor, tunc potens ſum*. Grauius
verò

A verò nobis videtur ita conuolui; quia non inflammamur amore Ieſu Chriſti. Oh ſi amore tali incenderemur, nil durum, nil difficile, nil aſperum nobis ad tolerandum quippe crederetur. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum.* Eſt ſiquidem amoris dilatare ſpatia cordis ad facienda rei dilectę iuſſa. Sed numquid dominus nos aduerſa pati, atq; libenter ſuſtinere iubet? Maximè, audiatur ipſe. *Si quis, ait, vult venire poſt me, abneget ſemetipſũ, tollat crucẽ ſuã, & ſequatur me.* Non benè verò ſequitur Chriſtum, qui renuit pati propter eũ, vel eius amore tribulationes negat ſuſtinere. Verè formoſa ea dicamus Inſignia, quę Academici, nomine Inſocati, ſeu igniti erexere ſibi. Ferrum candens ſuper incudem, & duo ſuper ignitum ferrum mallei, cum inſcriptione. *In quaſcumque formas.* Ita bene diſponitur, qui Ieſu Chriſti amore, tenetur, ducitur, & operatur. Pſal. 118. Matt. c. 16. d Apud Bargal

Iterum ſi ad libenter patiendum ad æquo animo tolerandum difficulter induceris, Ieſu Chriſti paſſionem frequentius mediteris, & miranda in te ipſo circum hoc experieris. Ferunt naturales de quadam herbula, Cnicus, nuncupata, quòd ſi faſciculum eius quis in manu, vel ſinu gerit, nullum penitus dolorem, licet etiam vulneratus ſentit. Sit veritas apud expertos Auctores, nos autem dicamus ſic. Faſcis mirę virtutis, eſt Ieſu Chriſti paſſio, & ipſemet crucifixus, cum teneamus, conſeruemus ſic in cordis, & meditationis manibus vt nullum, ſeu minorem ſentiamus dolorem in beneferendis huius ſæculi aduerſis, id plurimum experta erat, quę ceteros edocendo dicebat. *Faſciculus myrrhę dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.* Et iterum Medici Phyſici aſſerunt, qualiter partes, ſeu membra mortui hominis poſita ſupr ea viui hominis egrotantia, plurimum prodeſſe, & ſanitatem affere, ſed vt cumque ſit, tutius ad propoſitum nos dicamus. Super vix vi viua membra noſtra valde ægrotantia ponatur per fidelem meditationem Ieſus Chriſtus, & hic crucifixus, qui ſua virtute infinita ſalutem, & miram fortitudinem afferet nobis, comet dicente noſtrum cuique. *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.* Id frequentius, diuinis obtemperantes iuſſis, agamus, & mirabilem effectum ſalutarem, tolerandiq; melius, quã antea virtutem ſentiemus. Apud Natural. B Cant. c. 1. d. Cant. c. 8. b.

Illud vnum adhuc conſiderandum, prius videlicet hic nobis per varios caſus, per diſcrimina rerum, ac multiplicitatem tribulationum iter ad imperdibiles coronas, ad conſolationes in cæleſtibus perpetuas. Quod non ignorans ſed experiens Rex ille Pſalmigerus Vates dicebat. *Exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael.* Cur prius Iacob, inde verò Iſraeli gaudium indixit futurum? Iacob ſupplantator, Iſrael verò pacis viſio interpretari dicuntur, quoniam prius hic in tribulatione, ac temporalium ſupplantatione patienter ferendum, ſuo modo exultandum, inde verò ſequitur in cæleſtibus perpetuę pacis viſio. Hinc non ineptè fecit ille huius rei impreſiam hanc ſibi. Radius pulueris erat inflammatus, hinc inde ſcintillas igneas emittens, & ſurſum conſcendens, addito dicterio. *Dum incendor, eleuor. Coſi m'inalzo ardendo.* Quoniam tribulatio facit ſuos eleuare mentes in Cælum, quo tandem benè perpeſſi feliciter peruenturi. & ſic illuc aſcenditur, dum videlicet Chriſti miles hic tribulatur. Perducens Dominus Deus ad promiſſionis terram dilectum Iſraelis populum, illos ab iter impedientibus valde concuti, & vexari voluit, quorſum ita? Audiamus Paſchaſium ad hoc ſic reſpondentem. *Quoniam, ait, ita laborando, & militando promiſſiones Chriſti acquiruntur.* Ne igitur doleas, ſed quæ in dies aduerſa offeruntur ſuſtineas, & dic Deo gratias. Pſal. 13. C Ex modern. Exodi per totum & Num Paſch.

Dum tribulationibus concuteris, dic tibi Dominum Deum adeſſe videndũ teque mira conſolatione repleturum. Cum Iacob in Meſopotamiam iret, oſtenſam in viſione intuitus eſt ſcalam verè formoſam, è terra ad Cælum, per eam Angelos, & Dominum Deum ipſi ſcalę ad ſummitatem innixum. Tamẽ ſubiunxit. *Terribilis eſt locus iſte.* Cum verò idem Patriarcha reuerteretur, non minorem habuit cælitus viſionem. Ex qua concludendo multa inquit. *Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.* Et ſimul repleta conſolatione magna. Iuxta Gloſſam Lyrani dicentis. *Quia conſolatus eſt me.* Verùm prima in viſione cur ita non habuit, non ita ſe accepiſſe dixit? Reſpondent morales quoniam & ſi Dominus illi ſcalę innixus, tamen de longe illum Iacob intuebatur, nec conſolatione replebatur, at in ſecunda viſione habita, quando ea Gen. c. 28. d. & c. 32. g. Gloſſ. Lyran.

noctе

Digitized by Google

nocte percuſſus in fœmore, de proximo vidit Deum, conſolatorem optimum. D
Vt ſcias ex tribulationis nocte tibi modum, & lumen videndi Deum ſuos conſolatione repleturum. Quaſi dici poſſit, tribulationem æquipparari gloriæ ſplandori, ſeu lumini, quo animæ in cæleſtibus eleuantur ad videndũ Deũ ipſũ glorioſum, ſine quo lumine nequaquam intueri poſſent ſummum glorificatorem Deum.
Pſal. 35. *Et in lumine tuo videbimus lumen*. Et ecce tribulationis nox, tenebraq; te eleuat, vt Deũ videas. Immo, vt ſic dicam, ad te Deum trahit, ad tecum morandum, ad te conſolatione replendum. Sicut cum Ioſepho in illo
Sap.c.5.c. carcere tenebricoſo. *Deſcenditque cum illo in fouea, & in vinculis non dereliquit eum*. O quot carceres Sanctis viris fuere luminoſi nocte! Quod non ignorans Rex
Pſal.137. ipſe Pſalmigerus Vates dixit. *Et nox ſicut dies illuminabitur*. Sed ſi nox, quomodo vt dies luminoſa? fortè intelligebat de tribulationis nocte, tuum intellectum ad videndum ſuo modo glorioſè Deum eleuante.

Quibus ita conſideratis, attendamus mirabilem virum Iobem aduerſa quæque tolerantem, libenter omnes tribulationes ſuſcipientem, immo eas contra, nullatenus timendo, conſurgentem. Magnus ille Scipio Romanus ab effectu Africanus egregio nuncupatus audiens inter ſui exercitus copias intraſſe aduerſariorum exploratores, ſuis militibus ait.
Franc. Alun. fabric. mund. *Eos tute, ac placidè deducatis per gyrum ad omnia noſtri exercitus ſecretiora, & munitiora, & vniuerſa eis penitus oſtendatis, in eoſque mali nihil inferatis, quoniam bellum quodque ſubire non timeo, ſed præſtolantes excito*. Similia, maioraque moraliter de patientiſſimo Iobe noſtro dicantur. Quid E
enim vermes in eius carne fuerunt? Sanè tot milites, illius patientiæ exploratores; at ille ſuos deuoratores minimè interficiebat, ſed ſollicitè occultabat, eiſque ſinum ſuum aperiebat gaudens. De quo Tertullianus ita. *Beſtiolas*, in-
Tertul. quit, *nempe vermes egredientes reducendo ridebat*. Quod ceteri ſerui quoque Domini factitandum non ignorantes, ſuis in tribulationibus cunctis præ viribus imitati ſunt. Sicut & Rex Dauid ſubiungens. *Tribulationem, & dolorem inueni, & nomen*
Pſal. 114. *Domini inuocaui*. Non dicit ſe eas abieciſſe, ſed ferme gaudentem nomen Domini inuocaſſe. Diſcamus, imitemur, vt cum talia edocentibus exultare, & lætari mereamur.

Magno Macedonenſium Regi Alexandro pergenti in Albaniæ Regiones illuc approximanti miſit dono dandum Rex Albaniæ Canem venaticum generoſum, quem Macedo libenti animo accepit, & ad leporem currentem dimiſit, ille dedignans nec è terra ſurrexit. Tunc ridiculum, inutilem, nimiſq;
Plini. lib. 8. cap. 50. puſillum arbitrans Alexander interfici iuſſit. Tum idem Rex alterum ad eum denuo miſit, dicens, eos eſſe Canes valde generoſos, & animoſiores, nec ad paruula dignari animalia. Tunc Alexander ſecundum experiens Canem miſſum, Vrſum dimiſit ad eum, qui mox conſurgens, vlterius non indignans, ſed bellum ſibi congruens illud arbitrans, magnam aggrediens interfecit belluã. Sic, ſic ſuo maiori, ac morali modo dicamus. Domini Dei permiſſu Dæmones aduerſus Iobem conſurrexere, de medio tollentes eius meſſes, armenta, F
ſeruos, oues, & id genus; at ille his auditis fere nil dixit, nec ſe de loco, minora ſuæ patientiæ, & generoſitatis magnæ fortaſſis arbitrando, mouit; verũ audiens natos ſuos omnes tam feminas, quàm mares ſub euerſis domibus oppreſſos, & necatos, tunc conſurgens, veſtimentaque ſua deponendo, atque ſcindendo, ait. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Domi-*
Iob.c.1.d. *nus dedit, Dominus abſtulit. Sicut Domino placuit ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum, &c.* Sic generoſè aduerſa conſurgens quàm libenter ferret, indicauit, & nobis exempla imitationis quàm præclara dedit.

Ex quibus de Iobe ſupradictis luce clarius patet, quod magna cum patientia ſuſtinentibus aduerſa ne dum in cæleſtibus præparantur gaudia, verùm etiã
Iob.c.42.d. hic multa cumulantur bona. *Et addidit Dominus quæcumque fuerant Iob duplicia, &c.* De glorioſa verò beatitudine talibus promiſſa, parata in Cælis Chriſtus Dominus ait. *Beati eſtis cum maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, &c. Gaudete, &*
Matt.c.5.a. *exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in Cælis*. Et iterum ad hoc idem conſiderandum non minimè facit conſideratio hæc. Quoniam efficiuntur filij Dei ſaltem adoptiui, & cohæredes Ieſu Chriſti, qui eius amore ſæculi aduerſa nõ renuunt tolerare. Cum ipſe Dominus à Iudæis perſecutionem pateretur, & odio habitus interrogaretur, quod nam ſignum daret ſuæ auctoritatis, nimirum

mirum

A mirum ſic eijciendi de templo ementes, & vendentes in eo, atque ibi numulariorum cathedras euertendi, ſicut filius Dei reſpondit eis ſic. *Soluite templū hoc, &c. Ille autem dicebat de templo corporis ſui.* Ac ſi dixiſſet flagellis me cædite, ſpinis, lanceis, clauis me perforate, in mortem tradite, tunc cognoſcetis, me eſſe Filium Dei Omnipotentis, quoniam læſoribus parcam volentibus, pro eis exorabo, de morte rediuiuus victor conſurgam, & glorioſus regnabo. Sic, ſic & nos imitantes, aduerſa, & contrariorum flagella ſuſtineamus. *Ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper.* Hoc eſt, vt exponit Ianſenius, animi promptitudinem ad ferendum indicabat quantumuis continuò moraretur in doloribus. Qui bonis etiam in terris auctus multis, ad æterna demum glorioſus migrauit.

Ioan. c. 2. d. — Ibidem. — Pſal. 37. — Ianſen.

Non in conſolationibus terrenis, ſed in æternis fulgebit glorioſa corona nobis; verùm prius hic amaritudinibus, & ærumnis coronam impertiri operepretium eſt. Sicut de pomo granato factum ſymbolum videmus; non enim intus cum granulorum dulcedine corona, ſed ſuper corticem, & eius amaritudinem prius, vt non ignoremus, manifeſtè hic coronari afflictionum amaritudinem, & abſconditè intus eſſe dulcedinem inde alibi magno præmio donandam nimirum in ſublimitate Cælorum. Hinc ſponſa de videndis malis punicis, an floruiſſent erat ſollicita dicens. *Videamus ſi germinarunt mala punica; ſi floruerunt mala punica.* Illud depingas, & inſcriptionem addas. *Cortici, & nucleo.*
B Sed prius illi poſt hæc iſti. Nec oppreſſiones nec obſtacula pertimeſcas, dū modo Chriſtum tecum habere procures. Referente Plinio, qui Saphirum, in quo ſolis imago, atque lapidem ex fulmine factum ſecum defert, tutus à fulminis ictibus euadit; ſic, ſic ſuo maiori modo dicamus. Chriſtum habere nobiſcum ſtudeamus, lapidem pretioſum angularem, & à quibuſque lædentibus non timeamus. *Nam, & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Alia quippe plurima nobis de optimis tribulationū afflictionibus dicenda, ſed quæ in noſtris Moralibus ſuper paſſionem Domini dicta, & quæ in noſtro Prædicantium Horto dicenda præordinauimus, ſat ſint, ea cupientes videre, illuc poſt hæc recurrere, quæſo, ne pigeat.

Cantic. c. 6. h. & c 7. d. — Plin. lib. 37. c. 9. — Pſal. 22.

Nequiuit ipſe Auctor adhuc nonnulla de huius ſæculi afflictionibus, æquanimiter tolerandis non proſequi, ad afflictorum conſolationem.

C COMMVNITER quidem ex huius mundi tribulatione, & anguſtia Dei amore benè tolerata ſequitur gaudium, & lætitia. Prout ipſe Dominus Diſcipulis ſuis prædixerat, & promiſerat. *Triſtitia veſtra conuertetur in gaudium.* Spirituale præſertim, & glorioſum. Conſideretur quæſò, differentia, ſeu diuerſitas quædam inter ipſiuſmet Chriſti Domini verba. In cena ſuis cum Diſcipulis parata, eos Sacerdotes efficiens, & ſuo pretioſo corpore, ac ſanguine reficiens ait. *Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum. Accipite, & bibite, hic eſt Calix ſanguinis mei.* Quare autem hic præmiſit notationem calicis, & non ſic in panis conſecratione de patena, vel alio paropſide mentionem fecit? Fortè quia, quò ad literam, minus ſanguis, quam corpus de ſe ſiſtit, niſi in vaſculo ſic apto, ſed liquefactus facilè effunditur. Moraliter tamen conſideratur, quod per calicem in eloquio diuino paſſim intelligitur paſſio, & eius amaritudo. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Dixit ipſe Dominus ſuis, nimirum paſſionem, & martyrium. Prout ibi Diuus Hieronymus exponit. In inſtitutione, ac ſumptione ſui ſanguinis pretioſiſſimi Chriſtus Dominus calicem adnominauit prius, ac ſi dixiſſet. Vultis eſſe participes ſanguinis mei, virtutis eius, & ſalutis per eum effundendum faciendę? Attendite ſimul calicem paſſionis, martirij, crucis, vt quod bonum

Ioann. cap. 16. d. — Matt. c. 26. — Matt. c. 20 d Mar. c. 10. f. D Hier.

Digitized by Google

inde ſequitur æternum percipere valeatis. D
Ad introducendam ignis formam in lignum fortaſſis viride, debent requi-
ſitę diſpoſitiones præcedere; non enim ſic abſolutè, immediatè, ac ſine præ
uia diſpoſitione ipſum ignitur lignum. A ſimili, ſuo tamen modo. Cum ve
lit Deus in nos ſua pietate, & miſericordia introducere gratiam, & gloriam
bellè formam animarum noſtrarum, & ſpirſtualem vitam, operepretium eſt
vt aliqualiter diſponamur. Qua de re loquens ipſe Chriſtus Dominus apud
Ioan. c. 22. f. Lucam ait. *Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus Regnum, &c.* Proculdu
bio ſimul intelligendo verba hæc facta etiam ad eorum ſucceſſores, nos o-
mnes Ieſu Chriſti fideles. Sed ò bone Ieſu Chriſte, audeo tibi dicere cum
Oleaſt. Oleaſtro fideli Doctore. *Quomodo tibi Pater diſpoſuit tibi Regnum Cæli, illuc vt aſcen-
deres glorificandus? ſanè per diram paſſionem, & mortem.* Sic, ſic per varios caſus, per
multas tribulationes Regnum nobis Cælorum diſponitur, & nos ad illud, nõ
per mundi huius illecebras, & delectationes inſanas. Qui aliter prætendit, &
Luc. c. 24. d. ſperat, toto Cælo erat. *Non ne oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?*
Sua erat gloria, eam attamen tanti emere non abhorruit, ſed voluit, & ho-
mo vermis, peccator, vilis ſine huiuſmodi prævia diſpoſitione ad Cælorum
Regna peruenire opinatur? omninò decipitur.
Theologi inquirere ſolent, an in patria cæleſti Beati ea martyriorum ſigna
abſciſſo videlicet capite, truncatis manibus, & ſimilia, ſint conſeruaturi? &
optimis rationibus negatiue concludunt. Sed quoſdam circulos, velut au- E
reos, fulgidos ijs in locis, & membris in quibus præcipuè martyria paſſos per
petuò conſeruaturos dicunt. Bene quidem ſic. At quare igitur Chriſtus Do
minus in Cælum aſcendens, eleuatis in manibus ſtigmata, clauorum loca,
Zach. c. 13. b. atque in pedibus habebat? *Et dicetur ei; quid ſunt plagę iſtę in medio manuum tuarum,
&c.* Zacharię Vaticinium. Reſpondent nonnulli id factum, vt ſciatur Deo
iucundum etiam in Cælo conſeruari Dominicę paſſionis memoriam. Hinc
Apocal. cap. 5. c. ibi Agno Dei occiſo canitur. *Dignus es, Domine, accipere librum, & ſoluere ſignacula
eius, quoniam occiſus es, &c.* Alij verò ſenſu quoque morali dixere, Chriſtum
Dominum plagas conſeruaſſe, & manibus eleuatis, acuta plagatis in Cælum
videntibus Apoſtolis aſcendiſſe, vt inſpicientibus quam clarum, quàm certũ
perhiberet, & ſequentibus exemplũ, quibus videlicet modis, & nummis ema
tur illud Regnum, quomodoue aſcendatur in Cælum; fideli nempe paſſio-
ne, tolerata tribulatione, ac ſimilibus; ad ipſiuſmet Ieſu Chriſti Domini imi-
tationem, & omnium fidelium ſalutem.
Vę ijs, qui in huius mundi delitijs exultant, in conſolationibus nimijs læ-
tantur, huiuſmodi vijs, ac modis ad Regna glorię cæleſtis decepti ſic peruc-
nire ſperantes; hæc enim potius illuc iter præpediunt, ſed ad inferni clauſtra
Ar. in Problẽ. deſcendere impellunt. Philoſophus aſſeruit minus, peius in medijs dulci-
bus aquis, puta fluminis, quam in mari, in amaris eius aquis nauim eleuatã
conſeruari, ratio quoniam illę ſubtiliores, iſtę verò graſſiores; ideo pariter F
ait, in illis peius, in his verò melius hominem natare, minuſque ic ergo peri
culum ſubire. Non diſſimiliter dicamus nos. In huius procelloſi mundi aquis
dulcibus, nempe conſolationibus terrenis, inhoneſtatum iucunditatibus pro
culdubio naufragandi, periendi periculum imminet certũ, dilabendi in pro
fundum. Contra verò in amaritudine, anguſtia, tribulatione, in his namq;
homo conſeruatur melius pro Cæli altitudine, & Regno, ſui non obliuiſci-
Psal. 114. l. tur, ſed Dei bene recordatur. Qua de re Dauid. *Tribulationem, ait, & dolorem
D. Greg. in Mor. inueni, & nomen Domini inuocaui.* Quo bellè in propoſito Diuus Gregorius ſuis
in Moralibus ait. *Electis ſuis ad ſe venientibus Dominus huius mundi iter amarum, aſperum
facit.* Aſpirate, tribulatione concuteris? Gaude; hoc enim ad Cælum tendi-
tur. Terrena iucunditate difflueris? Dole, hac enim via magis deorſum
pergitur.

PARA-

PARAPHRASES, ET MORALES CONSIDERATIONES

In huius feſtiuitatis Euangelium.

Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & ſapientes, &c. Matt. c. 23. d.

B

MAGNAM Domini miſericordiam attendite. Sciebat, dicebat
Dominus à Iudæis interfectos Prophetas, interficiendoſq; Apo
ſtolos ſuos, & iuſtos viros, attamen iterum, atque iterum, & fre
quenter miſit, quia miſericors, & pius, vt tandem ex aliquorum
eorum miſſione, aduentu, prædicatione, ac miraculorum oſten
ſione conuerterentur. Delinquentes, rebelles non mox interimit, ſed ex-
pectans, plures dat eorum conuerſionis occaſiones, ſuę indignationis ſigni-
ficationes, vt miſertus parcat accipientibus. Illi patris familias ſerui petebant
ab eo ſuccidere de medio Zizania, ne bonum ſuffocarent triticum. At ille
noluit concedere, ſed ait. *Sinite vtrique creſcere, &c.* Quod autem ibi per Zi- Matt. c. 13. d
zania intelligantur mali, & per triticum boni expoſitio, & ſententia eſt Diui
Patris Auguſtini. Differt verò Dominus præmium iuſtorum, vt illud augeat; D Auguſt. lib. Euang.
differt necem, & pœnam malorum, & occaſiones dat conuerſionis eorum, queſt. in
vt eis ad ipſum reuertentibus parcat. Qua de re Sanctus Iſaias inquit. *Expectat* Matt. c. 11. c tom. 4.
Dominus, vt miſereatur noſtri. Hæc natura Domini hoc opus miſerationis eius, no Iſai. c. 30. d.
ſtrum tamen pænitere non differendum, quia neſcimus diem, neque horam.

O quam magna Domini miſericordia differentis ſuę flagella vltionis, vt
poſſit afferre præmia largitatis. Quærit obliuiſci læſionum, vt multiplicare
valeat largitiones donorum. *Ego ſum*, ait, *Dominus Deus fortis, Zelotes, viſitans ini-* Exod. c. 20 a
C *quitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem, &c.* Illi patres Domini
mandata tranſgrediuntur, & ab eorum filijs ſuplicia in generationes tertiam,
& quartam ſumuntur? & de prima, atque ſecunda? cum nihilominus ſint illis
viciniores patribus? ſed & de ijſdemmet delinquentibus quid? Reſpondet
Theodoretus, factum id totum ex diuinę miſerationis diſpenſatione. *Differ-* Theodor.
tur, vt ad nihilum punitio, ijs pænitentibus, redigatur. Quaſi vellet Deus ſe obliuiſci,
ſeu occaſionem ſumere obliuiſcendi ſuę vltionis, & vindictę per obliuio-
nem, vt ſic dicam, lęſionis acceptę, quoniam pius, & miſericors Deus in eos,
quos condidit homines.

Memoriam ſi tenetis, lęto, ebrio inter ſuos conuiuas impios, turpes, per-
ditos Balthaſſari Regi inſolitum id portentum contingit. *In eadem hora apparue
runt digiti manus hominis ſcribentis contra candelabrum, &c.* Sed cur potius non abſolu
te manus, vel brachium eidem oſtenſum? fortè, vt ſic ſuę magnitudinem indi
gnationis, & grauitatem vltionis minus indicaret Dominus, ſed potius eam
cum ſuę miſerationis ſapore mitigatam redderet, ac tepefaceret. Quantum
uis Rex ille tumulentus nihilominus, ac ſi manum ſcribentem, vel brachium Theod ibidē
minas iactans fuiſſet intuitus, expauit tremefactus. De qua re ibi Theodore-
tus. *Si digitorum*, inquit, *ſcribentium ſpecies ita perterruit eum, qui maximum adminiſtra-* Dan. c. 5. b.
bat Regnum, vt etiam articulorum compages eius præ metu diſſoluerentur, quid non ſuſtinuiſ

ſet Deo infeſtis ſi præſteras (id eſt fulminus genus, aut flumina) inſpexiſſet? Exquibus hoc vnum alluditur demum, id videlicet ita cælitus factum, vt minus prę magna miſeratione ſua ſe Deus vlciſcens, & læſorem haud mox puniens videretur. D

Talis eſt Domini miſericordia, vt eius ſit aliquid concedere ipſi iuſtitię, ne omninò caſſa euadat. Supra iam adduximus illam Diui Iacobi Apoſtoli ſententiam. *Superexaltat autem miſericordia iudicium.* At præter ſuper eam ibi conſiderationem, attendendum quod alij legunt. *Relaxat autem miſericordia iudicium.* Ac ſi diceretur, eius eſt concedere, vt iuſtitia, & iudicium non nihil quoque agant, ne eorum omninò forum fruſtretur, & caſſum videatur, ſed aliqualiter ſuo fungantur officio. Quemadmodum quis famulorum Canem venaticum Rus cauſa venationis catena vel fune deducens, à longe feram aliquam aſpiciens, poſt eam relaxat Canem, ille currit celerrimè, dentibus ferit, firmat, adducit, quod ſi Canem non dimiſiſſet, nequaquam leporem, feſtine terga vertentem, currentem comprehendiſſet. Bellua, fera, peccator homo, terga vertit Deo, eum inſequitur iuſtitia, iudicium, quatenus illud diuina relaxat miſericordia, non ad perdendum, ſed ad reducendum, acquirendum Domino, à quo diſceſſerat crudelis homo. Et hoc eſt miſericordię iudicium relaxantis opus.

Epiſt. Iacob. c. 2. d.
Alia Lect.
Simile.

Vel ita dicamus, Ibi pro relaxare detur intelligi mitigare, contemperare, aut etiam ſcindere. Interdum vobis contingit litigantibus contrariam à Iudice ſententiam ferri, quam ægre ferentes ab eo ad alium appellatis iudicem, qui viſis videndis, conſideratiſque conſiderandis, altera belle mitigata, fatiſfacta parte, primam ſcindendo ſententiam, vobis fauorabilem ille donat. Noſtra ob delicta nos aduerſus fertur ſententia à Domini Dei iudicio, & iuſtitia. eia, agite, moras omnes rumpite, atque diuinę forum miſericordię, ac tribunal appellemus dolentes, gementes, noſmetque commendantes. Ita ſe Dauid geſſit, & mentis optata, petita conſecutus euaſit. *Suſcepimus*, ait, *Deus miſericordiam tuam in medio templi tui.* Ac ſi dixiſſet, eam iura dantem, & iudicia facientem, Ad Domini Dei miſericordiam verè magnam recurſum facientes appellemus, & ſicuti Diuo Paulo Cæſarem appellanti dictum, conceſſum adire illum legimus, ſic nobis Deo concedente, dicetur, Altiſſimi miſericordiam appellaſtis, ad eam, iracundię iudicium ſcindentem, ac decreta pietatis dantem ibitis. *Quoniam dixiſti, in æternum miſericordia ædificabitur in Cælis, præparabitur veritas tua in eis.* Ita quoque reſponſum Dauidi cæleſtem miſericordiam humili prece patratis erroribus poſt appellanti. E

Simile.
Pſal. 47.
Act. c. 25. b.
Pſal. 88.

Attendite, quæſo, diuinę miſerationis magnitudinem longe Domini iudicium excedentem, iuxta noſtrum diuinas ſcripturas conſiderandi modum. In illius maioris, & extremę indignationis actu viro paſtori voluit aſſimilari, ſeipſum ſic de facto aſſimilauit. *Et ſeparabit eos ab inuicem, ſicut Paſtor ſegregat oues ab hædis, & ſtatuet oues quidem à dextris ſuis, hædos autem à ſiniſtris.* Ibi proculdubio agit de Iudice ſe ipſo in vniuerſali Iudicio. Sed cur non ait, Iudex reos, & innocentes ab inuicem ſegregat? Capitaneus milites validos & ignauos bellatores? Dominus ſeruos bene obtemperantes, & ignauos torpentes? quoniã ægrè fert Paſtor ſummoperę, vix vi patitur, vnam dę gregibus ſuis ouem, vel hædum deperdi, pereuntem ſibilando vocat, vocandoque clamitat, & voce amiſſa de ſuper montis, vel collis vertice baculo, manu, toto corpore annuit. ita ſuo pijſſimus modo Chriſtus benedictus, quid facere prætermiſit, quid pro nobis vlterius tolerare potuit? F

Matt. c. 25. d.

O verè Paſtorum Paſtor fidiſſimus pro ſuis, quę periere ouibus ſanguinem profundens, & vitam. Super Montę Caluario, affixus Crucis ligno, corde, ore clamabat, miſericordiaſque faciebat. *Pater dimitte illis. Hodie mecum eris in Paradiſo. Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo; ecce mater tua, &c.* At ore pleno felle hyſopo vlterius talia miſerationis verba proferre non valens, grandem dedit vocem. *Et inclinato capite tradidit ſpiritum.* Non quidem ad dextrum, ſed ad ſiniſtrum latus ſuum. Quare ſic? Fortè quoniam ea in regione, & loco erat miles ille, Longinus nomine, lanceam tenens paratam, proinde, ac ſi Dominus illi annuendo dixiſſet, accedens, & hic feriens, nouum aliud oſlatum facito, ex quo non verba, ſed ſanguis, & aqua egrediantur, & amplio res ſic dicam, faciam miſericordias, ſuper homines effundendas. *Sed vnus militū*

Luc. c. 23. e.
Ibidem f
Ioann. c. 19. e
Ibidem.

lancea

Digitized by Google

A *lancea la'us eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis, & aqua*. Sancta Eccleſiæ Domini Sacramenta, omnis eorum efficacia, & virtus, de qua re Sanctus Epiphanius Epiſcopus. *Myſteria*, inquit, *ſanguinis, & aquæ pretia redemptionis facta ſunt*. Ita fieri voluit ſua pietate Dominus, hæc ita effici paſſa eſt miſericordia magna Domini. Ioān. ibidem f. g S. Epiph. lib. 3 adu. hæreſ hær. 38.

Sed heu, heu quamplurimi abutuntur huiuſmodi miſericordia Domini, dicentes, parcet, parcet nobis Deus, & numquam interea ceſſantes ab iniquitatibus impiè vitam ſic ducunt, & in momento miſerrimi pereunt. Quod Eua prima parens noſtra fuerit tranſgreſſa Domini mandatum, non eſt valde mirandum, cum fragilioris ſexus femina, & minoris quam vir, illa cognitionis; at quod in idem delictum dilapſus quoque fuerit Adam vir ſenſatus, doctrinis refertus, iure id omnes in admirationem trahit. *Tulit Eua de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo, qui comedit*. Quem ſuper caſum ratiocinantes Sancti Patres & Doctores multa ſcitè fatentur, & miranda mirandis concludunt ſententijs. Illud attamen vnum præcipuè noſtro propoſito mirè facit, quod Sanctus Pater Auguſtinus notauit, ſcilicet Adam vtique audiſſe, atque conſideraſſe à Domino Deo dictum in quacumque hora de vetito ligno comediſſent, in eadem mortem obijſſent: attamen aduertens Euam priorem comediſſe, non mortuam verò fuiſſe attendens, intra ſe fortaſſis dixiſſe, Deus facillimè delinquentibus parcit, magna miſericordia mox delicta dimittit, nec minus mecū Gen. c. 3. b.
B aget, ſic nimis confidens comedit, & ſe, totumque genus humanum perdidit. *Ac forte*, ait, *nec ſuadere opus erat viro, quando illam eo cibo mortuam non cernebat*. nimis temerè confidit, & totum illicò facillimè amiſit. Bonum eſt confidere in Domino, & in miſericordia eius, ſed non ad iterum impiè ſic peccandū. D. Auguſt. lib. 11. in Gen. c. 30. ad liter.

Miſericordia Domini nequaquam ſit nobis occaſio delinquendi: in Domino confidamus, ſed non iterum in errata declinemus: ille tamen pius eſt Dominus, ad ignoſcendum multus, libentiſſime parcens veniam ex corde contrito poſcentibus. In memoriam, quæſo, reuocetur, quòd Chriſtus ipſe Dominus iam rediuiuus feminis prius, quàm viris apparere dignatus. Quibus apud Matthæum ait. *Ite nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt*. O bone Ieſu, ò Chriſte Dominus Deus noſter, quare in vitam rediens, non prius diſcipulis fratribus tuis apparere voluiſti? audiatur, precor, quid in propoſito Diuus Gregorius Nyſſenus reſpondeat. *Quia*, inquit, *femina prius peccauerat, Chriſtum Dominum prius feminis apparuiſſe, vt ſuam erga peccatores beneuolentiam oſtenderet, & quantam illis paraſſet medicinam teſtaretur*. Quod ſanè adducitur, non vt in laqueum peccator inducatur; ſed ne, incaute delinquens, in deſperationem cadat, at in Domini miſericordia ſperans, peccata deinceps caueat; non imitando Iudæos, qui quoties occaſio dabatur, & copia iuſtorum, toties necem affectabant eorum. Iſai. c. 55. c. Matt. c. 28. c D. Greg. Nyſſen. orat. de Reſur.

Quam eximiam Dominicæ miſericordiæ magnitudinem, & formoſitatem
C eſſe Rex ille Pſalmigerus non ignorauit, qui & omni affectu maiori, oreque dilato, laudes Domini concinendo dixit. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia eius. Confitemini Domino Dominorum, quoniam in æternum miſericordia eius, &c.* Cuius Pſalmi ſunt viginti, & ſeptem verſiculi, in quorum ſingulorum fine ita concluditur. *Quoniam in æternum miſericordia eius*. Amantium quis rei dilectæ laudes extollens in eius formoſitatem, & magnam generoſitatem, quas ſummopere colit, peractam cantilenam dum lætus concinit, iterum, atque iterum, ac frequentius verba id magis exprimentia repetit. Sic, ſic noſter Dauid miſericordiæ Domini formoſitatem, & magnitudinem, quā diligebat, & conſequi optabat, dum caneret, eam frequentius nominabat, & in quorumque præfati Pſalmi verſiculorum fine repetebat. Sic enim ſuę dilectioni, ac deſiderio congruere, Dominoque Deo placere non ignorabat, ſecircò ſubiunxit. *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius*. Quantumuis id pauci recogitent, ſuum tolerari vſquequo delictum Dominicæ miſericordiæ non attribuant, ideo incompti, incautè viuentes, in perditionem ſe donant. Pſal. 138. Simile. Pſal. 144.

Mitto ad vos Prophetas. Optimè Dominus ipſe tenebat, percutiendos, necandos à Iudæis in obſtinatione, impietateque callum obducentibus, Sanctos viros à ſe miſſos, atque mittendos, vt eis ore ſuo protulit, attamen miſit plures ad eos, ſanè totum id, vt eorum Sanctorū ope, exemplis, & exhortatione

conuer-

conuerterentur, & ipſe eorum miſereretur. Id enim miſericordia Domini erga peccatores operatur, & ſic expetit, vt eorum nullus doleat, ſed tantum ſemetipſum arguat, & condemnet. Diuus Ambroſius in officiorum libris cõſiderat, Dominum dediſſe loculos Iudę portandos, à quo tamen ſciebat ſe D
D. Amb. of-fic. 7. prodiendum inde, & ait factum id fuiſſe. *Vt Chriſtus ipſe Dominus iuſtificaretur.* Ne videlicet lamentaretur Iudas, diceretque, Domine, ſciens tu auaritiam meã ſi dediſſes pecuniam, forte non te tradidiſſem. Dedit, tamen prodijt, in deſperationem ſe dedit, & medius crepuit. Ita de ſe iſti fecere Iudæi, non acceptantes miſericordiam, & admonitiones Domini. *Et in iram concitauerunt eum*
Pſal. 77. *in collibus ſuis.* Montes ſunt Deus trinus, & vnus, ſuntque Angeli eius; colles verò Sancti Prophetę, Apoſtoli, & omnes electi. In his Iudæi concitauerunt iram Domini, miſſos interficientes iuſtos, Prophetas, & alios. Iure debitas luentes modo pœnas.

Ecce ego mitto ad vos Prophetas, &c. Indicatur etiam his verbis Domini ſeruis modus ſe humiliter gerendi, & humilitate fideli ad munera ſacra pergendi. Non enim debet homo ſumere ſibi honores, quærere Prouincias, & dignitates; ſed eligi, & mitti, vt Prophetę, ac Apoſtoli ad annunciandum, & prędicandum populis verbum Dei, & ad alia huiuſmodi. *Fungi ſacerdotio, & habere*
Eccl. c. 45. c. *laudem in nomine ipſius, & offerre illi incenſum in odore ſuauitatis.* In nomine ait ipſius, iuſſu, miſſione eius. Sic offertur digne cum ſuauitatis odore. Talis ſit fidelibus humilitas, vt iure conferatur eius munus, & dignitas. Tunc ſuaues in E
conſpectu Domini, ſi non per noſmetipſos eleuati. Magna quippe, nec alia alij ſimilis, collata Moyſi dignitas. Cui Dominus. *Conſtitui te Deum Pharaonis.*
[E]xod. c. 7. a. Et quis vnquam talia audiuit? Nec primum viſus eſt ſimilem, nec habere ſequentem. Si dixiſſet Dominus te ſuper omne Pharaonis Imperium conſtitui, non tam mirum fuiſſet; at Deum, hoc omnem admirationis modum iure tranſcendit. Verùm ceſſet admiratio, & quę ſuperioribus eiuſdem libri capitulis ſcripta ſunt, legito hæc. *Quis ſum ego*, ait Moyſes, *vt vadam ad Pharaonem,*
[E]xodi c. 3. d. & 4. c. *& educã filios Iſrael de Egypto? Obſecro Domine, mitte quem miſſurus es.* Quo magis Moyſes ſe in conſpectu Domini, & hominum humiliabat, eo magis Dominus eũ dignitate augebat, & ad impoſitam ei Prouinciam ſollicitabat.

Nullus igitur ad huiuſmodi munera mitti, ad Prælaturam exaltari quærat, prætendat; ſed humilis factus de manu, atque diſpoſitione Domini expectet eligi, ſuis à ſuperioribus mitti, & ſic eleuari. Quod minime ignorauit, qui
Pſal. 88. dans monita nobis Rex diuinus Vates inquit. *Quoniam Domini eſt Aſſumptio noſtra.* Qui aſſumendus eleuatur, proculdubio non de ſuperiori, ſed de humili loco extollitur. Dum à te ipſo deprimeris, à Deo extollendus eleuaris, & mitteris. Referente Plutarcho Alcibiades adhuc puer taxillis in via cum luderet,
Plutarch. in Moral. contingit vt ruſticus quidam cum curru lignis valde onerato illac tranſiret, ludenti puerulo dicens. Iſtinc mox te tolle, vt meo cum curru tranſeam, cui Alcibiades, expecta, donec punctorum, quem numerum fecerim, intueri poſſim. Tunc ruſticus, nolo meum differre tranſitum. At puer confeſtim F
ſe humilians in via ibi ſuper taxillum proſtrauit, quod cernens currus, & bouum ductor eum ne læderet ſtetit, immo & puero vt leuaretur, manum dedit. Quod confeſtim in portentum, & futurum præſagium Regni, ſeu magnę diuitię puero dandę fuit à conſpicientibus acceptum; prout rei euentus declarauit. Cauſa humilitatis qui ſe proſternit, à Deo parcente, fauente ad altiora mittendus eleuatur. *Humiliatus ſum, & liberauit me.* Ita noſmet geramus, ne
Pſal. 114. noſtram aſſumptionem, & miſſionem impediamus.

In propoſito non ſunt prætereunda ſilentio ea diuinę ſapientię verba ab Ecclesia beatę Virgini Marię tributa. *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris.* Fru-
Eccl. c. 24. c ctificare, non eſt florũ odores, ſed fructus producere; tamen ait fructificaſſe ſuauitatem odoris. Benè quidem ſic ait, quoniam produxit benedictum fructum ventris ſui, Ieſum Chriſtum, noſtram ſuauitatem, noſtram Reparationem, noſtram ſalutem æternam. *Memoriam abundantię ſuauitatis tuę eructabunt.*
Pſal. 114. Domini Vates, Apoſtoli, atque quique Concionatores Catholici, dum de Ieſu Chriſto Dei filio, ad orbis reparationem miſſo ſermonem habent. Verum ad rem noſtram, prout ſupra. Vitis de ſe parua eſt plantula, & ni adiuta humi ſerpit, non enim de ſe ſe erigit; at arbori, ſeu palo ſi adhæret eleuato,

illa

Digitized by Google

A illa quoque conſurgit; & ſi ad ſydera ille eleuaretur, ſiue creſceret, & iſta ſequeretur. O fideles, & pij omnes conſiderate opera Domini. Vitis Virgo Maria humilis in terram flectens, & mox Dei Mater futura ſe ancillam eius appellans; verum diuinę adhærens voluntati, & ipſi filio Dei. *Innixa ſuper dilectū ſuum*. Ille ſua natura infinitam habet dignitatem, iſta vero eleuatur Domini gratia ferè ad conſimilem. Diuo Thoma Doctore Angelico dicente. *Et Beata Virgo Maria, ex eo, quod eſt Mater Dei, habet quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod eſt Deus*. Tu te humilia opere non ficto, poplitem flecte & quotidie magis Dominus cordium ſpeculator ad altiora te mittendum eleuabit. Cant. c. 8 b. D Thom 1. 2. q. 25. a. 6. ad 4.

Et ex illis occidetis. Non omnes eodem martyrij genere Iudæi, & alij quique impij interfecerunt fideles ſeruos, à Deo miſſos, ſed alios enſe, alios cruce, alios vero alio feritatis modo perfidi necarunt, quod non abſque ſpeciali iudicio Dei factum vtique credendum. In Principum hortis plurimi flores, ſed non eiuſdem generis omnes, at diuerſorum, variarumque ſpecierum, & colorum plures ad loci formoſitatem, & horti conditionem. Hortus Ieſu Chriſti, Eccleſia Sancta, quę ipſiuſmet eſt ſponſa fideliſſima, quam ipſe plantauit, ac ſuo ſanguine ſuſo rigauit, & abluit. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus, emiſſiones tuę Paradiſus cum pomorum fructibus*. In quo quidem hortorum fecundiſſimo rubri flores, ſunt Sancti Martyres æque omnes Ieſu Chriſti ſanguine, & ſuo diuerſimodè rubricati: flores candidi, ſunt Confeſſores, & Simile. Cant c. 4 d.

B Virgines, atque Sancti Dei omnes. In cuius horti medio fons verè ſignatus militis lancea, eſt ſciſſū Ieſu Chriſti latus, e quo omnia emanarunt, virtutemque ſumpſerunt Sacramenta, & vniuerſa chariſmatum dona. Dubit.

Verum dicet quis. Si Eccleſia Sancta Catholica vniuerſalis omnes ad eius gremium venientes, volentes fieri, ſeu facti fideles libentiſſimè ſuſcipit, & amplectitur, quare concluſus hortus dicitur? Reſpondens Diuus Gregorius. *Sancta Eccleſia*, inquit, *hortus concluſus bene dicitur iſte, quia charitatis vallo circumquaque munitur*. Et iterum ibidem Caſſiodorus ſic. *Concluſus eſt hortus iſte, quia Sancta Eccleſia Redemptoris Chriſti ſui auxilio muniti [illegible] vallata, nullis malignorum ſpirituum patet inſidijs*. Iterumque inquiri poſſet. Si hortus eſt, & non Paradiſus, quomodo eius milliones [illegible] eſſe dicuntur? Fortè quoniam huiuſmodi flores præfati, & plantę fideles denuum de terra in cæleſtibus transplantantur, vbi à Deo ſuaue in Paradiſum efficiunt. Hortum hic faciunt ſic Domini, & poſt hæc glorioſe floreſcunt in Paradiſo cæleſti. Solut. Diu. Greg. Caſſiod.

Super vos omnis ſanguis iuſtus, &c. Non quod ipſe ſanguis, & illi, in quorum corporibus erat, pro vindicta, cum odio, & voluntate mala, clamitent ad iuſtum vltorem Deum; nam optimè obſeruandum tenent quod ſic faciendum iuſſit Dominus. *Dimitte, & dimittemini*. Et nos noſtro à Reparatore optimo edocti, quotidie talia nobis fieri à Deo Patre petimus in ipſa oratione dominica. *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*. Sed venire Luc. c. 6. e. Matth. c. 6 b.

C & deſcendere iuſtorum ſanguinem, impiè à perſecutoribus effuſum ſuper eoſdem effuſores, eſt quod pijs adiutorium, ſit impijs, & rebellibus, obſtinatis nocuum. Prout de Ieſu Chriſti fuſo ſibi petiere Iudæi dicentes. *Sanguis eius deſcendat ſuper nos, & ſuper filios noſtros*. Nimirum in vltionem, pœnam, & perditionem. Solum attendebant Domini necem, & ſuam ſimul operabantur perditionem æternam. Huiuſmodi quoque rei ſymbolum eſſe poſſet ille perfidus, qui chirotecam ſurſum proiecit in altum, in Domini contumeliam, quaſi eum temeritate inaudita ſic excitaret, inuitaret ad bellum, & mox cecidit fulmen ſuper temerarium. *Ire Domini viam fecit*. Hoc idem ſignificatur per illum, qui lapidem proijcit in altum, & ſuper caput eius reuertitur iuxta illud Eccleſiaſtici. *Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet, & plaga doloſa doloſi diuidet vulnera*. Cum tamen de raro contingat, quod ſurſum miſſi lapides, cadant ſuper proiectores. Sed melius ideo ſenſui præfato ea ſcriptura accommodatur. Dicenti vero, iuſti Abel ſanguinem effuſum expetijſſe vltionem, dicente Domino Deo ad Caynum. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*. Reſpondet Diuus Petrus Chryſologus ſic. *Non de iuſti corpore, ſed de terra*. Quaſi dicat, non quatenus iuſti corpus reſpiciebat, vindicari expetebat, ſed vultus terrę, olim à Deo maledicta. Matt. c. 27. e. Eccl. c. 27 d. Gen. c. 4. d. Pet Chriſol ſerm. 125.

Et iterum exoritur circum idem dubitandi occaſio; nam quomodo effuſus

ſanguis

ſanguis vindictam aduerſus impios effuſores à Deo non petit, diuina dicen D
Apoc c 6 c te ſcriptura in Apocalypſis Ioannis ſexto. *Vſquequo Domine (Sanctus, & verus) non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de ijs, qui habitant in terra*. Reſpondetur ex Doctorum Gloſſis huiuſmodi petitionem eſſe potius ad diuinę voluntatis manifeſtationem, qua ſcilicet voluntatem nouerant eſſe talem. Huiuſmo
Ordin. di affert Ordinaria ſenſum. *Deſiderant*, ait, *magis gaudium; & conſortium Sanctorum:*
Dan. c 14 g. *iuſtitię verò Dei conſentiunt in damnatione impiorum*. Etiam Daniel cupiebat petebat de Leonum lacu eripi, & liberari; nihilominus ipſum cælitus cognouiſſe cre dendum, eo illinc educto, & in Regis beneuolentiam recepto, fore ſequi illorum Sacerdotum illuc miſſionem, & conſumptionem. Sic, ſic iſti Sancti, & iuſti impiè necati petebant ad cæleſtia dimitti, iuſtitię diuinę contra nocentes minanti non contradicentes. Lyranus verò fatetur, huiuſmodi Sanctorũ interfectorum ſanguinis clamorem dumtaxat fuiſſe ad Tyrannorum immanitatis, & proprię innocentię manifeſtationem apud ipſum Omnipotentem, licet id optimè agnoſcentem. *Iſte*, ait, *clamor non eſt aliud, quam manifeſtatio nequi-*
Lyran. *tię Tyrannorum coram Deo, merito puniendę & innocentię Martyrum præmiandę. Sicut dixit Dominus ipſi Caym. Ecce vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra, id eſt eius innocentia declarat tuam nequitiam puniendam*. Quare pro ſanguinis voce ſic clamantis non nefas eſt intelligere Sanctorum Innocentium occiſorum Deo coram ſe manifeſtantem, Sanctis ipſis etiam ſilentibus.

Hieruſalem, Hieruſalem, &c. Ecce Domino minas iactante ſuper Heroſoly- E
morum Ciuitatem, ipſi habitatores accipere adhortationem nolentes, nec ab improbitate ceſſantes, dignam mercedem receperunt per Romanorum exercitus ſuperuenientes & omnimodam inhabitantium illinc expulſionem, ac necem facientes. Miſſo vniuerſali Diluuio, ceſſantibus aquis, Dominus
Gen. c. 9 b. Noe, ac natis eius ait. *Arcum meum ponam in nubibus, &c.* Quare ſic? Ratio ibi aſſignatur hæc in ſignum videlicet fœderis inter Deum, & terram, ne vltro mitteret diluuium ſuper eam. Bene quidem, ſed cur frequentius poſt pluuias modò etiam apparet? Nonne ſat fuiſſet, ſemel tunc apparuiſſe, & de eo viſo homines tunc viuentes inde teſtimonium perhibuiſſe? Reſpondet ex recentioribus Doctor, ita fortè factum fuiſſe, vt terrę habitatores arcum illum nunc videntes, recordentur, olim miſſum vniuerſale diluuium ob corruptelam, ac nequitiam hominum, & ſic facilius ceſſent à patratione delictorum, ſcientes Domino Deo non deeſſe modos abſq; diluuio perdendi homines ob
Pſal. 59. ſtinatè delinquentes. *Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus*. Nimirum ait Gloſſa, vt timerent te, & tunc flagella iracundię fugerent. Plures dedit Dominus Pharaoni plagas, tot quippe ſignificationes, vt magnum in mari rubro euaderet exterminium, non extimuit, & illud non euaſit. Alij
Apud Titel. Annot. verò legunt. *Dediſti vexillum*. Et bene quidem ſic, quod attendentes in belli loco, ac tempore milites, à via, a ſui ducis mandato non declinant. Minas Domini timeamus, in deteriora ne cadamus. *De Cælo auditum feciſti iudicium, ter* F
Pſal. 77. *ra tremuit, & quieuit*. Vis tandem perpetuò quieſcere! O terra, ò peccator? prius opere pretium eſt, vt tremas, nimirum dantis Dei ſignificationem, & magni vniuerſalis Iudicij recordationem.

7 *Sicut Gallina congregat pullos ſuos, &c.* Effectus magnę Domini miſericordię. Ac ſi dixiſſet, ecce infirmor, patior, ac ſumme vſque ad mortem, mortem autem Crucis incluſiuè patiar ſuper te, vt tu ſaneris, & magnam cæleſtis indignationis caſtigationem effugere poſſis. Sic ſuper pullos infirmatur gallina, vt videns Vultorem, vt eorum quem rapiat, venientem, eos ſuis operiens, protegens alis expanſis, roſtrum, & vngues inimici ſuper ſe patiatur, ne quis
Simile. eorum, ni volens, & de ſub alis exiens lædatur. Chriſtus Dominus noſter ſuorum alas brachiorum in Cruce noſtri miſerans expanſit, ne ab incurſu maligno, ne ab infernali Miluio raperemur. Cuiuſque noſtrum eſt obtempera
Pſal. 16. re, præſtitum adiutorium ſuſcipere, atque cum Pſalmiſta dicere: *Sub vmbra alarum tuarum protege me à facie impiorum, qui me afflixerunt*. Ille, prout in Apocalypſi Draco poſt mulierem, & eius fetum euomit gurgitem aquarum, quaſi ſic vniuerſorum genus humanum, ſub vtroque ſexu intellectum, perdere quæſiſſet; ſed totum fuit incaſſum. At Chriſtus Dominus noſter contra Draconem Rufum emiſit ſanguinem, aquam, necnon charitatis ignem, illum vt de

mergeret

A. mergaret, & homines ſaluaret.

Quod haud parum declaratur ea diuini Vatis Pſalmigeri ſententia Domino
Deo dicentis: *Quoniam apud te eſt fons vitę, & in lumine tuo videbimus lumen.* Si fons Pſal. 35.
quomodo lumen? Si aqua, quomodo ignis? Numquid ex aqua ſplendor Natal Com. lib 4 c. 6.
ignis? Maxime noſtro in ſenſu præfato. Ferunt Prometheum haſta ignem ſe Ioan. c.19.f.
tigiſſe Deorum, & ſic ad homines in terra detuliſſe eum, at nihil ad nos vmbra
hæc inanis, bene verum eſt, quod Longino lancea Domini latus aperiente
exiuit ſanguis, & aqua, necnon (vt ſic moraliter dicamus) ignis, quia effuſio
talis opus fuit diuinę charitatis. quem ignem ipſe Dominus in terram mittere
venit, ſic humoribus, & igne adiutorium præbuit. *Fons viuus, ignis charitas.*
Quis tantam, atque talem audebit contemnere protectionem? Vę deſerto-
ribus, & contemnentibus; illis namque in Euangelio Dominus. *Relinquetur,* Matt. c.23.d.
ait, *domus veſtra deſerta.* Nullus tam verius eſſe deſertus dicitur, quàm qui à
Domini gratia deſeritur. Quòd facillimè contingit non acceptantibus largi-
tatem Domini, & gratiam de acceptis non agentibus ei.

Facto ſuper monte miraculo de quinq; panibus, & duobus piſcibus, Euan-
geliſta ſubiunxit. *Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos, &c.* Ergo Ioann. c.6 b.
Iudas inter ceteros Domini Diſcipulos ſuam & ipſe ſportulam pa-
nibus plenam tulit; quod attendens Diuus Chryſoſtomus in-
quit. *Illud non parum fuit Iudę condemnationem.* Nempe ingra- Diu. Chryſ.
B titudinis ratione, quoniam quo magis eum augebat
beneficijs, eo magis ille renuebat intelligere,
vt bene ageret; & ecce domus eius deſerta.
Attendite, & videte, ò dilectiſſimi fideles
Ieſu Chriſti omnes, quantorum ſit in-
gratitudo cauſa malorum. De
ipſa dicente Diuo Bernardo
ita. *Ingratitudo inimica eſt* D. Bern. in cantic.
animę, exinanitio me-
ritorum, virtu-
tum diſper
ſio,
beneficiorum perditio, ventus vrens, ſiccans fontem pietatis, rorem
miſericordię, fluenta gratię. Ac ſi apertè dicatur, per in-
gratitudinem impeditur quodcumqne bonum,
ne à Patre luminum, à ſummo omnium lar
gitore bonorum deſcendat ſuper ho-
minem ingratitudinis nota ma-
culatum, beneficia nō agno
ſcentem, de acceptis
C gratias agere tur-
piter oblitum.
Faciant quemq; noſtrū aliena hæc pericula cau-
tum. De acceptis largitori Deo gratias
agamus, vt maiora recipere
valeamus.

Digitized by Google

VNDECIMVM MYSTICI THALAMI ORNAMENTVM.

IN FESTO S. IOANNIS EVANGELISTÆ.

Cuius puritatis, & virginitatis occaſione, præter Paraphraſes, & Morales Annotationes hoc in Euangelium, nonnulla etiam de virginitate, & caſtitate, necnon de Dei amore, proximiq; charitate, & de ipſomet S. Ioanne conſiderantur.

CVPIENS dilecta fidelis Sponſa ad ſe venire, in ſuum ſpirituale Thalamũ intrare dilectũ ſuũ cæleſtẽ Sponſũ, in mentem reuocabat ei lectulum floridum, ac digne attendendis conditionibus bene diſpoſitum eſſe. (Cant c. 1 d.) *Lectulus*, ait, *noſter floridus eſt, tigna domorum noſtrorum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina.* Vbi Diuus Bernardus (prout etiam apud Ghiſlerium) (D. Bernard ſer 4 . apud Ghiſl) arbitratur, Sponſam per hoc indicare dilecto ſuo thalamum vtique ornatum, ſed ſimul & ad eumdem tacitè illum inuitare. At quomodo floridus ille lectulus erat? Numquid floribus inſuper aſperſus? numquid illinc, velut ex, & in horto pullulabant, conſurgebant flores? Maxime noſtro præſertim in ſenſu morali pręfato. nam è thalamo hoc noſtro myſtico proueniunt, conſurgunt quandoque puritatis, innocentię, caſtititatiſque flores, & exeunt multarum virtutum odores. (Iuſtus Orgel) *Decorus, & ſuaue olens*. Inquit Iuſtus Orgelitanus. Vel cum Diuo Gregorio Papa dicatur. *Floribus ſanctis exercitijs, & virtutum floribus ſuauis*. Ex eo autem quod ſubſequitur, dicens domorum tigna eſſe cedrina, laquearia cypreſſina, idem ſenſſus alluditur, nam cedri, & cupreſſi ligna tineis reſiſtere dicuntur, illeſaque (E) ſic conſeruantur. Ac ſi dicere vellet dilecta fidelis, & caſta. Subſtentacula noſtri ſpiritualis ædificij ſunt imputrefactibiles theologicę, atque alię virtutes. Aquę verò in hoc eodem thalamo, ſunt fideles lacrymę pænitentiales, quarum ſi aquædnctus eſt imputrefactibilis, tutus, nimirum contritio, & dilectio, indicium eſt quoque certum, quòd continuò fluunt, atque thalamũ ſic ablutum, ac formoſum ipſę reddunt.

Quę omnia præfata eorum caſtiſſimorum coniugum exemplo bellè comprobantur, (Exempl.) qui prima nuptiarum nocte, anteaquam conuenirent, in lecto piè deuotèque ratiocinarentur, ſponſa ſic ait. En magnum percipio roſarũ odorem. Cui ſtatim alter coniux, eſt virginitatis, & caſtitatis odor, tum ſuã virginitatem ambo dedicauere Deo. puritatis odore gaudentes in terris, & in præmium beatitudine modo (prout piè credendum) fruentes in Cælis. Quę quidem caſtitas, & virginitas maiorem operatur, tuetur dilectionem inter

ipſos

A ipſos coniuges ſponſos, quibus ſic ideò maximè delectatur Chriſtus Dominus fidelium animarum ſponſus. Qua de re ſponſa. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.* Quare? quare o dilectiſſima, inter vos huiuſmodi dilectio mutua? Quę ſequuntur legito verba quia illa paſcitur inter lilia, quę apud omnes puritatis, & virginitatis hieroglyphicum ſunt. *Pudicitię*, ait, *Valerianus, & virginitatis florem eſſe lilium Hieronymus ad Iouinianum interpretatur, dum Canticorum cantico ſponſa illa Cæleſtis fratuelem ſuum inter lilia paſci canit. Hoc eſt inter candidiſſimos virginum choros.* Diuus verò Ambroſius ſuis in ſermonibus actiuè ſic legit. *Qui paſcit inter lilia.* Ac ſi dicat, nedum ab eis paſcitur, ſed potius ipſe paſcit ea. Verum nonne moratur etiam inter alios flores Sanctos Martyres, & Confeſſores ſuos. Maximè quidem.

Cant. c. 2 d.

Pier. Valer. lib. 55 c. Fu[illegible]. D. Amb.

At per ſimilitudinem notandum conſideretur. Eſt vir multis virtutibus bene præditus, vna tamen earum magis delectatur, & ideo cum ea profitentibus magis morari lætatur. Sic, ſic ſuo nobiliori modo Chriſtus Dominus inter iuſtos ſuos paſcitur, ſed pręcipue cum virginibus morari delectatur, quoniam Virginitatem ſummopere profitetur. Cui ab Eccleſia de ſimili ſponſa dicitur. *Quę tibi grata ſemper extitit, & meritò caſtitatis, & tuę profeſſione virtutis.* Sed præcipuè quę ſunt iſta eius lilia? Sanè Ioſeph, & Maria, inter quos puerulus Chriſtus, inter Virgines virgo paſcebatur. Quod prudens, & fidelis vir attendens, ſingularibus ſe virtutibus exornare ſtuduit, ſed præſertim pudicitię, & B caſtitatis ſplendore. De quo in Confeſſorum Pontificum Hymno ab Eccleſia canitur.

Simile.

Oratio de comm. Virg.

Qui pius, prudens, humilis pudicus,
Sobrius, caſtus fuit, & quietus,
Vita dum præſens vegetaret eius
corporis Artus.

Dum videlicet inclinaretur caduci huius ſæculi vmbræ, & alterius perpetuæ demum aſpiraret, aduentaret dies.

Nec dum ſic inter huiuſmodi lilia paſcitur ſeu paſcit; verum etiam colligit prout alio capite ipſamet ſponſa aſſeruit, dicens. *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum, ad areolam palmarum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat.* Iuxta communem per hortum ſponſi cæleſtis bene intelligitur Eccleſia vniuerſalis ſancta eius Et per hortos, particulares Eccleſię huius, & illius Epiſcopatus. Areola verò palmarum eſt locus Palmis circumuallatus. At nonne ad aliarum etiam plantarum flores, & fructus producentium? Vtique, ſed præcipue palmarũ, quoniam fortè magis delectatur his. Palma namque victoribus competit, datur iccircò & victorię hieroglyphicum dicitur, prout apud Valerianum, dicentem, id decolligi ex antiquorum numis, figuris & ſculpturis. Sunt verò validi victores, quicumque ſe conſeruant caſtos, bonis cum operationibus, puros, virgines. Quibus ideo iure optimo palma debetur, quoniam vt à Di-
C uo Patre Auguſtino dicitur. *Inter omnia certamina Chriſtianorum diuina ſunt prælia caſtitatis, nam ibi continua pugna, & rarior victoria.* Et iterum eumdem ſenſum, nec minus quippe clarum, illa Sancti Ambroſij verba de Virginibus faciunt. *Non ideo laudabilis virginitas, quia in Martyribus reperiatur, ſed quia ipſa Martyres faciat, &c.* Per palmas itaque non nefas eſt etiam intelligere illos, quibus ſic palmę debentur victoribus, qui de ſe ipſis, de carne ſua rebelli victoriam ferunt.

Cant. c. 6. 2.

Apud Valer. lib. 50. C. victor.

D. Auguſt. in ſerm.

D Amb. lib. 3. de Virgin.

Per lilia verò, quod ſimiliter Virgines, & caſti intelligantur ibi, ex Diuo Anſelmo Ghiſletius aſſerit, dicens. *Significari inſuper quoſdam à Chriſto eligi, & colligi fideles, quos puritate candidatus efficit lilia.* At nonne ceteros quoque Sanctos, & iuſtos ſuos electos velut diuerſi coloris flores ipſe ferendos ad ſuum cęleſte palatium colligit? Maximè, ſed hos præcipuè. Perambulat in ſuę domus Regię hortis princeps, diuerſos, diuerſę ſpeciei flores intuetur formoſos, olfactui gratos, ex quibus faſciculum manu gerendum componit, ad Thalamum reuerſurus, ſed plures, quibus delectatur magis, excerpit. Sic, ſic ſuo mirabili modo Chriſtus Dominus, ex omnibus fidelium generibus, flores, ſed præcipue lilia colligit, ſuauitate virginali redolentia, nimirum puros, virgines, caſtos, ad ſuum cæleſtialem Thalamum deferendos. Prima verò præfatę Canticorum ſententię verba alij legunt. *Deſcendit dilectus ad phialas aromatum.* Sanè, vt eo magis indicentur quam grati, quam ſuaues virgines, & caſti in-

Diu. Anſel. apud Ghiſl.

Simile.

Alia lect.

conſpectu Domini. Nam liquores pretioſi in conſimilibus vaſculis conſer D
uantur, & magna æſtimatione habentur, tales itaque apud Dominum puri, virgines, & caſti eſſe dicantur.

Maiori cum diſtinctione de Virginibus, de virginitate, & caſtitate, deque miris effectibus eius, iterum nonnulla pulchrè diſſeruntur.

SVPRA dicebamus, Regis Salomonis lectulum eſſe floridum, nempe Sanctam Eccleſiam, fidelium congregationem, virginibus præſertim, & caſtis ſeptam velut floribus ſuaue olentibus exornatam. Verùm quid iterum alibi eodem de lectulo, in quo Rex ipſe Salomon morabatur, dicat eloquium idem diuinum, audiamus. *En Lectulum*, ait, *Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi. vnus quiſque enſis ſuper fæmur ſuum, &c.* Sed quinam ſunt iſti fortes? fortiſſimi? gladios ſuã E
ſuper femora tenentes? ſane puri, Virgines, & caſti, qui vt ſe tales præſeruent, ſuam ſuper carnem aduerſam, rebellem mortificationis inſtrumenta tenere non ceſſant; talem afferunt ſenſum præfatę Canticorum ſcripturę Ghiſlerius, & Ioſephus [illegible]anenſis, dicentes. *Iuſti ſemper in ſe ipſos perfectio odio ſuum gladium conuertunt, & ſuper fæmur gladium tenentes, hoc eſt in ſenſualitatem ſtringentes.* Ecce validi, & fortes Domini, quos (vt ſic dicatur) ad ſuam cuſtodiam, ſed proprie ad ſuã ſingularem ſequelam adducit, eis palmas, & coronas impertiens, de quibus Sancta eius Eccleſia ſic quam pulchrè canit ei.

Cant. c. 3 d.

Ghiſl. Ioſep. ſperan. de odio ſui pũt. 112.

Hymn. de comm. Virg.

Qui paſcis inter lilia,
Septus choreis virginum,
Sponſus decorans gloria,
Sponſiſque reddens præmia.

Pergentem Regem ad ſuum pomarium ſecretum aulici eius ſequuntur, ſed qui magis domeſtici, familiareſque ei, de proximo, hinc inde ab eius latere, velut à ſecretis intimi ambulantes cum eo. Sic, ſic ſuo perfectiori modo de illis innocentibus puerulis Virginibus concinendum Sancta diſpoſuit Eccleſia. *Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim ſunt. Et ſequuntur Agnum, quocumque ierit.* Quem, qualemque Agnum? immaculatum Dei, Chriſtum Dominum. O Immaculate Agne, ò Ieſu bone, quo pergis? vbi conquieſcere vis? ſurſum, in Cælum, in Dei patris omnipotentis dextera. Illuc, F
illuc ſequentes, caſti, virgines cum eo ingrediuntur corona glorioſa donandi & cum agno Dei perpetuo regnaturi. Ab huiuſmodi verò ingreſſu felici, glorioſo paradiſi nequaquam excluduntur ceteri quoque Sancti, & iuſti, ſed ſingularis mentio habetur de his virginibus, & caſtis, veluti tantę virtutis Dominicę profeſſoribus, etiam ipſe Dominus Deus olim quorumdam ſe Deum fatebatur, ſic Iudæis dicens. *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Patrum veſtrorũ.* Non ne etiam omnium Deus eorum, tunc ab omni Iudæorum populo adoratum? Vtique, ſed horum ſe ſingulariter dixit, quoniam de his ſic ſibi pręcipue complacuit; alios à ſe non repulit, ſed hos inſigniores, intimiores habere voluit. Ita & de virginibus ſuo modo dicatur.

In feſto Ss. Inno. Antiph. ad Benedict.

Exod. c. 3. d.

Quandoque autem Rex ſuorum Aulicorum illuſtrem, & inſignem comitatum dilectę ſponſę Reginę concedere ſolet, vt eo magis eius ſic decor, & maieſtas appareat. Sic ſuo nobiliori modo ſe geſſit Chriſtus Dominus cum dilectiſſima matre ſua Virgine Maria, ad Dominum procedente primicerea, & vexillaria Virginum. *Adducentur Regi Virgines poſt eam, proximè eius afferentur tibi, &c.* Talem affert expoſitionem Doctor Incognitus ibi. Pro inde ſi dicatur, primo loco Virginem Immaculatam Virgines, inde verò iuſti alij omnes ſubſequuntur. Sed quid dico ſequi poſt eam? addo, & circumuallare, in modũ

Simile.

Pſal. 44.

Incognit.

coronę

A coronę. Quò bellę venit illud Canticorum ſeptimo. *Venter tuus ſicut aceruus* Cant. c. 7. a.
tritici vallatus Lilijs, Quod beatę Virgini Marię pulchrè dictum primo intelli-
gunt. In ea enim aceruus tritici, benedictus fructus ventris eius, Chriſtus
Dominus, De quo Diuus Pater Auguſtinus. *Ipſe Dominus Ieſus erat granum multi-* D. Auguſt.
plicandum in fide populorum. Et benę quidem aceruus tritici, quoniam & nos in- tract. 51. in
ea cum eo, nos videlicet reparaturo. Cui ſane propoſito facit illud Dauid. Ioann.
Homo, & homo natus eſt in ea, Ipſe Deus homo factus eſt, & nos per reparationẽ Pſal. 56.
filij eius. Quo in loco Cornelius Ianſenius ait. *Oratio illa homo, & homo accipia-* Cor. Ian.
tur ſecundum Phraſim Hebraicam pro varijs, & multis hominibus. Quos redimit, quos
tales effecit vnus, nimirum Ieſus Chriſtus homo Deus.

Hanç itaque Virginem immaculatam lilia circundant per iucundum eidem
obſequium, & mutuam eorum caſtam dilectionem, iuxta exquiſitam profeſ-
ſionem. Si verò intelligantur ea dicta Canticorum de Sancta Dei Eccleſia,
benę quidem tritici aceruum continere dicitur, qui ſunt fideles vniuerſi. li-
lijs, nimirum virginibus, & caſtis circumuallati, quoniam eorum orationi-
bus, & meritis Deo gratis proteguntur. Hinc magis adaptari choris virgines
videntur, & choros conſtituere dicuntur. *Chori ſanctarum virginum Monachorum-* Hymn. omn.
que omnium. Qui pueri, Virgines, caſti iure cenſentur; ſic enim Religio, & pro Sancto ad veſper.
feſſio eorum expetit, & eſſe tales dicit. Benè itaque Virgines & caſti dicun- Matth. c. 9.
tur fortes ad ſe, alioſque protegendos, quoniam fermè immortales velut pu c & Marc c.
B tredini reſiſtentes. *Non enim mortua puella, ſed Dormit*. Verè mortua erat ſed ille 5. d.
dormiebat, qui ea de mortuis facillimè excitare poterat. Verum etiam in pro
poſito ſic, Dormire dicebatur, quę vnico Domini iuſſu conſurgere debue-
rat, quę non mulier corrupta, ſed virgo puella erat, quę cum putredine ſpur
citiarum nequaquam manebat. Mirandum quoque immodum Moyſes, & Deut. c. 34 d
Elias ambo ſerui fideles Domini erant, attamen ille moritur, & ſepelitur iſte 4. Reg. cap.
verò curru igneo in Paradiſum viuus vehitur, & vſque in hodiernum diem vi- 2. b.
uens moratur. hæc vnde differentia? Sanè à Deo ſic iubente ſed nihilominus
noſtrum, & in propoſitum moralem dicatur. Ille carnis pollutione corru-
ptus, iſte omnino caſtus. De quo Sancti Ambroſij Epiſcopi dictum illud ex-
tat. *Ideo ergo Curru raptus ad Cælum, ideo cum domino apparet in gloria, ideo Domini ventu-* D. Amb. lib.
rus eſt præcurſor Aduentus. Quę omnia haud parum indicant fortitudinem virgi- 1. de Virgi-
num, & caſtorum cuilibet carnis turpitudinis reſiſtentium. nibus.

Deus ipſe omnipotens à mundi origine fecit primos parentes noſtros virgi
nes caſtos, ea quamuis intentione, vt vniuerſum inde ſua prole orbem reple
rent. Attamen patrato inobedientię delicto, noluit, vt illi ſe cognoſcerent Gen. c. 4. a.
inuicem ibi; ſed illinc expulit vnde foris, extra videlicet Paradiſum concubitus
eorum fuit. Quibus ita ſtantibus forte intelligi datur, ad Paradiſum ſimilem
ſpectare pudicitiam, caſtitatem. Qua de re Sanctus Pater Auguſtinus ait. *In* D. Auguſt.
Paradiſo virginitas, extra nuptię. Idem in Noe Arcam intrauere iuſſu Domini tũ in Gen ad lit.
C viri, tum mulieres, nimirum inuicem coniuges, & vaſta Nauis diluuialium lib 9. c. 7.
aquarum ingentibus fluctibus, nullum omninò naufragium incurrerat. Qua tom. 3.
re? quomodo? vnde? quia Spiritus Sancti Aura, & ductu dirigebatur. Benè
quidem ſic, ſed noſtro etiam in propoſito morali dicatur, quoniam omnes
illi coniuges nequaquam inuicem ſe cognouere, licet poterant legitimè; ſed
caſtitatem ſeruauere, fortè timentes ne pollutionũ ſenſualitate in altis diluuij
vorticibus periclitaret Nauis. Vbi ſic Iſidorus inquit. *Coniuncti exeunt, qui di-* Gen. c. 8. d.
ſiuncti intrauerant, Hoc idem, ſed clarius, confirmat his verbis Lyranus. *In in-* D. Iſid.
greſſu Arcæ dixit Deus, Tu, & filij tui, ſeparando viros à mulieribus. In exitu verò coniun- Nicol. Lyran.
xit vxorem cum viro vt ex modo loquendi oſtendatur, quod in ingreſſu Arcę concubitus fuit
prohibitus, & in exitu laxatus. Proinde ſi diceretur, ne Arca illa cum inhabitanti
bus eam naufragaretur, iuſſit Dominus, vt in ea ab ijs caſtitas ſeruaretur, & illi
ſic tuti redderentur.

Egreſſis mox de Arca illis, Noe iuſtus Dei ſeruus illi ſuper altare ſacrificiũ
obtulit inſpicienti, odorantique gratitudinis, & gratiarum actionis opus. De
quo ibi textus. *Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis*. Quem? Qualemue odo
rem? Cuius ſuauitatis? Nedum obliti ſuper altare holocauſti, verum eo ma Gen. c. 8. d.
gis puri cordis, gratiarum actionis non in labijs doloſis, ſuper altare conſer-
uatę caſtitatis. *Noe bonitas; & deuotio ſic declaratur*. Ait Lyranus. Ex Hebræo

autem

Lyran. autem Caetanus vertendo legit. *Odorem quietis*. Proinde ſi diceretur: Super D
Caietan. caſtos innocentes, puros Deus quieſcit ab ira, & indignatione (impiorum
delictis concitata) a eo vt inde Deus ipſe dimittat, & parcat. Omnium viriū
nos conatu quæramus Thalamum ſpiritualem noſtrum exornare, ſuauemq́;
reddere virginitatis, & caſtitatis odore, vt in eo quieſcere Deus non dedigne-
tur. Thalamus, vbi ægrotantium fœtor, aromatum & ſuauitatum odore pu-
rificari ſolet, prius bene ſcopis mundatus, & ſolo aquis abluto multis, vt à
Simile. bene valentibus inhabitari poſſit. Sic Deus ſuo perfectiori modo mundum
delinquentium turpitudinibus infectum, fætentem purificare volens ſolum
eius diluuij aquis bene abluit; Inde velut aulæis exornauit, & Noe cum filijs;
atque vxoribus eorum caſtitatis odore redolentem in Domini conſpectu ef-
fecit, itaut Dominus ipſe odoraret, & ab iracundia quieſceret. Myſticum tha-
In eius vita. lamum ſic bene redolentem optat, in eo vt conquieſcat. *Caſtè, & piè viuentes
templum ſunt Spiritus Sancti*. Tale reſponſum tyranno Sponſa Chriſti Lucia dediſ-
ſe legitur. Et nos imitemur, vt tale templum fieri mereamur.

O mulieres, o caſtę, ò virgines, ite, ite ad Eccleſiam, ſed modeſtè, hone-
ſtè velis capite operto, ne à vobis in viros, neue ab illis in vos turpiter oculi
figantur, & ſpiritualis caſtimonia ſic facillime amittantur. *Ideo debet mulier ve-*
1. Corint. c. 11. b. *lamen habere ſuper caput, propter Angelos*. Sed numquid Angeli præcipue boni in
gratia & gloria confirmati poſſunt ſic commaculari? nequaquam, ſed intel-
ligitur ob reuerentiam erga eos. Lyranus vero ait. Per Angelos ibi poſſe in- E
Lyran. telligi Sacerdotes, qui vere Angelicam debent ducere vitam. Quibus neceſ-
ſarij ferme oculi mille, non quippe ad vos, o mulieres, videndas, ſed ad vni-
uerſas vos videndi, & quoquomodo delinquendi occaſiones euadendas.
Exod. c. 28. a. Hinc, & Dominus Deus Moyſi. *Facieſque*, ait, *veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in
gloriam & decorem*. Alia vero lectura, præcipue Hebræorum habet. *Veſtem ocel-*
Lect. Heb. *latam, ſiue oculatam*. Quaſi dicatur ad præfatam occaſionem euitandam, in Do-
mini gloriam; decorem verò, & pudicitiam tutiorem ſacerdotis.

Res quippe delicata virginitas, & caſtitas eſt, ideò cautè ne amittatur cu-
ſtodienda. Famelicis expoſita feris deuoranda Beatiſſima Thecla, mox ipſi
Leones ei flectentes, vnguibus terram fodere ceperunt, quare ſic? Forte vt
ea in fouea ſuas abſconderent facies, ne virginem intuerentur, cum etiam tā-
tum intuitu virgo, & virginitas eius poſſe commaculari credatur. Conſide-
ratio Diui Ambroſij eſt. dicentis. *Quo munere autem Venerabilis Thecla etiam leonibus*
D. Ambr. tom. 5. Epiſt. 1. *ob[illegible] fuit, vt ad pedes prædę ſuę ſtratę impaſtę beſtię ſacro deſerrent ieiunio, nec procaci ocu-
lo [illegible]ginem, neque vnguę violarent aſpero? Quoniam & ipſo aſpectu virginitatis ſanctitas vio-
latur*. Quibus bellè intelligi datur, quam caute mentis, & corporis pudicitiā
virgines, & caſti cuſtodire debeant, cum ipſa facillimè perturbetur, candor
eius denigretur, & occaſionibus maculetur.

F

Idem proſequitur Auctor argumentum, videlicet de Virginitate, & caſtitate omni modò meliori cuſtodienda, atque de miris effectibus eius.

NEC putetis, ò feminę per veſtrum in vijs, & in Eccleſijs comparere
ſericis, atque aureatis veſtibus amictas, depictis vultibus, impudicis
geſtibus, oculiſque laſciuientibus, formoſiores, probioreſque exiſti-
mari; nam è contra ſequitur, ex his enim ad concludendam veſtram
præſertim internam deformitatem, & maculam turpem, argumentum iure
Simile. deſſumitur, prout infra. Terra illa, quę in ſuo ſinu Auri, atque Argenti mi-
neras continet, foris ſuper dorſum minime germinatas ibi herbulas habet.
Sic, ſic ſuo modo morali mulier pudica, vel virgo, quę in corde ſuo aurum,
& argentum ſanctę pudicitię, atque Dei dilectionis theſaurum habet, nequa-

quam

Digitized by Google

A quam ſuper dorſum has inanitates, ornatus ſuperfluos habere, deferre patitur; ſed ſimplicibus, & honeſtiſſimis veſtimentorum generibus vtens lætatur. *Nigra ſum*, ait ſponſa cæleſtis, *ſed formoſa, filiæ Hieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis. Nolite conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.* Nigra ſũ de foris, formoſa intus, in domicilio cordis. Sicut Principum Papiliones, quamuis rurales, & ad bella ſpectantes, foris aſperi, duriores, ſubtus verò valde ornati diuitioſè. Item ſicut Regum pelles, foris tales, ſubtus aurum, & ſericum pretioſum habentes prout ex lemniſcis pendentibus clareſcunt. Huius autem reddit ipſa rationem ſic. Quoniã ſolaribus ſe radijs expoſitam fecit, nimirum voluntati, & oculis ſui ſponſi cæleſtis. Hebræi verò legunt. *Quia inſpexit me ſol.* Animam caſtitate nitidam libentiſſimè Deus aſpicit, & ſplẽdore ſuę claritatis ſplendidiorem efficit, quemadmodum de illa muliere caſta Iudith legitur, cui & ipſe Dominus Deus ſplendorem contulit, & formoſiorem effecit.

Cant. c. 1. b.
Origen. homil. 2. ex quat
Hier. homil. 2
Lect. Heb.
Iudith. c. 10. 23.

In virgine, atque puro, caſtoque homine reflectunt candidi diuinę ſapientię radij, adeo vt ille miranda in ſe cælitus conceſſa, facta, iuſſaque intueatur. Vidiſtis aliquando fontem aquę viuę limpidę plenum, ſuper quem ſole radijs colluſtrante, quid quid in fontis profunditate manet clariſſimè conſpicitur. A ſimili dicatur de pudicis, virginibus, & caſtis, ſunt enim velut limpidiſſimę fontes aquę, ſuper quos eluceſcit diuinę ſapientię lumen. Ideoque ipſi
B in ſe clarius ceteris conſpiciunt Domini Dei miranda, quę fiunt, quę manent in eorum anima, & cordis profunditate. *Oculi tui ſicut piſcinę in Eſebon; quę ſunt in porta filię multitudinis.* Præfati ſunt myſtici quàm clari ſponſę militantis oculi viui, proſpicientes in ſe Deum miranda operantem. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* In terris ſic ſuo per effectum modo, miranda videlicet elargientem, & in cælis demum ſuos beatificantem. O verè ter, quaterque felices ſic Dominum Deum contemplantes, & poſt hæc beata eius viſione donandi.

Simile.
Rupert.
Card. Bellã conc. 25 Dõ. 3. Quadrag.
Cant. c. 7. b.
Matt. c. 5. a.

Viuite læti ò virgines, ò caſti, nam candor veſter vertetur in aureum ſplendorem, in magnam nimis mercedem. Dignam conſideratione differentiam reperio inter quaſdam veteris, & noui teſtamenti ſcripturas. De templi Dei miniſtrorum indumentis aliquibus apud Ezechielem præcipuè ſic habetur. *Vittę lineę erunt in capitibus eorum, & feminalia linea erunt in lumbis eorum.* Sanctus verò Daniel oſtenſum ſibi fatetur virum nedum lineis candidis amictum, ſed aurea Zona ad lumbos præcinctum. *Et vidi*, ait, *& ecce vir veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo.* Similem à ſe viſum aſſeruit beatus Ioannes Euangeliſta in Apocalypſi ſua, virum videlicet, quamuis ad mammillas, aurea Zona præcinctum. Et quid ſibi volunt hæc? Zona modo linea, & proculdubio candida, inde verò aurea? Per lineam candidam ad lumbos ſic præcinctos, etiam iuxta Euangelium Lucę dubio procul caſtitatis, & pudicitię cuſtodia intelligi-
C tur. Dicente gloſſante ſic Diuo Gregorio. *Lumbos noſtros præcingimus, cum carnis luxuriam, per continentiam coarctamus.* Aurea verò zona inde apparent amicti, quoniam puritatis, & caſtitatis candor demum in aureum colorem, nimirũ in glorioſam mercedem commutatur ab ipſo largitore Deo.

Ezech cap. 44. c.
Dan. c. 10. a.
Apocal. cap. 1. b.
Diu. Greg. homil. 3. in Luc. 13.

Quo ad præfatam Exechielis auctoritatem, vbi dicitur de Sacerdotum veſtimentis eſſe debere vittas lineas in capitibus eorum, & feminalia ſimiliter linea candida in lumbis ſtringentia, vt notat Ordinaria, non abſque optima ratione duo hæc ſimul iuſſa credendum, nempe ad indicandum ijs caſtitatem neceſſariam nedum corporis, verum etiam mentis, in capitibus ideo, & in lũbis. Necnon ſolum ſacris miniſtris, ſed quibuſque caſtimoniam profiteri cupientibus omninò attendenda. Quos velut tot Sacerdotes efficit, & eis æquiparari facit. Dauid non Sacerdos, non ſacri templi miniſter, neque qui cum eo erant pueri, tamen à ſummo Sacerdote Achimelech, fame ductus, petijt ſacros panes comedendos, quibus veſci tantum erat Sacerdotum, cui propterea Dauid reſponſum fuit. *Non habeo laicos panes ad manum, ſed tantũ panes ſanctos.* Proinde, ac ſi Sacerdos Achimelech dicere voluiſſet. Hi panes non pro laicis, ſicut tu, tuique ſunt, ſed tantum Sacerdotibus debentur velut ſancti, & ſuper Altare Domini, attamen inde dedit, quare? Notandum ideo, quod petente ſummo Sacerdote, an eſſent eius famuli longe à Carnis pollutione. *Si*

Gloſſ. Ordin.
1. Reg cap. 21. d.
Ibidem.

mundi

mundi ſunt pueri, maxime à mulieribus? Et reſpondente ipſo Dauide eos ita eſſe. D
Et quidem ſi de mulieribus agitur, continuemus nos ab heri, & nudius tertius. Mox Achi-
melec ſacerdos dedit. Profecto ad indicandum, quod pudicitia laicos ſacer-
Sixt. Pap. dotibus æquiparare valet. Conſideratio eſt Sancti Sixti Papę dicentis. *Oſtendi-
tur, quod pudicitia ſacerdotio aliquatenus comparatur, cui edere licuit, quod tantum ſacerdoti-
bus debebatur.* Veſtram conſiderate, ò caſti dignitatem, nam & ſi altaribus non
adminiſtratis, tamen Sacerdotibus ſimiles vos eſtis.

Luce clarius eſt ſingulare ſacerdotum munus eſſe, Deo hoſtias, & holo-
cauſta offerre. Quare igitur Sanctus Apoſtolus Paulus æque ad omnes inquit
Rom. c. 12. a fideles. *Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã
viuentem, ſanctam, Deo placentem, &c.* Si non omnes ſunt ſacerdotes, quomodo
quoſque hoſtias offerre? notandum ideò, Sanctum Apoſtolum non de quali
bet hoſtia, non de qualibet holocauſto, ſeu ſacrificio loquentem, verùm de-
proprio cuiuſque corpore, Deo per pudicitiam dicando. Per inde ſi dicere
voluiſſet. Quemadmodum enim hoſtia per ſe nil aliud, quàm quædam pura
caro, & pudica, ſic ſuo modo pudicitia, & caſtitas ſuos efficit, velut tot ſacer
dotes ſe ipſos iure, dignè Deo offerentes. Conſideratio eſt Iſidori Peluſiotę
Iſidor. Peluſ. lib. 3. Epiſt. 95. dicentis. *Pulcherrima victima eſt, piã mentẽ, & carnẽ caſtã habere. Eoq; Paulus illud dixit,
exhibete, &c. Non enim ad Sacerdotes ſolos ſcribens hæc ipſis mandat, ſed vniuerſę Eccleſię.
Vnum quemque enim ipſorum hac in parte Sacerdotem eſſe iuſſit. Quod ſi caſtitas, & pudicitia
ſubditos creat; libido, ac laſciuia Sacerdotibus dignitatem abrogat.* Notetur autem Iſido- E
rum ſimul vniſſe mentem puram, & carnem caſtam, quia mente polluta, vix
dici poteſt caro corporis caſta. Vtcumque ſeruemus, vt dignè de noſmet ho
ſtias offeramus.

Homines ita ſe gerentes, ita viuentes, digni ſunt Sacerdotes nuncupari ad
Dominium, atque ad Regnum eleuari; contra verò qui carnis incumbunt tur
pitudini, mente & corpore turpiter polluti, vix vt dominantes debent appel
lari. Cum caſtiſſimus ille iuuenis Hebræus Ioſeph ab vxore Domini ſui vehe
menter ad turpia ſollicitaretur, laborans, fugiens, ait illi. *Nec quicquam eſt, quod
Gen. c. 39. b non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi præter te, quę vxor eius es, &c.* O puriſſi-
me iuuenis, quæſo, dicas mihi, cur illam mulierem dominam tuam non ap-
pellaſti? Si vxor domini tui, ergo illa quoque domina tibi. Quare igitur vxor
eius, & non domina tua nuncupatur? Pro eo ad hoc Diuum Ambroſium in
D. Amb. lib. 5. de offic. propoſito ſic mirè reſpondentem audiamus. *Ille noluit, & dixit vxori Domini ſui
recte vxor domini ſui, & non ipſa domina dicitur, quomodo domina, quę dominandi officium
non habebat? Quę diſciplinam dominę non tenebat? Illa domina, ille dominus, qui amanti non
excipit faces.* Iam minimè appellauit dominam, ſed domini ſui vxorem, licet
connubium diuidentem, & defraudantem, ob amiſſam pudicitiam, ſaltem
iuxta deſideriũ & mentem, non ignorans prudens, & pudicus iuuenis, huiuſ
modi titulum dominandi propriè magis caſtitatem, & pudicitiam colenti-
bus deberi. F

Huc quoque iure venit, præfata mirè comprobans, illud eiuſdem caſti iu-
uenis Ioſephi. Qui turpi mulieris impudicę efflagitationi conſentire nolens
ea clamante indignata, & falſa accuſatione innocentem dante. Mox Regis
iuſſu carceribus ipſe conſtitutus fuit, vbi diu latitans, iniuſtè patiens, & Pha-
raonis Pincernę ſomnium feliciter interpretans, eumdem precibus exorauit
vt libertate demum donatus pro ſua illinc liberatione, & eductione ad regem
aliquas preces funderet, dum videlicet menſę Regię data occaſione inſerui-
Gen. c. 40. e. ret. Sed quæſo, eiuſdem Ioſephi modum dicendi attendamus. *Suggeras*, ait,
*Pharaoni vt educat me de iſto carcere, quia furtim ſublatus ſum, & hic innocens in lacum miſſus
ſum.* Et quare ad facilitandam dimiſſionem ſuam non recenſendo enarrauit
miranda ſibi cælitus conceſſa, vt pote ſe vidiſſe ſolem, & lunam cum ſtellis ſe
adorantes? Fratrum manipulos coram ſuo ſtante flectentes eumdem vene-
rabantur? Magnam ſibi ſomniorum interpretandorum virtutẽ de ſuper col-
latam, & ſimilia? Cur dumtaxat ſuam innocentiam, & pudicitiam comme-
Iſidor. Peluſ. lib. 4. Epiſt. 79. morat? Pia, & fidelis attendatur reſponſio ab Iſidoro Peluſiota hæc mirè da-
ta. *Erubuit*, ille ait, *Ioſeph eorum commemoratione, quę ſibi acciderunt, ne coronam, caſti-
tati debitam, ſibi ipſi imponere videatur.* Ex quibus luce clarius patet dominaturis in
populo ipſum præſertim ex innocentia, & caſtitate Regnum congruere. tur

pitudinum

Digitized by Google

A pitudinum verò ratione inconſtantibus minimè.

Quamobrem, vt exordium vnde ſumpſimus, reuertamur, & negotium hoc totum complectentes, iure concludamus, aſſeratur, viris, ac mulieribus benè pudicitiam competere ſeruandam, & quod inuicem delinquendi occaſionem exhibere nequaquam debeant. Viri à feminarum ſollicitatione turpi ceſſate; mulieres, & quæque eſtis feminę velis opertę faciebus modo debito egrediamini, incedatis, ſtetis, reuertamini. Egregium ſuſcipientes monimentum ab infideli, ſed fortè honeſta muliere Creuſa Æneę vxore, quę cum marito dum à Troię incendio egrediens anxiè fugeret, ſuper caput ad faciem, & ad pectus velum geſtabat. Mirandum ſanè in modum, inter flāmas mortem euadere ſtudens pulchra honeſtatis non oblita. Oh quid? quid ſi noſtram fidelem pietatem, veritatem edocta fuiſſet, vlterius in hoc peregiſſet? Sic, ſic ſponſa fidelis, & pia ſuo coram cæleſti ſponſo dilecta incedens laudabatur ab eo. *Sicut fragmen mali punici, genę tuę, abſque eo, quod intrinſecus latet.* More mulierum Paleſtinarum velo ſuper caput ad faciem, ad pectus deſcendente pergebat, & veli raritate, vel ſubtilitate genarum rubedo, & pallor formoſus pauliſper apparebat conſpiciendus delectans, ita vt ipſam intuentes tranſeuntem ſub operimento, & velamine formoſiorem arbitrarentur.

Seru. in lib. Æneid.

Cant. c. 4. a.

Aloyſ. Leg.

O virgines, ò puellę, ò mulieres, quo minus reuelatę, eo formoſiores exiſtimari, haberique credite, atque ideo celeſtis ſponſus iterum ſuam ad fidelem dilectam inquit. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus fons ſignatus, emiſſiones tuę Paradiſus.* Quare? quare tot circumligamina? faſcię? vallantes clauſurę? profectò, vt nedum quis ad eam ingrediatur. Sed nec reuelata facie eam intueatur, & ideo dilecta ſuo cæleſti ſponſo amica, ſoror, ſponſa ab ipſomet nuncupata, Deo, & Angelis reuelata, hominibus turpiter inſpicientibus operta. Hæc tanta ſic formoſitate pollet, vt fermè Paradiſus eius opera cogitationes, deſideriaque dijudicentur, & appellentur. Icireò & vos virgines, voſque mulieres eſtote tales, hominibus præcipuè extraneis non inſpectę, veſtram omnes inuicem pudicitiam cuſtodientes, Deo, & Angelis apertę, formoſę, intus præcipuè. Quod profectò vertetur in veſtram, & virorum ſalutem æternam.

B

Cant. c. 4. d.

Ex eo quoniam Beatus Ioannes nuncupatur Diſcipulus dilectus. De quo, & Sanctus Petrus quæſiuit, quid ei futurum? Nonnulla conſiderātur de Dei dilectione, & proximi charitate.

C

NOSTRA erga Deum dilectio, & ad proximum charitas, miro ſanè modo exornat noſtrum ſpiritualem, & myſticum Chriſti Domini thalamum, nempe animam fidelem, & piam. Hæc eius tapeta, hæc eius aulæa auro, & ſerico contexta, Domino pergrata. Ad eam inuitatus magno animo deſcendit Dominus, ibi moratur, conquieſcit, paſcitur. Cui propoſito belle quidem facit illud Canticorum quinto. *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum.* Notentur, quæſo, verba perutili conſideratione digna. Myſticus, & formoſus Chriſti Domini hortus, eſt caſtè diligentis conſcientię Thalamus. Adhuc ſponſa ſuum non erubuit inuitare, conuocare cæleſtem dilectum, fortè quoniam ſe caſtè amantem, eius amore feruentem agnoſcebat, & ſic hortum, ſic thalamum dilecto ſuum benè diſponebat. Quod autem pomorum mentio habeatur, eo peregregiè noſtrum propoſitum comprobatur. Huius teſtimonium etiam perhibet, qui

Cant. c. 5. a.

Digitized by Google

qui duos puerulos pomis inuicem ludentes mutui amoris hieroglyficum eſſe D
dixit. *Ex ijs autem certatorum paribus duos illos, qui malo luſitant, voti compotes eſſe dicas.*

Valer. l. 54. Amor Mutuus

Nimirum ab eo, quem diligit, diligi cupit, & voti compos euadit, ſimilia for taſſe intellexit, quę caſtiſſimè amando ait. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Malis mutuę dilectionis inuicem luſitabant, & ceteris exempla imitationis dabant. Piè, caſtèque diligamus, vt legem ſic adimplentes, præmia mereamur æterna.

Cant. c. 2. e.

Si Dei amore, & proximi charitate incenderemur, profectò nil nobis arduum, nil difficile arbitraremur; caſto enim, & vero amori Deus eximiam dedit agendi, adiuuandi, vincendique virtutem. Id ipſe fecit, qui poſt factum ait. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.* Proinde ſi dixiſſet, per fidelem dilectionem ſemper me habeas in corde, & iuxta ipſum diligere ſimiliter operari ſatage, eſt enim brachium fortis operationis ſymbolum. Mors corpus de medio tollit: dilectio amatores connectit, amantem ad amatam rem reducit, nec vmquam ab ea ſeparari permittit. Clemens Alexandrinus occaſionaliter in præfata Canticorum verba inquit. *Quia quod operatur mors in vita naturali idem dilectio in vita ſenſuali.* Qui enim naturaliter mortuus eſt, non loquitur, non ſentit, non mouetur, non ſe vindicat, non rapit, non cumulat, non irridet, nec quicquam facit, quoniam mortuus. Qua de re Sanctus Pater Auguſtinus. *Mortuus eſt enim tibi, qui quantumlibet pulſes, quantumlibet vellices, quantumlibet lanies, non expergiſcitur.* Ita & ſuo fortiori modo amor, & dilectio homines reddere conſueſcit; qui enim diligit, in ſenſibus & ſi patiatur, vix vi, aut nullatenus commouetur, non lamentatur, & proprias iniurias nõ perſequitur, quoniam forti erga Deum, & proximum dilectione tenetur, atque Deo viuificatur, & mundo, ac ſenſibus ſuis moritur. E

Cant. c. 8. b.

Clem. Alex.

D. Auguſt. ſerm. 44. de V. Dom. in Ioann.

Sed enim ſi prius, prout iure debetur, de noſtra dilectione erga Deum agatur, eum diligere omni iure maiori tenemur, qui fecit, & qui redimit nos. Qua de re Sanctus Pater Auguſtinus. *Miſer ego, quantum deberem diligere Deum meũ qui me fecit, cum non eram, qui me redemit, cum perieram?* Quibus ſane modis Deus amore gratitudinis diligitur. Alia verò Dominum Deum diligendi ratio eſt, quoniam videlicet ſummum bonum, & beatitudinis obiectum, ſic Deus ipſe amore æquitatis, & iuſtitię diligendus, non noſtrę cauſa vtilitatis, ſed eius ratione bonitatis. Ideo & Diuus Bernardus ſic bene ſubiunxit. *Vultis à me ſcire, quare, & quomodo diligendus eſt Deus? Modus ſine modo, diligere ob duplicem cauſam, dixi Deum propter ſe diligendum, vel quia nihil iuſtius, vel quia nihil fructuoſius diligi poteſt.* Quaſi vſque dicatur, & concludatur, noſtrum amorem, prout ſupra, ex creatione, & reparatione nuncupari poſſe gratitudinis; ex eo verò, quod Deus vt ſummũ bonum eſt diligendus, Amorem dici æquitatis, & iuſtitię; nihil enim iuſtius, quàm diligere Deum, propter illummetipſum. Sic, ſic à nobis præcipuè diligatur ſummus omnium bonorum impertitor.

D. Auguſt. de ſpirit. & grat.

D. Bernard. lib. de Amore Dei.

Duplicem hunc præſertim amorem, ſcilicet ob Deum ipſum, & ob vtilitatem noſtram forte voluit indicare, qui dixit. *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui.* Ille Dominum, iſte verò vtile, & commodum ſuum. Attamen & illius laudatur, & iſtius non contemnitur opus; ſed Iſraelis condemnatur ingratitudo, & contemptus; quoniam apud Dominum maximopere æſtimatur amor, & dilectio hominum. Cui propoſito mirum in modum facit illud Chriſti Domini apud Ioannem. *Ego ſum via, veritas, & vita.* Quod ipſe Dominus ſe veritatem dixerit, id nullam affert dubitandi occaſionem, eſt enim & ipſe veritas infallibilis, increata Deus. Quod ſimiliter nuncupauerit ſe vitam, nullatenus mirum, ſiquidem eſt ipſe idem gratię auctor, & glorię impertitor, qui nobis vitam gratuitam in terris, & glorioſam elargitur in cælis: at quod ſe dicat viam, id nos in aliqualem poſſet trahere admirationem; via namque pedibus his calcatur, dum per eam inceditur, quod omniquaq; à Domino remouetur, ſed toto corde colendus, & omni honore maiori ſemper habendus, quamobrem conſiderandum duplicem eſſe pedem, materialem ſcilicet corporis, & ſpiritualem, nimirum cordis. Non quidem primo modo Chriſtus Dominus via ſic noſtris pedibus calcanda; ſed ſecundo modo nempe animę affectionibus piè, fideliter, ſollicitèque attingendus. Quo in ſenſu fortè Vates eius Pſaltes ait. *Apud Deum greſſus hominis.* Num æquè pari paſſu cum eo ambulat homo? Minimè, ſed ad eum toto corde diligendum F

Iſai. c. 1. a.

Ioan. c. 14. a.

Pſal. 36.

properare

A preparare ſemper debet.

Noſtrum hunc amorem prætendens, & expectans ipſe pius, & miſericors Deus, prior diligit, vt & nos diligere valeamus, atque loco peccatores perdendi, gratias generoſè impertit. Sampſon Dalidam vnicè amans ab ea prodebatur, & ipſe non tantam ingratitudinis malitiam arbitrans, vel fortè diſſimulans amoris cauſa, obtulit ei agnum, vel ædum ita dicente ſcriptura. *Et attulit ei ædum de capris.* O immenſum omnipotens Dei noſtri erga nos amorē, quamquam delinquentes! A quibus ſummè læſus, tamen dilectione præuenit, & Agnum immaculatum, ſuum videlicet vnigenitum, hominem factum pro reis occidendum dono generoſè dedit. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium vnigenitum ſuum daret, &c.* Quis? Quis tam eximium, ſummumque humanę gentis amatorem, toto cordis affectu non diligeret? pro eo, & eius mandatis iure obſeruandis vitam non profunderet? Attamen contra ſequitur, & ipſe nihilominus pro nobis ad ſalutem adiuuandis nulli pepercit labori, & nulli afflictionum generi. Iudic. c 15. a Ioan. c. 3. b.

Totum Dominus agit, nihil prætermittit, ne hominem, eiuſque dilectionem amittat, ſed parcat, & acquirat. Formoſum quippequod in propoſito dixit Vgo Cardinalis. *Canis venaticus ſpinarum dilacerationem non timet, vt feram capiat.* O fera crudelis, ò ingrati animi homo, aſpice, contemplare, quomodo cauſa tui, vt te tuumque lucrifaceret amorem Ieſus Chriſtus Dei filius adaucter, Vgo Card.

B libenter inter ſpinarum maceriā, clauos, crucem, lanceam ſe ſe immiſerit, immitti voluerit, & dilige tuum amatorem ſummum, pro te ſine menſura, ſed modo dolorum inæſtimabili paſſum. Huc quoque mirè venit illud Diui Ambroſij. *Delectant*, ait, *onera ſi pretioſa.* Quemadmodum ſenſu ſuo, mulier oneribus, quamuis grauibus, puta veſtium, auro deſuper ſericarum, torquium, atque ſimilium (ſarcina iumentorum) libentiſſime operta incedit, quę Dei amore manibus ſpiritualis tractationis libellum minime gerit. Verum noſtro in propoſito aſpera, & valde ponderoſa ſuę paſſionis inſtromenta libentiſſime Chriſtus Dominus noſter tullit, dulciaque dicenda voluit. *Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinet.* Recogita ergo fidelis anima hæc, & noli eſſe tuo amatori tanto, Reparatori optimo ingrata, eum omni tempore ama, ne ingratitudinis nota condemneris. D. Amb. Hymn. in paſſ. Dom. ad laud.

Vis agnoſcere, quàm te Deus diligat, quamque tui acquiſitionem gratam habeat? intimius quę peregit conſidera. Ex Lucę Euangelio illam habemus à Domino datam drachmę amiſſę, atque inuentę ſimilitudinem, de qua ibi ſcriptura. *Congratulamini, ait, mihi, quia inueni drachmam quam perdideram.* Qui ſcripturę locus, iuxta communem, de homine ſuper omnem pretioſum lapidem grato per Reparationis opus inuento, intelligitur. Verùm iure perpendunt, & admirantur, quare Dominus ipſe dixit, ſibi congratulandum, & non eidem homini, cum non id in inuentoris, ſed in repertę drachmę, in redempti hominis ſalutem vertatur? potius namque dicendum videbatur, congratulamini ei, quem perditum hominem inueni, eius in ſalutem. Mihi verò præcipuè ex ipſo empto, inuento homine, claui, Crux, lancea Spinę. Qua de re Sanctus Apoſtolus. *Empti enim eſtis pretio magno, &c.* Moralem attende rationem. Fideliſſima veritas hæc, nos eſſe per Ieſu Chriſti paſſionem, & mortem redemptos, & inuentos. Quos tam magno ipſe Dominus amore proſequitur, vt ſuam drachmam inuentam, & quod gaudium nobis, ſuum eſſe dixerit, atque ad ſibi congratulandum etiam Angelos inuitarit. Nos ideo ingratiarū actione, quod Sanctus Paulus agendum monuit, non prætermittamus. *Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.* Id autē quàm benè agitur, cum ipſe Deus à nobis toto corde diligitur. Luc. c. 15. b. 1. Corint. c. 6. d. Ibidem.

C

Mirum in modum noſtro propoſito congruit illud diuinę ſapientię octauo vbi multis poſt enarratis, tandem ait. *Et delitię meę eſſe cum filijs hominum.* Et cur potius cum filijs hominum, quàm cum hominibus ait? Audi quæſo. Duos homines, maſculum, & feminam Deus à mundi origine fecit, quorum innocentia, & puritate plurimum delectabatur, & erat proculdubio cum eis; at ne quis ſuſpicaretur, ijs tantum conditorem delectatum, ſuos dixit eſſe delitias cum filijs hominum, de hominibus ſic genericè locutus. Verùm inſurgit dubitatio iterum. Deum ab æterno in ſe ipſo beatum, glorioſumque, cui nihil Prouerb. c. 8. d. Dub. Solut.

Digitized by Google

deliciarum, & iucunditatum profectò addi poteſt, fideliſſimè ſcimus. Quo- D
modo igitur delitias eius ex hominibus, & cum hominibus, ad extra, ſic eſſe
dice us? ipſeque ſuo in eloquio diuino teſtatum eſſe voluit? Proculdubio
eu n tunc locutum noſtro intelligendi modo credendum, nempe, vt quanti
noſtram conuerſationem, & dilectionem faceret, quamque mirum in modū
Gloſſ. Interl nos diligeret, indicaretur, Ibi dicente Gloſſa Interlinearis ita. *Quia deſiderat
in noſtro amore conquieſcere, & nos bonorum gratia meritorum ad ſe videndum perducere.*
Quaſi dicatur, Dominum Deum inquietudine agitatum, donec amatorem
hominum ſe intuendo, ipſe ab eis quoque diligatur.

Demum in propoſito hoc vnum non prætereatur ſilentio. Sacerdos ſacra
faciens, ſuo tempore, & loco in calice bene parato comiſcet vinum, & aquę
Apud Bart, Gauant. parum, prout ex traditione Chriſti Domini, vt ait Diuus Cyprianus in Epiſto-
lis. Item vt ſignificetur fluxus ſanguinis, & aquę ex Ieſu Chriſti latere, prout
D. Cyprian. Epiſt. 3. | Ad Ceril. ex Alexandro Pontifice. Similiter vt ſignificetur in vna Chriſti Domini per-
ſona, duplicem eſſe naturam, prout ex Nicephoro. Necnon etiam, vt de-
Nic pho. lib notetur introitus in vitam æternam. prout ex Diuo Ambroſio apud Sanctum
Thomam Doctorem Angelicum. Et quia pauci electi, ideo aquę pauciſſi-
D. Amb of. D Thom q. 74. a. 7 mum admiſcetur, prout ex Concilio Florentino in inſtructione Armenorum
Demum, vt populus, qui in Apocalypſi per aquam ſignificatus, vniatur Chri
Paſchaſ Aq ſto Domino. prout idem Diuus Cyprianus conſiderauit. Ex quibus recol-
ligens hoc mirandum noſtro in propoſito addidit Paſchaſius. *Quoniam Amor Dei* E
cupit noſtram ſocietatem. Et nos non eius? Non eius amore flagrabimus? Eum,
cum toto corde, totius animę viſceribus quotidie magis diligamus, vt eius ſo
cietatem gratiam, & gloriam conſequi mereamur.

Quid? Quid amplius hac de re dicam? Ieſu Cgriſti amor nos erga omnes
terminos, & fines dilectionis tranſcendit. Quod mente reuoluens, ore ſic
Ioan. c. 13 a protulit Sanctus Euagheliſta Ioãnes. *Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem*
Lyranus. *dilexit eos.* Quod ſenſum poſſe habere duplicē videtur iuxta Lyrani Gloſſam,
nimirum in fine vitę ſuę maiora dilectionis ſigna dedit; vel ſuos in finem,
nempe in ſeipſum Reparatorem, & Glorificatorem, ad gloriam, & requiem
Text, Græc, eorum æternam dilexit. Verum noſtrum ad propoſitum magis Textus Græ-
ci lectura facit. *Vltra finem dilexit eos.* Non eſt finis Dominicę dilectionis erga
nos. Nulla comparatio noſtrę dilectionis erga Deum, ad illam eius erga nos
illa omnes tranſcendit fines; noſtra verò deficit, minoraturque in via. Inter
Philoſoph, Philoſophantes quæſtio ſuborta olim, quod nam maius deſiderium, primę
materię ad formam, vel formę ad materiam? Materia non eſt quid, non eſt
quale, ideo cupit formam habere, vt poſſit eſſe. Forma verò de ſe commu-
niter non ſiſtit, niſi informando, ſic manet ex compoſito. Attamen nos no
ſtro modo dicamus, deſiderium maius formę ad materiam ſic. Nos veluti
materia, Deus autem eſt vita animę noſtrę, & gratia eius forma vitę ſpiritua-
Hymn. Sact, Mich. Arch, lis noſtrę. *Vita virtus cordium.* Ipſe præoptat nos anxiè, magiſquàm à nobis o- F
ptetur, & diligatur; ad nos ſuper ventorum alas properat, & nobis ſic vniri
quæritat. Eia ſurgamus, noſtrum augeamus ad tantum amatorem deſideriū,
venienti obicem non ponamus, ſed obuij, humiles, deuoti ſollicitè facti, ta
lem dari, fieri vnionem ſtudeamus.

Ante

Digitized by Google

A

Ante omnia diligamus Deum, deinde proximum, quę dilectio ad exaudiri, & ſaluari requiritur.

ID non minus expendens Pſalmigerus Vates diuinus Dominum Deũ alloquendo dicebat. *Vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filię Sion.* Nimirum publicè cunctis coram audientibus, ſed quid ais? quid ais, Domine mi Rex? Deus in ſæcula benedictus eſt vtique infinitus, & infinitę laudes eius; quomodo igitur tu arbitraris, & aſſeris poſſe omnes annuntiare? Immo, ait, & valde maiora, plura me peracturum, dicturum, ſpero, promitto. Propterea eidem Domino Deo ſic. *Ego autem ſemper ſperabo, & adijciam ſuper omnem laudem tuam.* Oh vide quid dicas, nam impoſſibilia aſſerere videris. Quod ſemper ſperare velis, dum viuis, id bene ſe habet, ſed quod ſuper omnem Domini laudem tu alias addere promittas, id audientes viri ſapientis ore prolatum in magnam iure admirationem trahit. Quo ad literę ſonum benè reſpondet, & ſoluit Gloſſa Interlinearis prima n Dauidis ſententiam. *Id eſt*, ait, *quid quid dico tua eſt laudatio*. Sub intellige, & quid quid his in Pſalmodijs dixero. Quò verò ad alteram ipſius Vatis ſententiam ſic exponendo Diuus Hieronimus habet. *Id eſt de alijs rebus ab alijs tibi exhibitam.* Ego plura, maioraque dicam, prout dabit Deus, & ego præuiribus potero. Aut etiam ſic, iuxta Lyrani expoſitionem. *Adijciam ſuper omnes tuas laudes, quas ego alias tibi vſque modo dixi.* Optime quidem Gloſſę. Verùm noſtro in amoris propoſito egregiè facit, quod Diuus Chryſologus ait. *Amor Iudicium neſcit, ratione caret.* Vates ille Dei amore feruebat, ideò ferè impoſſibilia ſe dicturum, facturum aſſerebat. O vtinam conſimilem ſaperemus amorem, diuinis quippe laudibus numquam ſatis diceremus. Pſal. 9. Pſal. 70. B Interlin. D. Hieronym. apud. Gloſſ. Lyran. Diu. Petr. Chryſol.

Cum Diuus Pater Auguſtinus ſuos ad fratres in Eremo Regulam enixe obſeruandam ſcriberet, à Domini, & proximi dilectione exordium ſumpſit. *Ante omnia*, inquit *fratres cariſſimi, diligatur Deus, deinde proximus.* Ibi quoq; mandatorũ Domini decalogus incipit, & Chriſtus benedictus apud Matthæũ perquiſitus à legis Doctore, quid agendum ad Paradiſi ingreſſum, reſpondit, Dominum Deum diligendum ex toto corde, & tota anima, & ex tota mente; proximum verò ſicut ſe ipſum. At cum voluntas ſit potentia cæca & feratur in obiectum ab intellectu cognitum, eique ſub ratione boni appetibilis oſtenſũ, cur non dixit ſanctus ille Pater. Ante omnia cognoſcatur, intelligatur, & inde diligatur Deus? dimiſſis reſponſionibus alijs, hìc magis quoad morale reſpondetur. Quia ſermonem habebat, & regulam dabat ad fideles, & optime credentes quæcumq; in lege diuina mandantur, & ab Eccleſia ſancta Catholica credenda iubentur. De inde ac ſi diceretur, parùm proderit benè, ac fideliter credere, niſi ſequatur benè diligere, beneque operari. *Intellectus bonus omnibus facientibus eum.* Et bonus dicitur eſſe intellectus, qui iuxta benè, ac fideliter credere, iuxta intellectum fide captiuatum, diligit, & opera dilectionis facit. Ille talis ſuum comprobat eſſe fidelem intellectum, quod ſi ſecus operatur, vix vi bonum, & fidelem habere intellectum videtur, dum non intelligit ad faciendum. Diu. Auguſt. in Regul. ad fratr. Matt. c. 22 d. C Pſal. 110.

Eundem ſenſũ, iuxta idem propoſitum facere dicantur illa eiuſdem Pſaltis verba hæc, *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beati, qui ſcrutantur teſtimonia eius, in toto corde exquirunt eum.* Et qui ſunt hi viatores, qui iuxta præſentem iuſtitiam cenſentur immaculati, & fore annuntiantur, creduntur beati? qui ambulant in lege Domini; ſed numquid lex eius, velut via pedibus calcanda? non ita, verùm ibi per pedes affectus intelligi poſſunt. *Non enim anima mouetur pedibus, ſed affectibus.* Inquit Diuus Pater Auguſtinus. Proinde ac ſi diceretur à Sancto Vate, lex Domini amore, & amoris opere peruoluenda, & adimplenda eſt. At mirandum, quod ſequitur, nimirum Domini præceptorum ſcrutatores eum exquirere, ac ea facere toto corde. Igitur omnes diuini eloquij lectores, Pſal 118. Diu Auguſt. tract 48. in Ioann.

Digitized by Google

lectores, diuinę legis expoſitores, Verbi Dei concionatores, iuxta quę ſcrutantur benè, ſanctèque operantur? ita deberent, ita peragere ſupponuntur. At ſenſus eſſe poteſt. Scrutantur intellectu, vt exequantur affectu. Similiter, & alibi Vates ipſemet Regius Domino Deo ait. *Diligam te Domine fortitudo mea.* Et cur non inquis. Intelligam te Domine, licet meo debili ſed fideli modo? quia parùm, aut nihil proderit, bene quem intelligere, ſi non diligit. Quod non minus belle confirmatur ea Sancti Iacobi ſententia dicentis. *Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitę, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.* Et cur non ait, intelligentibus ſe promiſſam, & dandam à Deo vitę, nimirum æternę coronam? quia non propriè bona intellectio, quam non ſequitur recta dilectio. Domini mandatum, & ipſum Dominum optime intelligit, qui eum toto corde diligit. D

Psal. 17.

Epist. S. Iacob. c. 1. b

Attendatur quæſo, quam neceſſaria dilectio, qua cum magnus es; at ſine ferme nihil vales. Ex omnibus Angelorum choris ceciderunt, illam ob rebellionem magnam, de Cælo, in quibus remanſere nedum naturalia, verum etiam & nomina, vt Cherubim, dominationes, &c. Nullus tamen eorum perditorum Seraphim nuncupatur, quare id ſic diſponitur? fortè quoniam Seraphim ex eo dicuntur, quoniam amore, & charitate replentur, & incendium, vel ardor interpretantur. Dei verò rebelles ſe ipſos amantes, ſine gratia, pleni culpa in gratię ordine nihil remanſere. Vis tu aliquid ſic eſſe? Deũ dilige, in proximum charitatem habe. Christus Dominus ſuis in Euangelio diſcipulis ait. *Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt.* Et cur potius ſic de capillis, quàm alijs de membris viuentibus, & formoſis? forte quoniam capilli in capitis carne, & ſanguine radicati, tamen inſenſati, neque carnem, neque ſanguinem habent, ſed Cælum verſus vt plurimum emittuntur. Quod autem per capillos in diuinis etiam ſcripturis paſſim cogitationes à Patribus intelligantur, nulli dubium. Sanè vt nobis intelligi detur, nos quamuis carne, atque ſanguine volutatos, attamen debere ſurſum affectu, amore, cogitatu, opere, deſiderio conſurgere, ne pereamus. E

Interp. Heb.

Matt. c. 10. d.

Cum de cauendis, & euitandis plurimorum malorum occaſionibus tempore Iudicij vniuerſalis Dominus in Euangelio loqueretur, ait. *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes, & qui in tecto eſt, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua, & qui in agro eſt, non reuertatur tollere tunicam ſuam; vę autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.* Cuius quidem ſententię poſſe moralem ſenſũ hunc eſſe dicunt, qui in Iudæa, in huius videlicet orbis rota, inferiori ſfera ſunt, confugiant ad montes ad Deum, ad Sanctos eius. Qui ſimiliter amore affectu, deſiderio eſt in Cælo, tutiſſimo tecto, latiſſimoque campo, non deſcendat illinc, nec etiam cogitatu ad acquirenda hæc ſæculi caduca. Vę autem prægnantibus, rapientibus, & nutrientibus hæc tranſitoria. Surſum, ſurſum amore tendamus, quò tandem re ipſa peruenire cupimus.

Matt. c. 24. b.

Conſideratione profectò dignum, eſt quod Sanctus Iſaias ſibi cælitus oſtenſum dixit, de Seraphinis videlicet ſuper Dei Thronum ſtantibus. *Vidi, ait, Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum. Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alę vni, & ſex alę alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Quòd alis operirent, quòd alter ad alterum Domini laudes concinerent, facile intelligo, ſed quod volarent, cum tamen ſuper illud manerent, id non ita facile percipitur. Gloſſatur hoc Vgo Cardinalis dicens, Volabant auiditate, deſiderio, voluntate in Domini Dei ſtudium, amorem, & obſequium, qui propterea iure incendium, vel incendio pleni dicuntur interpretari; ſic ſaltem, & nos ſurſum amore volemus, vt ibi demum Domini Dei laudes concinere valeamus. O verè ter, quaterque fælices, qui caduca hæc re, affectu, dilectationeque deſerentes in Domini obſequium, & dilectionem ſe eleuare ſtudent! ſequentibus diſcipulis Dominum, rebus iam ſæculi contemptis, deſertis, ait illi facienda ſuadenti mandati Petrus. *Ecce nos relinquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis?* Quod ſane dictũ, iuxta cõmunẽ, & Christi Domini reſponſionem, dubio procul intelligitur, ad inquirendum de præmio, præſertimque futuro, alio videlicet in ſæculo. Verumtamen Ianſenius alium, & quidem formoſum moralem ſenſum affert hunc. Eſt, ait, ac ſi dixiſſet Petrus, aliud ne nobis relinquendum hìc ſupereſt? ſane ad indicandum, omnia peni- F

Isai. c. 6. a.

Vgo Card.

Matt. c. 19. d

Ians.

tius

A tus affectu etiam reliquiſſe in Domini obſequium ad eius ſequelam, & Amorem. Hæc, que iuſſa nobis imitanda, ſcribuntur; vt maiora, nimirum æterna demum, bonitate Domini, diligentibus, & obtemperantibus impertiantur.

Ad exaudiri itaque, & ſaluari nos à Deo neceſſaria dilectio ipſius Dei, & proximi noſtri; non amor, & obſequium huius ſæculi. Qua de re Pſalmigerus Vates Regius inquit. *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meę*. Quid ais. O Pſaltes? non ne potius dicendum videbatur, dilexi quoniam exaudiuit me Dominus? oro propterea in dilectione pro gratiarũ actione, & ſuſcepta exauditione? Reſpondent ſic dixiſſe Vatē, quoniã optimè tenebat, neceſſariã dilectionē, ad fieri voti ſui compotem ad ſuſcipiendam petitionem Domino Deo factam, & ſine dilectione Dei ac proximi in caſſum orationem, & petitionem à nobis Domino Deo fieri. Vis igitur à Domino conſequi cordis tui deſiderium, & expetitam rem? ne dimittas, ne contemnas eius, atque proximi dilectionem; quę mirè operatur, & ad ſalutem neceſſario requiritur. Dauid dilexit, & Dominus eum ideò exaudiuit. Et quid à Domino ille petierat orando? rem vnam, vt cunctis diebus habitaret in domo eius, & en exauditus in Cælis habitat glorioſus. O benedictam dilectionem, quę cooperatur ſic ad ſalutem!
Pſal. 114.

Cum in Canticorũ ſecundo Cæleſtis Sponſus dilectam fidelem animam ad cælorum excelſa inuitaret, ijs conſideratione dignis vſus eſt verbis. *Surge propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni, iam enim hyems tranſijt imber abijt, & receſſit*. Mirus ſanè dicendi modus, numquid ad ſalutis tutamen, & ad Cælorum culmen perueniri non poteſt hyemis tempore, ſed ſola æſtate? ſi res ita ſe haberet, caſſa pœnitentia eo tempore facta eſſet; & ſic vę, nullieſque vę hominibus hyeme diem ſuum obeuntibus. At moralis reſponſio attendatur. Hyeme, pluuia, imbre impietatis, & feritatis tempus de facili apud omnes intelligi poteſt, iuxta illud Diui Patris Auguſtini. *Hyems erat, & ideo frigidi erant, ad illum enim diuinum ignem accedere pigri erant, &c. Friguerant autem diligendi charitate, &c.* Eſtate verò dilectionis, & chatitatis profeſſio tempus, & occaſio non minus denotatur. Quibus Amoris diebus ſurſum inuitatur, & dirigitur ſponſa. Quę tunc Columba, ſpecioſa, & amica vocatur, ſic, ſic nimirum dilectionis calore curritur ad cæleſtem patriam per Domini mandatorum obſeruationem. *Viam mandatorum cucurri, cum dilataſti cor meum*. Calidi autem eſt dilatare, ideo Dauid dilectionis calorem intellexit per ſui cordis dilatationem. Tali ergo & nos calore ferueamus, vt ad Cælum expeditè currere valeamus.
B Cant. c. 2. c.
D. Auguſt. tract. 48. in Ioann.
Pſal. 118.

Demum conſideretur, experientiaque ſumatur, an diuinę dilectionis, & proximi charitatis calore nos æſtuemur nec ne. Accipiamus heraclium, vel Indicem, & experimenti lapidem, nimirum Sancti Patris Auguſtini ſententiam, vim amoris, & effectum charitatis innoteſcere facientem, ſic noſtra de dilectione, experimentum ſumentes, agnoſcemus, quid modò diligamus. C *Pondus, ait, meum amor meus; eò feror, quocumque feror*. Sumpta ſimilitudine ab elementorum, atque mixtorum propenſione. Quò, quæſo, dicatis vos veſter trahit amor? num ad mundi ſolatia, & conſolationes? ad Diaboli deceptiones, & ad ſenſualitatis turpitudines? & vos veſtro, quo trahimini amore, curritis? ergo Deum, atque eius cauſa proximum non diligitis. Hanc, hanc, ò fideles, deſeramus ſiniſtram, & curramus ad dexteram, vt peruenire valeamus ad Cæleſtem Patriam. Noſtrum quiſque caueat, ne ſibi illud Iſaię dici debeat. *Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam*. Nempe, iuxta Gloſſas, optimi qui que tui, Principes, aut cognati, ſiue ſenſus, vel affectus, & effectus ipſi ſunt conuerſi in ſordes, inſanias, ac turpitudines vniuerſas. Quę ad ſuperna non faciunt, ſed eas patrantes, amantes ad inferni clauſtra celerrimè currunt.
D. Auguſt. Confeſſ. lib. 13. c. 9. & de Ciuit. Dei tom. 5. c. 28
Iſa. c. 1. f. Ordin.

Via recta deducens fideles ad Cælum, eſt diligere Deum, & proximum. Vis ſurſum pergere? Dominum Deum dilige. Quòd ſi abſque huiuſmodi dilectione id prætendas, toto Cælo erras. Cum illi duo iuſti, Manue, & vxor eius hortatione, ac iuſſu Angeli, Domino Deo ſuper altare holocauſtum offerrent, mirandum ibi contigit prout ſacra ea dicit ſcriptura. *Cumque aſcenderet*, ait, *flamma altaris in Cælum, Angelus Domini pariter in flamma aſcendit*. O bone Dei Angele mi, num niſi eam per flammam in Cælum reuertendi ad Dominum, nulla alia tibi via? Dubio procul res myſterio, præſertim morali non caret. Per
Iud. c. 13. d.

incendij

incendij ex altaris holocauſto flammam non eſt nefas intelligere dilectionis & charitatis ardorem, vt ijs intuentibus, atque cunctis aduertentibus, intelligi daretur, quòd eâ via, nimirum dilectionis, & charitatis in Cælum aſcenditur. Cui propoſito bellè quidem facit illud, quod de Sancto Benedicto in eius videlicet vita, & morte legitur. Cuius videlicet feliciter dormientis in Domino animam viri duo iuſti viderunt aſcendentem in Cælum per viam limpidiſſimis lampadarum flammis colluſtratam, dicente Domino, vel eius Angelo bono, eam eſſe viam, qua Dei ſeruus ſurſum ad præmia pergebat æterna. D

Lect. Breu. Villeg. in eius vita.

Quam duo, ait, Monachi euntem in Cælum viderunt pallio ornatam pretioſiſſimo circum eam fulgentibus lampadibus; & clariſſima, atque grauiſſima ſpeciè virum ſtantem ſuper caput eius dicentem audierunt. Hæc eſt via, qua dilectus Domini Benedictus in Cælum aſcendit. Quę qualiſue via? eius charitatis, dilectioniſque ſplendor, atque refulgens claritas.

Cant. c. 7. d.

Alia Lect.

Cant. c. 8. d.

Tuum dirige amorem ſurſum ad Dominum, quo ſcilicet amore tuo per lucidam reddes tibi ad ſydera viam. Hinc ſuo fidelis Sponſa dilecto. *Ibi*, ait, *dabo tibi vbera mea*. Vbi? in Eccleſię militantis horto, in ſanctę vbertatis vinea. Alij verò legunt ex Hebræo. *Tibi dabo amores meos*. Et tantum, & non etiam proximo? vtrumque amorem Deo? audiatur, attendatur reſponſio? ei dixit ſe daturam amores ſuos, non denegando lac adiutorij proximo, ſed ſecundũ dilectionis rectitudinem, per ſe ipſum Deus, & in ordine ad Deum proximus eſt diligendus, & ideo ipſamet Sponſa ſic. *Vbera*, inquit, *mea ſicut turris*. Verũ dic mihi ô fidelis dilecta, ſi duo vbera quomodo turris vna? ratio conuentionis ſanè minima inter turrim, & vbera, aut ſaltem ſeruanda numerorum æqualitas erat, dicendo, vbera tua eſſe velut turres, vel vber vt turrim. Prætermiſſo iuxta ſonum literę ſenſu, dicamus cum Diuo Thoma doctore Angelico, ea ſponſę vbera eſſe duo dilectionis præcepta, quę vtique vna dicuntur turris. Quia radicalitèr vnum dilectionis præceptum, duo tamen operatiuè, & obiectiuè. *Præcepta ergo Dominica multa ſunt, & vnum, multa per diuerſitatem operis, vnum in radice dilectionis.* Nam obiectum principale dilectionis eſt Deus, ſecundarium verò proximus. Et qui aliter, alioque modo diligit, dilectionis ordinem peruertit. De huiuſmodi præceptis Chriſtus Dominus apud Mathæum agendo inquit. *Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo, &c. Hoc eſt maximum, & primum mandatum; ſecundum autem ſimile eſt huic diliges proximum tuũ ſicut te ipſum.* Sunt verò quaſi turris, quoniam recta dilectio ſurſum peruenit ad Cælum; & ſiſtit ante Deum, immo attingit, & ipſum. E

D. Thom.

Diu. Gregl. Homil. 27. in Euangel.

Matt. c. 27. d.

Cant. c. 2. a.

Alia Lect.

Quàm verò neceſſarius ſit ordo in dilectione, & charitate, audiamus ipſam fidelem Sponſam dicentem. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*. Vbi per vini locum generoſi, non ineptè amor, vel ipſius amoris delectatio intelligi poteſt. Legunt verò ex Hebræo alij. *Ordinatam me fecit habere charitatem*. Sed numquid in charitate, & dilectione poteſt inordinatio cadere? vtique cum quis diligeret proximum non in ordine ad Deum, ſed eius dilectio ſiſteret in proximo vt ſic. totum non referendo in Deum, qui tantum diligitur propter ſe ipſum. Quamobrem Deum propter eum, & eius cauſa proximum Diligamus, ne charitatis ordo peruertatur, ſed noſter ſpiritualis thalamus ad ſuſcipiendum Regem Regum bene decoretur, & hinc noſtri Demum traſmigratio ad Cælum feliciter fiat. F

PARA-

Digitized by Google

PARAPHRASES, ET MORALES CONSIDERATIONES

In huius feſtiuitatis Euangelium.

In illo tempore. Dixit Ieſus Petro, ſequere me, &c. Ioann. c. 21. g.

A QVIS iure quidem inquirere poſſet id quo tempore factum fuerit, Euangelio dicente in illo tempore. Reſpondetur autem id Petro iuſſum à Domino fuiſſe, cum de illius amore in ipſum Dominum, & de eiuſdem charitate in proximum ageretur. *Petre, Amas me? Paſce oues meas.* (Ibidem.) Similiter & cum de Petri morte Ieſu Chriſti amore, per martyrium ei ab impijs inferendum, ideo & ibidem ſubiungitur à Domino. *Cum autem Senueris, alius te cinget, &c.* Sanè totum id ad indicandum, non eſſe martyrio cauſa fidei, & amore Ieſu Chriſti dignum, qui non ſequitur eum, præceptis illius obtemperando, & proximis benefaciendo. Siquidem quomodo quis bene poſſet in mortem dari duce pro aliquo, cum non ſub eius, ſed ſub alterius militaret, ac præliaretur vexillo? Hinc Dominus Deus populo, eum non ſequenti, & mandatis eius non obtemperanti dixit. *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.* (Pſal. 109.) Quibus profectò holocauſta intelligi dabantur. Quamquam Chriſtus Dominus in Cælum iam aſcendiſſet, ſancti attamen eius diſcipuli quæque mandata Dei, & iuſſa ſui optimi magiſtri enixè faciebant, nullatenus ab eis declinantes, ſed eum per obſeruationem mandatorum totis viribus ſequentes. Ideoque dignos pro Domino pati, & mori ſacrum dixit eloquium. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* (Act. c. 5. g.) Quapropter Chriſtus Dominus Petro ſui ſequelam intimauit,
B iuſſit, vt iure pro ſe paſſiones tolerare, & martyrium ſuſtinere poſſet.

O quam magna profectò ſequentium Dominum dignitas, & conditio! voci vocantis obtemperantes ſequuntur, à quo gratia, & gloria munerantur. Cum Principum, vel Eminentiſſimorum Cardinalium quis de Palatio egrediens, (Simile.) quadriga ſerico, & auro perornata, equiſque validis trahenda vehendus de more conſueto in Vrbe hunc, & illum nobilem virum familiarem, aulicum vel ſimilem dilectum annuendo vocat, vt ſecum in curru ſedeat. Omnes tunc inſpicientes magnum Principis, vel Eminentiſſimi ſtudium, gratiam, fauorē illi conuocato factum aſſerunt. A ſimili ſuo tamen nobiliori modo, dicatur. Rex Regum, & Dominus Dominantium Chriſtus in Crucis quadrigam iturus, ad ſe poſt ſe vocauit Petrum; ipſe verò ire, ſequi non renuit; qui & in ſimili curru ſedit, nimirum crucifixus fuit. Quid nobilius, quid excellentius, quid gratius ei contingere potuit? *Nil dulcius, quàm reſpicere in mandatis Domini: gloria magna eſt ſequi Dominum.* (Eccl. c. 13. d.) Et ecce Petrus à cunctis celebratus, in toto chriſtianorum Orbe Princeps Apoſtolorum exoratus, & in Cælis gloriæ ſtola decoratus, quoniam quo vocatus à Domino lubens, & celerrimè ſequutus.

Sequere me. Suauiſſimè allectatus, nulla violentia tractus Dominum vocantem ſequutus, miris fulget præmijs muneratus. Ex Naturalis hiſtoriæ ſcri-

Simile. ptoribus habetur. Panteram grande quadrupes animal eius eſſe conditionis, D
& naturę, vt horribilis facie cetera terreat animalia; verum halitus, & hinc in
de ſuauitatis odore mirè trahat ea. Et ecce Chriſtus Dominus non quidem
Pantera, ſed eius factor, vt Deus, impios rebelles perterrefaciens; pios verò
volentes, obſequentes, & vocationis ſuauitate, & miraculorum multitudi
ne poſt ſe trahendo mira iucunditate atque premiorum cumulatione auget.
Cant. c. 1. a. Cui propterea fidelis ſponſa. *Trahe me, ait, poſt te curremus in odorem vnguentorum
tuorum. Trahi petijt, vocata non recuſauit, magna voluntate poſt eum cu-
currit, allectata ſermone ſuaui, & dicente Domino, ſequi. Verùm quali,
quoue vnguentorum odore? Sanè ſignorum, & miraculorum manifeſtatio
ne. Sententia, & expoſitio eſt Sancti Patris noſtri Auguſtini occaſionaliter
in ſuis confeſſionum libris tutè aſſerentis, per odorem vnguentorum Chriſti
cognitionem accipi miraculorum, quę ipſius virtute fiunt. Ad quę infideles
quoque currant per conuerſionem. Sic quippe aſſerebat loquens de miracu
lis à ſe viſis, dum adhuc Manichæus eſſet, ad Reliquias Sanctorum Martyrũ.
Diu. Auguſt. lib. 9. Conf. c. 7. *Et tamen*, inquiebat, *tunc cum ita fragraret odor miraculorum tuorum non currebamus poſt
te. Attamen poſt cucurrit velociter, Chriſtum Dominum ſequutus, ei obſe-
quens factus, gratia ditatus, atque demum æterna gloria donatus.

Qui prætendit, & vult ſequi Dominum, debet omnia inania hæc, & impe-
dientia deſerere poſt ſe ipſum, à Domini ſequela reuocare tentantia, & ante
omnia diuinis obtemperare mandatis. In memoriam reuocetur illud primi E
Regum ſexto. Vbi diffusè narratur de vaccis paluſtrũ, ſuper quod Arca Domi
ni, deducentibus, quę quamuis fetę, vitulis poſt eas mugientibus, tamen nõ
reuertebantur, & nullam in partem aliam vertentes, in directum pergere cer
1. Reg. c. 6 d nebantur ad cum, Bethſames appellatum. *Ibant autem in directum vaccę per viã,
*quę ducit ad Bethſames, & itinere vno gradiebantur pergentes, & mugientes, & non declinabant
neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Ita ſe habere debent, qui Dominum propriã
in ſalutem ſequi contendunt, aures non præbere quærentibus reuocare à Do
mini ſequela; ſed quibuſque datis, in via obuiantibus poſitis terga vertentes,
poſt Dominum currere vocantem, manuſque dantem. Quem locum reuo-
cando ad propoſitum Diuus Gregorius ſuorum ſeptimo Moralium ait. *Beth-
D. Greg lib. 7. c. 14 *ſames Domus ſolis dicitur. Cum Arca ergo Domini Bethſames pergere, eſt cum ſuperna ſcientia
*ad æternę lucis habitaculum propinquare, ſed tunc verè Bethſames tendimus, cum per viam recti
tudinis gradientes ad vicinis erroris latera nec pro affectu pignorum declinamus. O ſacer Beth
ſames, ò lux cæleſtis domus ſerena illumina nos in via, ſurſum trahe nos poſt
Dominum, vt facti pro eo hoſtię in terris eodem perfruamur in Cælis.

Rogent affines, noſtras in aures clamitent mundi delitię, ſenſualitates, al-
liciat orbis totus, tentet, fremat Diabolus, nos cunctis renunciemus, vt ſe-
quamur Dominum, & optimum faciamus ad ſalutem profectum. Cui mire
Idem homil. 37. in Euãg. quidem facit quod idem Sanctus Pater alibi occaſione optima dixit hoc. *Quid
*vaccę, niſi fideles quoſque in Eccleſia deſignant, qui dum ſacri eloquij præcepta conſiderant, F
*quaſi ſuper impoſitam ſibi arcam Domini portant? de quibus hoc etiam eſt notandum, quod fuiſſe
*feta memorantur. Qui ſunt plerique, qui in via Dei intrinſecus poſiti foris carnalibus affectibus
ligantur, ſed non declinant à recto itinere, qui Arcam Domini portant in mente. Petrus ita ſe
geſſit ſuper ſe Arcam Domini, mandata ſui optimi magiſtri ſumpſit, obſer-
uatione portauit, Dominum ſic ſequens, ad Bethſames locum, ad lucis æter
nę montem glorioſus peruenit. Dixit Dominus Petro, vt ſequeretur, ne in
tenebris ambulans dilaberetur. Chriſtus Dominus ipſe myſticus Bethſames,
ſolis, ſeu lucis domus, adiutorij lumina ferens, & faciens, non terga verten-
tibus donat. Cuius ſymbolum eſſe poſſet puer intortitium deferens accenſũ,
Iulius Camillus de Monte Sancto. cum dicterio. *Dat aſtra ſequenti*. Licet ab Auctore de viro virtute prædito fa-
ctum. cum Petro ſequamur nos Dominum, vera lumina dantem, ne per te-
nebras ambulando comprehendamur Dæmonis laqueo. Oportet autem
peccatorum ſarcina leuari, vt poſſimus cum quocumque ierit, ſequi.

Attendatur, quæſo, euangelicum quoddam hoc admirandum. Offeren-
tibus ſe nonnullis, velle ſequi Dominum, vni eorum ait idem Dominus, vt ſe-
queretur, qui mox petijt, vt ſibi concederetur prius ire ad ſepeliendum patrẽ
ſuum hac vita functum, cui quodnam conceſſum, audiatur apud Euangeliſtã
Matt. c. 8. c. Matthæum. *Alius autem ex diſcipulis eius*, ait, *illi*. *Domine permitte mihi primum ire, &
ſepelire

Digitized by Google

A *ſepelire patrem meum: Ieſus autem ait illi, Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.* O bone Ieſu, ô pijſſime Domine, tantè pietatis opus proprium erga patrem mortuum nato denegare? Id potuit eſſe ad tui ſequellam impedimentum? At id bene conſiderandum, vt de medio tollatur omne dubium. Ille petijt primum aliò ire, licet ad bonum opus; ſed ſequi, & mox Domino optemperare melius. Non denegatur pietatis opus, ſed ſequi Dominum intimatur, committitur prius. Conſideratio, & expoſitio in illum Euangelij locum Diui Petri Chryſologi eſt dicentis. *Numquid ſic Chriſtus negat vltimum pietatis obſequium? vetat extremum munus parentibus, quod debetur? Non pietatis obſequium negat, ſed diuinam præpoſuit humanis affectibus ſeruitutem. Audite quid diſcipulus dixerit. Permitte mihi primum ire, & ſepelire patrem meum. Hoc et non primum eſſe debuit, ſed ſecundum. Terrenus pater Cæleſti poſt ponendus eſt Patri.* Nec etiam Petro denegatum fuit Socru ſuę neceſſaria ſubminiſtrare febribus laboranti, ſed primum iubetur ſequi Dominum. Diu Petr. Chriſol Rauenn. ſer. 10.

Sequere me. Nimirum per tolerantiam paſſionum, & ſubeundo martyrium. Qui vtique ſic ſecutus, imitatus, poſt hæc magna mercede muneratus. Nobilium virorum quis deuotionis, ſeu etiam voti cauſa ad domum noſtrę Dominę Lauretanam pergere, eique quid offerre decernens, ad ſecum ire nonnullos inuitat amicos, qui ſumpto perigrinationis baculo, ſiue haſta, ad humeroſque palliolo ex corio ad pluuię reſiſtendum confecto imitantes ſequuntur præeuntem. Qui mox perueniens ad ſuę deuotionis locum humiliter Simile.
B preces cum lacrymis fundit, & voto ad altare Beatiſſimę Virginis Deiparę oblato, lætus cum ſuis ad propria reuertitur; patriamque ingreſſus, ſolemne conuiuium illis magna cum lætitia diſcumbentibus facit. A ſimili, ſuo tamē modo, dicatur, Chriſtus Dominus ad Caluarię locum, ad ſui oblationem ſuper Crucis lignum pro totius generis humani reparatione iturus, poſt ſe Didiſcipulos imitatores vocauit, non illos ad orbem redimendum, ſed ſponte imitantes ad probra, & martyria tolerandum. Quod pariter ſucceſſoribus intimatum, & ſuaſum fecit, dicens. *Siquis vult venire poſt me, abneget ſemet ipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Secutos martyres, diſcipulos, & omnes eius iuſtos, ad propria reuertens, vnde venerat, facit diſcumbere, nimirum in cęleſtibus, & æternę conuiuium beatitudinis copioſe faciens miniſtrat eis. Quorum Princeps Petrus, qui à Domino poſt ſe vocatus, eumque ſecutus, imitatus totis viribus, triumphat in cælis coronatus. Matt c. 16. d. Marc c. 8. d.

Sequere me, Per morum imitationem, & crucis paſſionem. Huius verò rei typus, & figura belle fuit illud, quod iudicum ſeptimo legitur. Cum Gedeon validus Iudaici populi Dux, & Domini ſeruus fidelis eiuſdem iuſſu aduerſus Madianitas eſſet pugnaturus, victoriamque ſe conſequuturum ſperans, mandauit omnes ſuos milites in lagenis, nempe vaſculis terreis abſcondere lampades, ſeu faces; media verò nocte fractis laguniculis, apparentibus flammis, Gloſſ Moral.
C voce valida conclamare. Quo ad vnguem peracto, victores feliciter euaſere. Verum iure notandum, prius Gedeonem id feciſſe, & hoc idem eis ſic faciendum ideo intimaſſe. *Quòd videritis, ait, me facere, hoc facite.* Nullum ſit abſurdum, & ſi dicamus flamma in laguncula ſignificari ſui ipſius, proprięque fragilitatis cognitionem. Fractis autem terreis vaſculis, carnis mortificationem, ſiue fractionem per diſciplinas, paſſioneſque illatas: vocis demum clamore cordis gemitum, & oris ſupplicationem ad Dominum. Sic, ſic vincitur, profligaturque Madianitarum, nempe Demonum turba. Id prius Chriſtus Dominus fecit, & nos inde per imitationem ſequi iuſſit, nimirum per huiuſmodi paſſionum viam, vt perueniatur ad Reſurrectionis gloriam. O nos ter, quaterque felices, ſi boni erimus imitatores eius. Iud. c. 7 e.

Sequere me. Similia prout ſupra Abimelech geſſiſſe legitur. Volens enim milles Domini, & Capitaneus populi conpræhendere quoſdam hoſtes, ad locum valde munitum confugientes de arboribus in Selmon Monte ramum præcidit, ſuis militibus dicens, vt ſequentes id facto, ad victoriam conſequendam imitarentur omnino. *Quod me, ait, videritis facere, cito facitè.* Enixè ſui ducis iuſſa fecerunt, & cum eo victores euaſerunt; ſuccenſis enim ramis flamma, & fumo, periere hoſtes in loco. Sic, ſic noſtri quoque fugantur inimici, crucis ramum dum portamus, charitatis ignem dum habemus, & fumum Iud. c. 7. f.

deuotę orationis dum extollimus. Ita Chriſtus Dominus præceſſit, ita ſequi A
ſuos iuſſit & nos eum præuiribus ſequamur cum Petro, vt paritèr gloriemur cum eo. Non enim eſt, quòd doleamus, nam prius dato Dominus exemplo de ſe ipſo iuſſit, inde ſic faciendum ſuo à fideli populo. Qua de re Sanctus
D. Auguſt in Pſal. 63 v. 2. Pater Auguſtinus. *Parum ergo*, inquit, *erat Dominum hortari martyres verbo, niſi firmaret exemplo*. Audiuimus factum, ſuſcipiamus, immitemur exemplum. Chriſtus pro nobis paſſus, & nos amore eius probra, irriſiones, flagella ſuſtineamus. Iuſſis cuius obtemperauit Petrus, & ecce glorioſus cum eo exultat ſine fine in Cælo.

Conuerſus Petrus, &c. Nempe retrorſum poſt ſe, ſui memor ſequentis condiſcipuli, ſic benè ſecutus Dominum, nedum per tolerantiam paſſionum; verùm etiam per incendium charitatis in proximum. Quod maximopere in nobis videre delectatur Deus, qui anteaquam à nobis exoretur ad ſuccurrendum, ad adiuuandum, ipſe prior conuertitur, & quidem retrorſum, nam nos poſt eum. Dormiebat in templo puer Samuel, cui Dominus, eum excitan-
1. Reg. cap. 3. b. do, ait. *Samuel, Samuel.* O ſanctiſſime Deus, cur puerum excitas quieſcentem poſt templi ſeruitium, & laborem? Nonne vſque mane congruebat expectare? Reſpondet ex modernioribus Doctor Theologus, quoniam ipſe Dominus eſt ſollicitus, quærens, cui ſuccurrat; ſtudium, & honorem præbeat, & plerumque anteaquam exoretur, ipſe præuenit, vt elargiatur. Cum Chriſtus Dominus Hierico ambularet, virum, nomine Zacchæum excelſo ſuper arbo E
Luc. c. 19. a. re ſtantem intuens, mox ait illi. *Zachæe feſtinans deſcende, quia hodię in domo tua oportet me manere*. O Ieſu benedicte, noſtrarum animarum ſponſe, quòd tu in illius domum introire dignareris, id tua benignitas magna, & pietas efficiebat, ſed quis te prò eo adiuuando exorauit? quis te pro illius domus ſalute facienda efflagitauit? nullus propemodum; ſed ipſe Deus intuebatur cor eius deſiderio flagrans tranſeuntis Domini iuſſis obtemperari. De qua re Sanctus Am-
D. Amb lib 8. in Lucam. broſius ait. *Sed tamen, & ſi nondum vocem inuitantis audierat, iam viderat affectum.* Qua bonus ſententia cælebratur affectus. Benè quidem, at cur tanta iubere ſollicitudine, quę poterat ſic deſcendentem facere præcipitem? ſed qui ſic iubebat, à præcipitio deſcendentem omninò præſeruabat.

Vti verò tanta celeritate voluit, quoniam ipſe nedum ad adiuuandum præuenit, ſed quia & amoris cauſa quodammodo retardare nequibat. Sponte Dominus quæritat cui præueniendo adiutorium, & ſolamen afferat. Id minime ignorauit, qui Pſaltes Domino Deo dixit. *Deus meus miſericordia eius præueniet*
Pſal. 58. 1. Reg. cap. 16 Roberti Bell. in Pſal. *me.* Et quis ei id aſſeruit? vndę, quomodo id certitudinaliter agnouit? experientia ipſa, quando nec talia cogitando à Samuele Domini Dei iuſſu vocatus in Regem Iſraelitici populi vnctus fuerat: quando prædictus Gholiath Gygantē inuictus vicerat, & ſimilibus alijs occaſionibus. Iterumq; idem Regius Vates
Pſal. 20. Domino. *Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis.* Num alię non dulcedinis benedictiones? eſt dicendi modus. Proinde ſi dixiſſet, in benedictionibus citò, D
& inopinatè conceſſis, quò enim minus petitę, minus expectatę, eo quippe dulciores gratię, ac fauores eſſe ſolent. Quos frequenter Deus ita impertire conſueſcit. Vnde Angelus ille ad Domini ſepulchrum mulieribus dixit: *Sur-*
Marc. c. 16 b *rexit non eſt hic, ecce locus, vbi poſuerunt eum. Sed ite dicite diſcipulis eius, & Petro, quia præcedet vos in Galilea.* Quod ille Angelus fuerit eas conſolatus, tranſeat, benè id ſe habuit: Sed cur præcedere ſuos; non ne ſuffecerat eodem tempore cū illis eſſe? ibi eis mox apparere? eſt quòque dicendi modus belle, vt indicetur anteire Dominum ex magna voluntate ad adiuuandum, & ſolamen afferendū; licet quandoque non expetentibus. Quod præſtat ſua benignitate Deus quod & Petrus bene fuit imitatus, cum de Ioanne nihil poſtulante, curā ſollicite geſſit.

Quem diligebat Ieſus. O quam magnę dignitatis conditio, & ſigulare priuilegium, nuncupari, & eſſe diſcipulum à Ieſu Chriſto inter cæteros dilectum!
Iuſt Hiſt Quint. Cur. Plutar. Diodor. Pro omnibus eiuſdem laudibus ſat eſt hoc vnum adducere in medium. *Diſcipulus Domini dilectus.* Apud hiſtoricos de Magno Macedone Alexandro fertur, qui adeo ægretulit mortem Epheſtionis dilectiſſimi amici, vt in magni mœroris multa, & ferè incredibilia fecerit. Sibi capillos tondi (quod Antiquitas conſueuerat actitare magnę afflictionis occaſione) ſuorum equorum crines
ſcindi

D ſcindi, templum Eſculapij medicinę Inuentoris euerti; medicum laqueo ſuſpendi, & in fruſta diuidi; ſuę maiora ciuitatis mænia proſtrari, & pro eo ſepulturę dando tumulum vſque tunc, nec inde ſimilem admiratione viſum conſtrui; ac oratores cunctorum celeberrimos ſua profeſſione multos ex vniuerſo regno pro celebrandis defuncti amici laudibus adduci voluit. Quorum primus ſuggeſtum conſcendens egregie dixit. Secundus valde melius ſe geſſit, & ſic de ſingulis oratoribus illis. Tandem eorum nouiſſimus ab ore dictu ri pendentibus cunctis, ait. *De dilecto numquam ſatis.* Ac tacens de ſuggeſto more deſcendit. Qui & melius, ampliuſque ceteris dixiſſe adiudicatus fuit. Quod noſtro propoſito plurimum facere videtur. De Sancto Ioanne Euangeliſta, & Apoſtolo Domini, qui ſupra pectus eius recubuit, cui reuelata fuere ſecreta cæleſtia, qui tot, tantaque fecit in gentium conuerſione, miranda enarrare nimis prolixum foret, & nulla ſufficeret lingua. Quare hoc vnum cetera omnia complectens concludentes dicamus. *Quem diligebat Ieſus.* Quoniam de dilecto, ac optimo ab integerrimo magiſtro, numquam ſatis.

Quem diligebat Ieſus. Narrante Zephirino ſcriptore. Quidam Regum apud Antiquitatem famoſiorum equitum, & bellatorum certamen ordinauit ſolemne, iuxtaque ſingulorum, ac ſe gerentium gradatim merita in concertatione ipſa propoſuit, darique iuſſit huic torquem auream, illi palatium, iſti prædia, alteri nummorum millia, alij dignitatem, regimen magnum, & dominium, atque id genus diuerſa multa, & magna. Demum pro fortiſſimo, ac validiſſimo eorum pugnatore, victore propoſit, atque impertiri fecit coronam auream, intelligendo talem poſt ſe, atque ſecum regnaturum, & imperaturum. *Triumphatorem faciam, ac mihi parem.* O quam pulchrè facit hoc propoſito noſtro. Valeat tamen, & accommodetur quantum fieri poteſt, ac debet. — *Zepherinus Script.* — B

Dominus noſter Ieſus Chriſtus omnium Regum ſummus cætum Apoſtolorum, ac Diſcipulorum elegit, fecit ad gentes debellandas, ad veram fidem conuertendas. Quibus egregiè militantibus, legitimè certantibus, opus Domini facientibus præmia, mercedem, ſtipendia ſtatuit, impertiuit præſertim in Cælo magna. Et hac etiam in vita Petro totius Eccleſię ſuę regimen poſt ſe commendauit. At Ioanni Euangeliſtę ſuo ſingulariter dilecto victori validiſſimo quid? Quid? Coronam auream, Cælorum Reginam, ac mundi totius Dominam Sanctiſſimam Matrem ſuam Virginem Mariam. *Valde honorandus eſt Beatus Ioannes, qui ſupra pectus Domini in Cena recubuit. Cui Chriſtus in Cruce Matrē Virginem Virgini commendauit. Cum vidiſſet ergo Ieſus Matrem, & Diſcipulum ſtantem, quē diligebat, dicit Matri ſuę. Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit Diſcipulo. Ecce Mater tua. Et ex illa hora accepit eam Diſcipulus in ſuam.* Hoc ſufficiat pro millibus laudum generibus de dilecto, quem Euangeliſtam Ioannem diligebat Ieſus, magiſter optimus, amator caſtiſſimus. — *Reſponſ. 1. in eius feſto. Ioan. c. 19. e.*

C *Quem diligebat Ieſus.* Magna quippe prærogatiua, vt vir ille ita ſingulari à Chriſto Domino magiſtro optimo diligeretur amore. Sed quare, dicet quis, vnde ſic? Domini gratia effecit, qui & ita ſibi complacuit. Attamen non prætereatur etiam iuxta humanum intelligendi modum, quòd ſimilitudo eſt cauſa amoris. Ioannes autem nedum Virgo erat, ſed & præcipuo amore Chriſtum Dominum proſequebatur, atque Dominus ipſum. *Diligebat autem eum Ieſus, quoniam ſpecialis prærogatiua caſtitatis ampliori dilectionę fecerat dignum.* Scio vtique Diuinum amorem non ſupponere in creatura, bene amor noſter ſupponit cauſam, vnde, & cur diligat. Qua de re Diuus Leo Papa ſerm. de Ieiunio. *Cauſa autem*, inquit, *reparationis noſtrę non eſt, niſi miſericordia Dei, quem non diligeremus, niſi prius nos ipſe diligeret, & tenebras ignorantię noſtrę ſuę veritatis luce diſcuteret.* Memorię verò reuocetur quoque illud Magdalenę. De qua Dominus apud Lucam ait. *Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Non inquit, quia dedit multum, vel fecit multum, ſed dilexit multū. Menſura, & pondus operis, ac bonę voluntatis eſt amor. Summa recepiſti beneficia, nec habes vnde reddas grates debitas, ama, dilige, ora, & ſatis facis, immo, & maiora recipiendi te dignum tuo modo efficis. Amor amore compenſatur. Prior Dominus dilexit, vocauit Ioānem, qui totis viribus amoris vices reddebat Domino, vnde moralis aliqua ſimilitudo, & dilectionis auctio. — *Reſpon. 1 in eius feſto.* — *D. Leo Pap. ſerm. 1 de Ieiun.* — *Luc. c. 6. a.*

Id non

Id non ignorans, ſed optime tenens Diuinus ille Vates Pſalmigerus dixit in D
Pſal. 115. terrogans, & reſpondens. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Et quamuis ibi iuxta verſorem noſtrum pro calice intelligatur paſſio, legente nihilominus Chaldæo Paraphraſte.
Chald. Paraph. *Calicem Redemptionis.* Quæ ſola dilectione, & miſericordia Domini facta fuit, prout ſupra ex Sancti Leonis ſententia. Eſt ac ſi dixiſſet Pſalmiſta. Calicem dilectionis Domini ſuſcipiam, & eum præ viribus diligã. Et iterum idẽ
Pſal. 22. Vates de ipſo, ac de calice ſuo inquit. *Calix meus inebrians quàm præclarus eſt.* Vere præclarus, inebrians ipſe amor, quo ductus amator verus pro re dilecta cõtemnit, dat, quæ habet vniuerſa, ſeipſumque in mortem libentiſſime tradit pro ipſa. Ita peregit Chriſtus Dominus, quem Sancti Martyres imitati, tormenta quæque, ac neces ſubiere. Ita Sanctus Ioannes, quem diligebat Ieſus à quo & ipſe diligebatur magiſter optimus.

O quam magna vis ſancti amoris, vere quidem inexplicabilis. Vnus actus veri amoris noſtri erga Deum elicitus maior eſt, validior eſt, quam omnes Sanctorum interceſſiones, quoniam huiuſmodi amoris actui merces de condigno debetur, illis verò de congruo. Quod bellè quidem comprobatur illa Sancti Pauli Apoſtoli ſententia ad Thimotheum. *In reliquo,* ait, *repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus Iudex, non ſolùm mihi, ſed & his, qui diligunt aduentum eius.* Vbi illa ſingulariter verba iure notanda. Corona iuſtitiæ, quam reddet Dominus eius aduentum diligentibus. En de iuſtitia de redditione, ac de dilectione fit mentio. Quoniam diligentibus Deum de condigno talis merces datur. Cui loco pulchrè facit illud Canticorum ſponſæ dicentis. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.* O anima fidelis & deuota, vnde ſecura petis exornari floribus, & ſtipari malis? Quia pro dilecto meo amore langueo. Et hæc cauſa potiſſima petitionis factæ. Vbi expoſitorum nonnulli per flores intelligunt gaudiũ accidentale; per fructus verò, ſeu mala intelligunt gaudium eſſentiale. Dilige, dilige Deum, & pete, quia amori vero, ſancto merces huiuſmodi debetur, datur à Deo. Magnus Ioannes Euangeliſta diligebatur à Domino Ieſu, diligebat eum corde toto, & iam triunphat coronis glorioſis redimitus in Cælo, vtroque gaudio exultans perpetuò.

2. Epiſt. ad Thimot. cap. 4. b.

E

Cantic. cap. 2. b.

Vidit illum diſcipulum, quem, &c. Sed numquid alios non vidit ſequentes condiſcipulos? vidiſſe vtique piè credendum; attamen præcipuè illum vidiſſe dicitur, tum quoniam ex ſingulari dilectione Domini magis factus inſignis, & conſpicibilis forte videbatur; tum etiam quia proximior in via Petro Dominum ſequebatur. Mirandum profectò, quod cum ipſe Omnipotens ſit vniuerſorum Dominus & plaſmator eorum Deus in eloquio tamen diuino illemet de ſe dicat. *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Iacob.* Sanè quidem quoniam eos præcipuo diligebat amore, ideoque cunctis admirandos, exemplis ſecutos, fama celebres. *Dilexi Iacob; Eſau, autem odio habui.* Et ecce in hominũ F
occulis mirè quidem acceptus, applauſu Iacob ſuſceptus; Eſau verò contra, quoniam ille Domino Deo dilectus, iſte autem minimè. Attendamus experientiã nos ita benè docentẽ. Si quis Sũmo Pontifici noſtro, ſimiliter & Imperatori, vel Regum alicui gratus, & dilectus præceteris reperitur, hunc omnes vnice admirantur, exceptis inuidis, diligunt, exorant, eiuſque voluntati certatim morem gerunt. Sic ſuo, & quidem maiori modo, qui dilectus eſt Deo attenditur admirandus, colendus in populo, quoniam talem efficit eum Domini ſui dilectio. Qua de re fortaſſis intelligitur illud Vatis Pſalmigeri dicentis. *Rex virtutum dilecti, dilecti.* Mirandus quippe modus dicendi, & quid vult ſibi? eſt ſanè, ac ſi dixiſſet. Dominus Deus eſt Rex virtutum, & dilectorum ſuorum hominum, huius videlicet, & illius dilecti ſui. At nonne eſt omniũ, vti ſupradictum? Maximè quidem; ſed dilectorum ſuorum præcipuè vult ſe Deum nominari, & eſſe.

Exod. c. 3. d.

Malach. cap. 1. a.

Simile.

Pſal. 67.

Optimè ſic profectò. At cur inter Domini virtutes reponuntur, vel eis copulantur viri à Deo dilecti? ſanè id non dicam eſſe ſine aliqua ſaltem morali ratione hac. Quaſque Regis virtutes ſuis effectibus manifeſtas populi admirantur, diligunt, & imitantur. Sic, ſic dilectus ſuperni Regis ab omnibus exceptis quibuſque malignis, & iniquis, attenditur, diligitur, imitatione ſuſcipitur,

A pitur, ideoque quaſi inter eius virtutes admiratione conſpectas, reponitur, ſeu eis copulatur; effectus enim hic diuini Amoris eſt. Diuina id aſſerente ſcriptura de Sancto Moyſe. *Dilectus*, ait, *Deo, & hominibus Moyſes. Cuius memoria in benedictione eſt, &c.* Quare inſpicitur admiratione? Diligitur à populo? benedicitur ab eo? Quoniam dilectus Deo. Quare tot miranda peregit Samuel Propheta, innouando Regni negotia, conſtituendo Rectores, deſignando Principes eo in Imperio, ſimiliaque verè cunctis admirandus faciendo? Quia dilectus Domino. Audiatur eadem Sacra Eccleſiaſtici Scriptura. *Dilectus à Domino Deo ſuo Samuel Propheta Domini renouauit Imperium, & vnxit Principes in gente ſua, in lege Domini congregationem iudicauit, &c.* Ex quibus intelligi datur, quod qui à Deo diligitur præceteris in populo admirandus inſpicitur. *Tamquam prodigium factus ſum multis.* Quam verò prodigia cum admiratione magna cunctis inſpicienda ſe offerant, neminem quippe latet. Iccirco Petrus inter alios condiſcipulos præcipuè Ioannem conuerſus vidiſſe dicitur, quoniam Ioannes Diſcipulus Domini, & ab eo dilectus nuncupabatur, propterea non mirum, & ſi conuerſus Petrus vidit eum. Eccl. c 45. a. Eccl. c 46. d. Pſal. 70.

Qui ſuper pectus Domini, &c. Anxius quæritabat cognoſcere quid de Domini paſſione, de proditoris temeritate de futura perſecutione, de altiſſimiſque myſterijs. Et ecce Dominus eum ad ſimilia intuendum eleuauit. In viarum aliqua magnę Ciuitatis ſpectacula fieri contingit, vel tranſire illac miranda multa, tum puer paruulus magno agitatur deſiderio intuendi, quę fiunt ibi; B ſed ad palatij, vel domus feneſtras minimè de ſe valet peruenire, quamobrē beneuolus ex familiaribus eleuat eum ſuper lapidem, vel ſcamnum, vel ad pectus ſuum, qui commodè proſpiciendo admiratur obſtupeſcens, ſuoque adiutori beneuolo gratias agit. Et viſa ſuo celebrare modo nequaquam obliuiſcitur. Magno flagrabat deſiderio Ioannes de rebus cognoſcendis tunc præſentibus, & futuris, de proditoris nomine, de dilectiſſimi magiſtri paſſione, atque de conſimilibus myſterijs. Ex ſe tamen nequibat, quamobrem ore, cordeque precabatur, vt ad tantam cælſitudinem aliqualiter inſpiciendam admitteretur. Et ecce Chriſtus ipſe Dominus ſuper ſeptrā angularē, ſupra pectus ſuum eleuauit, recumbere permiſit, vbi multa, quę in Cælorum, atque terrarum vijs fiebant, prout concupierat, inſpexit, *Dum anxiaretur cor meum, in petra exaltaſti me.* Petra autem erat Chriſtus, ſuper quem, ſiue ſuper pectus eius Ioannes recumbens, miranda tunc præſentia, atque futura contemplatus eſt, de quibus inde locutus, Chriſto Domino compatiens, & ad Crucem ſecutus. Simile. Pſal. 60.

Qui ſupra pectus Domini in cena recubuit. Magnum profectò Ioannis priuilegium vt ea in menſa caput ſupra Domini pectus reclinauerit, ſiuę dormiens, ſiuę miranda, & cæleſtia meditans. Sed quare, quomodo ei priuilegium tale? Attendatur, quæſo, moralis, & pia conſideratio. Quando alicui cor affligitur magnoque dolore præmitur, arte medica petiti remedia conſueſcunt adhi C bere tum interna, tum externa. Interna, vt potiones, comeſtiones aptas, & cordiales; externa verò, vt epitomata ſuaui, delectabili odore confecta, & id genus multa. Chriſti Domini cor pietoſiſſimum tunc ex perditione affligebatur plurimum, videns damnari proditorem Diſcipulum; quamobrem pro interna ſuauitate, & refrigerio adhibendo, ſumpſit Dominus ſacramentaliter ſuum corpus, ſanctiſſimum, diuiniſſimum Altaris Sacramentum, ſingulare triſtibus remedium. *Rex ſedet in menſa, turba cinctus duodena. ſe dat ſuis manibus, ſe cibat ipſe cibus.* Quo verò ad externum antidotum, ſuper pectus, ſuper cor ſuū voluit Dominus adhiberi poni pro epitomate ſingulari, mirabili, Ioannem dilectum Diſcipulum, vt verum amicum, quo ſic aliquod ſumeret refrigeriū, & in vita vſque ad Crucis mortem remaneret. *Amicus fidelis medicamentum vitę.* Non ideo mirum, & ſi ſuper pectus Dominicum recubuit tunc Ioannes, ad effectum talis vitæ, & conſolationis. Simile. Carmen. in canon. Eccl. c. 6. b.

Super pectus Domini, &c. Vbi, & ex quo multa, quę nobis in Euangelio loquitur, agnouiſſe, percepiſſeque piè credendum eſt. Quoddam à nonnullis inſturumentum adhibetur ad hauriendas in magna copia aquas, tranſmittendas de puteo, vel de fonte, alium in locum neceſſarias. Eſt illud ad ſimilitudinē tubi, ſed magni, prolixi, quo ſic copioſè alia implent vaſa, & hortos, campoque abundè rigantes fecundant. Fontem inhexauſtum, perhenem dicamus Simile.

Ieſum

Ieſum Chriſtum Dominum. Præfato verò inſtrumento ſimilē eſſe Ioannem. D
Hic poſitus capite ſuper Domini pectus, hauſit, cognouit, percepitque ſa-
pientię, ac reuelationis diuinę aquas, quas in Euangelij vaſis, in Eccleſię, &
hortus copioſè, ſuauiſſimè effudit. de quo ipſa Sancta canit Eccleſia. *Flueta*
Antiph. ad Laud. matut illius feſti *Euangelij de ipſo ſacro dominici, pectoris fonte potauit*. Quod attendens Sanctus Petrus
D. Petr. Damiani Damianus ait. *Super fontem perhennem glorię recubuit*. Quid autem illinc exhauri-
ens theſaurum nobis impertiendum eduxit? Reſpondit Sanctus Pater Angu
ſtinus. *Quod in ſecreto bibit, id in manifeſto eructauit*. Verum quid? Quid protulit
D. Auguſt. illinc publicè nobis? audiamus ipſummet Ioannem bonum hoc eructantem.
In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, &c. Sic im-
Ioann. c. 1. pertiens nobis per totum Euangelium, quod ſcripſerat, quas percepit ex il-
lo fonte diuino ſpirituales aquas. ad ſalutarē fidelium potionem fideliter acce
damus, deuotè & nos exhauriamus de effuſis Euangelij aquis, vt ſpiritualiter
inebriemur, & cum ſalute feliciter ſaturemur.

Domine hic autem quid? Id non amore ſui, ſed ratione, & cauſa dilecti Ioannis
condiſcipuli. *Cum vellet Petrus Ioannem ſocium, & collegam ſic inquit*. Diuus Chry-
Diu. Chryſ. hom. 87. ſoſtomus hom. 87. Quam placet Deo, vt fidelis homo non ſui cauſa, ſed pro
ximi amore, charitateque moueatur, & ſollicitè conſurgat ad orandum, o-
perandum, & petendum pro eo, qui ſic peragit, quæque ſibi profutura cer-
tò arbitretur iuxta illud diuini Vatis Pſalmigeri dicentis. *Et erit tamquam lignum,*
quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum quod fructum ſuum dabit in tempore opportuno, & E
folium eius non defluet, & omnia quacumque faciet proſperabuntur. Verba ſane digna
conſideratione. Arbor fructifera, non ſibi, ſed alijs, præcipueque homini-
Simile. bus fructificat: ex fructibus non manducat, ſed alijs colligenda comedenda
conſeruat: humore ſuo modo è terra ſugit, ad ſuorum productionem pomo-
rum, non quidem pro ſe, ſed pro hominum ſubſtentatione. Sic, ſic debet
vir fidelis eſſe non ſua tantum cauſa operari, deprecari, ſed potius vtilitate
proximi. Huius quippe folium, virtus, meritum non deficiet, huic omnia
proſpere ſucceſſura ſic aſſeruit Propheta. Petrus pro Ioanne quodammodo
intercedens deprecatur, & ipſe Apoſtolorum Princeps à Domino conſtitui-
tur, in Cruceque exaltatur, & ab hominibus excolitur.

Hic dum in monre Tabor à Domino vocatus moraretur, glorioſę transfi-
gurationis allectatus, delectatus fulgore non pro ſe, ſed pro alijs manſiuncu-
las ibi faciendas petijt, dicens. *Domine bonum eſt nos hic eſſe, ſi vis faciamus hic tria ta-*
Matt. c. 17. a *bernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Elię vnum.* Et pro te, ò Petre non vis taberna
Marc c. 9. a. culum facere? non eſt quod pro me inquiram, ſufficit expetere aliorum pro
Luc. c. 9. d. commoditate. non enim dubito me recipiendum in vno tabernaculo comm
na:: pro alijs bonum exquirenti, operanti, redditur quoque conſimiliter ei.
Dionyſius Cartuſianus inquirit, cur Petrus non petierat faciendum etiam pro
Dion. Cart. ſe ibi tabernaculum, & præfatam reddit ipſe rationem: Non pro ſe, ideo &
hic Petrum deprecantem, ſed pro Ioanne apud Dominum exquirentem au- F
diuimus, quoniam optime tenebat, quòd ſic faciendum congruerat. *Nam*
cum id nimia charitate diceret Petrus, &c. Cum in cœnobio noſtro Eugubinę Ciui-
D. Chriſoſt hom. 87. in Ioann. tatis magiſter, licet indignus, Regēs reperiret, audiui illuc perueniſſe quan
dam Illuſtriſſimam Dominam à Demonibus oppreſſam, vt exorziſmis, & ora-
tionibus liberaretur in Eccleſia Sancti Vbaldi, verè malignis ſpiritibus for-
midoloſi. Quę dum ibi pro alijs liberandis exoraret, & cum lacrimis ad Altiſ
ſimum preces funderet, de repente nefarius ſpiritus erumpens, exclamauit.
En; hæc non pro ſua modo, ſed pro aliorum horum liberatione precatur. Et mox ipſa prior
Exempl. euaſit libera, vtique Domini gratia, & illius Sancti interceſſione valida. exau-
dit te Deus libentiſſime deprecantem nedū tua pro ſalute, ſed prius pro alio-
rum etiam exorantem. *Vt liberentur dilecti tui, Saluum fac dextera tua Deus, & exaudi*
Pſ. 60. & 117 *me*. Si quæris te exaudiri, & ſaluum, ò Pſaltes, fieri, cur prius addidiſti, vt li-
berentur dilecti Omnipotentis Dei? Quoniam oratio mea dirigitur prior ad
communem proximi vtilitatem; inde verò etiam fit ad ſalutem meam. Hac
de cauſa fortaſſe Petrus non pro ſe, ſed pro Ioanne auſus eſt explicitè Domi-
num interrogare.

Sic eum volo manere donec ven. Nempe ad ſuſcipiendam per mortem eius ani-
mam, dicens veni ſerue bone, veni dilecte mi, intra in gaudiū Domini tui. In
Arca

Digitized by Google

A Arca diluuij tempore clauſit Dominus Noe, dicens ei, prout non nefas eſt opinari, ſic mane, donec ego veniam ad te, ne egrediaris, nec timeas beſtiarum fremitus, & vlulatus, non enim te interiment, nec tibi nocere valebunt, ego pacificas reddam, & de illarum te feritate eripiam. Completo itaque ſtatuto dierum tempore, Dominus ait illi. *Egredere de Arca tu, &c.* A ſimili, poſuit idem Dominus Ioannem in huiuſmundi arca, & in illius corpore animam informantem, qui vir Sanctus odio habebatur ab impijs, perſecutionem patiebatur ab eis, velut eſſet inter belluarum multitudines. Voluit tamen Chriſtus Dominus eum ſic manere, non hinc martyrio decedere. Poſt hæc verò deſcendit ad educendum eum, eius videlicet animam de corpore, de medio leonum dirè ferocentium. De qua re ſic aſſerunt Gloſſę. *Specialiter enim Domino eum viſitante, placitam accepit carnis abſolutionem.* Nempe per mortem eius naturalem, non violentia martirij effectam, non negatur tamen eum martyria paſſum, ſed aſſertur ijs in martyrijs nequaquam mortuum, quoniam Dominus ſic voluit eum. Gen. c. 8. d. Interl. Ordin.

Sic eum volo manere, donec ven. Proinde, ac ſi dixiſſet Dominus, ô Petre, ſic eum volo manere, non quemadmodum te in Crucis martyrio, aut etiam alio hinc decedere: ſimiliter nolo eum occupari gubernatione Regnorum, ſed contemplationi magnę operam magis dare, & poſt hæc ad cæleſtia migrare. Ego veniam ad ipſum ſuſcipiendum, non in finem ſæculorum differendo ſed

B veniens cito. Talis diſcurſus, talis ſermo eſt Nicolai Lyrani dicentis in perſona Domini. *Nolo eum mori per martyrium, nec in hoc me ſequi, nec etiam volo eum ſequi me quantum ad Prælationis officium in regmine vniuerſalis Eccleſię tecum; ſed magis occupari volo quiete contemplationis, donec veniam, non ad iudicium in fine mundi, ſed ad vocandum eum ad gloriam Cæleſtem de ſtatu huius ſæculi.* Ex quo colligitur, quàm gratum eſſe Domino fideles ſuos cæleſtium, & diuinorum meditationi, hoc in tempore operam nauare. Et ex conſequenti plurimum diſplicere ei, cum eos quis remouet ab opere contemplationis. Cui belle facit illud Canticorum. *Adiuro vos filię Hieruſalem, &c. Si inueneritis dilectum* [illegible] *neque euigilare faciatis eam, quo ad vſque illa velit.* Sic, ſic Dominus Ioannem hic manere voluit, & poſt hæc ad ſe ſumpſit, inter cæleſtes choros, inter Ciues ſupernos feliciter, & glorioſè collocauit. Lyran. Ordin. Cant. c. 2. b.

Quid ad te. Petrus charitate, dilectione in condiſcipulum locutus fuit de illo ad Dominum, attamen ex Dominica reſponſione curioſitatis condemnādę occaſio perhibetur. *His verbis nos erudiens, neque dolendum, neque curioſius præter diuinam voluntatem inueſtigandum.* Cum Magdalena poſt Domini Reſurrectionē illum quæritaret, neſciens rediuiuum, ſed ſublatum adhuc mortuū arbitrans, in ſimilitudine hortolani ab ea ille reperiri dignatus. Illa verò ex eius loquela, aſpectuque forte magiſtrum eſſe agnoſcens, mox eum tangere, eiuſque pedes deoſculari tentauit. Cui Dominus. *Noli me tangere.* O mi Ieſu dulciſſi- Diu Chryſ. vbi ſupra. Luc. c. 20. d.

C me, cur non vis, quòd illa rediuiuum te tangat, quę tibi viuenti pedes ſanctiſſimè oſculis appetere conſueuerat? Quoniam modo hæc quamdam curioſitatem indicat, ſat ſit ei me videre, & loquentem audire. Cui & in perſona Domini Diuus Bernardus ait. *Aſſueſce verbo, aſſueſce auditui.* Cui quoque propoſito de curioſitatis vitio non parum facit, quod in vitis Patrum legitur. Cuidam Sancto Eremitę in deſerto datus, & plurimum commendatus fuit iuuenis cupidus Religionis, vt ſub illius magiſtri diſciplina morum probitatē edoceretur. Cui vna dierum Sanctus Pater inter Duas patinas auiculam viuam abſconditam dedit, dicens. In cellulam deferas, ſed caue, ne aperias. Ille petens, curioſeque ſcire appetens, in via aperuit, & ales mox euolauit. Qua re congnita, dictū iuueni ab Eremita fuit. Reuertere ad propria, nimis enī curioſus inueniris, pro noſtra Eremitarum ſocietate non facis. Vade in pace. D. Bernar. Exempl.

Tu me ſequere. Quod Petrus inuiolabili, immutabili curſu obſeruare decreuit, prout rei euentus belle factum declarauit, cui quidem propoſito facit illud eiuſdem Apoſtoli. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.* O beatiſſime Pater, quid ais? Fideliſſime ſcimus pro cunctis paſſum, & mortuum eſſe Dominum; ſed inquis ipſum relinquentem nobis exemplum eius veſtigia ſequendi, at nonne reliquit etiam ſic tibi? Maxime, ſed Sanctus Apoſtolus optime dixit, vobis, quandoquidem de facto ipſe 1. Epiſt Petri. c. 2. d.

ſequebatur Dominum. Iccircò non ſibi, ſed nobis relictum dixit exemplum. D Audiens Petrus Domini mandatum ſequendi eum, mox ſumpſit, & ſequi cœpit. Cui bene illa competerat impreſſa Heliotropium flos, quod Itali dicunt *Girasole*. Verſum ad ſolem ipſum cum inſcriptione. *Quocumque vertit*. Supple, ego quoque me verto. O quam dulce, ò quam iucundum eſt ſemper ſequi Dominum. Nil omnino nos ab eius ſequela præpedire deberet. Videns ipſe Dominus eos duos germanos, retia in mare mittentes, vt caperent piſces, Matt. c. 4. d. eos vocauit dicens. *Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum, at illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum*. O Chriſte mi Domine, cur eam piſcium capturam prius fieri non permiſiſti, & poſt hæc eos vocare, tuoſque facere Diſci- D. Chriſoſt. pulos? Reſdondet Diuus Chryſoſtomus, ſic factum id, vt intelligi detur, nullum debere eſſe impedimentum, omnia debere contemni ad ſequelam Domini.

Qui ſcripſit hæc. Ecce Ioannes huius Sancti Euangelij ſcriptor, cui & nomen appoſuit, illud ſe ſcripſiſſe dixit, ſane, vt acceptaretur, crederetuſque magis. Famoſi conſueſcunt Pictores, formoſis bene lineatis in tabella figuris, appo- Simile. nere ſuum ſub eis nomen ſcriptum. *N. N. pingebat*. Sanè vt nullus arrogere temere ſibi opus, & vt cognitum cuius habeatur, conſeruetur cautius. Sic ſuo perfectiori modo Ioannes feciſſe videtur. In paginę, vel tabellę albo ſcripſit hoc Euangelium, Ieſu Chriſti vitam, mortem, & reſurrectionem, inſtar Imaginis formoſę inſpiciendę, ſuſcipiendę, fideliſſimèque credendę; poſtea ſuo E ſubſcripſit ſe nomine, dilecti videlicet Diſcipuli. *Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimo-* Ioann. vbi ſupra. *nium perhibet de his, & ſcripſit hæc, & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium eius*. Hæc mentis acie fidelis intueamur, hæc oculis corporeis, & lingua perlegamus, hinc & obſeruanda, facienda dicamus, ſic noſtrum ſpiritualem Thalamum exornantes, vt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Regem Regum ſuſcipere mereamur.

Nonnulla de veritate dicenda, & ſcribenda conſiderantur.

PRÆFATÆ ſententię in Euangelio occaſione, nempe vera Ioannem dixiſſe, & verum perhibuiſſe teſtimonium, obiter conſideretur, veritatem eſſe dicendam, non occultandam, ſed bene cunctis coram, tū minoribus, tum maioribus aperiendam. Nihilominus tamen, vt plurimum ab hominibus timetur, dum illis ſe coram Regibus & Principibus dicendam offert. Veniat nobis, quæſo in memoriam illud diuini Eloquij in ſacra Danielis hiſtoria. Vocatus ipſe Daniel ad dandam interpretationem ſo- F mnio, quod per quietem vidit Nabuchodonoſor Rex, iuit, & audito ab ipſo Dan. c. 4. d. Rege ſomnio, interpretationem mox daturus. *Tunc cœpit*, ait textus, *intra metipſum tacitus cogitare quaſi vna hora, & cogitationes eius conturbabant eum*. Quorſum ita? Eoque minus timendum ei, & nulla conturbatio ipſum inuadere debebat, iam Ibidem. Rege ſuadente; bono animo eſſe, & ei dicente, *Somnium, & interpretatio eius non te conturbent*. Sed conſideretur, quod cum veritate in Regem mortis ſententiam laturus ex huiuſmodi interpretatione ſomnij erat. Quod pariter admirans, & locum optima occaſione gloſſans ait Theodoretus. *Quem non per-* Theod. *turbauit lacus Leonum, conturbabat ſententia in Regem ferenda*. Videte quam difficulter etiam quandoque à probis viris coram principibus, & in eos veritas dicatur fortaſſis ex eo quoniam furor, & impetus eorum non temperatur, ſed ideo à multis ſæpe timetur.

In eadem Danielis ſcriptura legitur de Balthaſare Chaldęorum Rege, qui cum feciſſet adduci in menſā ſui conuiuij aurea vaſa de templo Domini rapta & ijs conuiuę ora appoſuiſſent polluta, vidit digitos quaſi manus hominis ſe coram in pariete ſcribentis. *In eadem hora apparuerunt digiti quaſi manus hominis ſcri-* Dan. c. 5. b. *bentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulę Regis*. Scribebatur tunc ſententia contra ipſum Regem è Regno eijciendum, & interficiendum promulganda

Quod

Digitized by Google

A Quod ſanè contingit mox quando labijs impiorum pollutis vaſa Domini tem pio dicata fuere appoſita. Ad indicandum moraliter, quod aduerſus murmurantes, turpiter obloquentes de ſacris Domini vaſis, Sacerdotibus eius, ac templi miniſtris, furor Domini Dei ad puniendum excitatur. *Abſit vt de his quid quid ſiniſtrum loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes Chriſti corpus ſacro ore conficiunt.* Scripſit ita Diuus Hieronymus in Epiſtolis. Prout etiam apud Thomam Hibernicum. D. Hier. in quad. Epiſt.

Sed ſenſu alio licet quoquè morali quæritur, quare digiti quaſi manus, non manus ipſa etiam cum brachio ad ſcribendum facilius in muro? Nonnulli morales viri reſpondent, quoniam illud brachium, illa manus, oculis Tyranni Regis alicuius Iudæorum, vel Chaldæorum brachio, ac manus ſimilis eſſe videri potuiſſet; atque tunc in eos Rex ipſe nimio furore, ac indignatione cō motus ad puniendum fuiſſet, indignans ita ſibi veritatem, & ſuę tyrannidis malitiam, & punitionem in veritate manifeſtari, *Rex ille ſi potuiſſet, nimium furorem, & indignationis iram in talem oſtendiſſet.* Ita Diuus Cyprianus optima occaſione ait, id factum perpendens, & moralitatem hanc pro vniuerſis ſibi veritatem clarè dici renuentibus, ſed indignationem, & iram ideo magnam ex hoc indicantibus. D. Cypr.

Idcirco quandoque ſacrorum præconiorum nonnulli timentes ſibi vix vt audent talibus coram aperte veritatem dicere. Cui quidem loco, & in pro-
B poſito haud minus belle facit ille ſucceſſus Ionę, qui accepto in mandatis à Domino Deo, vt pergeret in Niniuem, quàm magnam Ciuitatem ad annunciandam cunctis ibi habitantibus ad Dominum Deum conuerſionem, vel omnimodam Ciuitatis euerſionem cum omnibus incredulis, & rebellibus ijs in ſpatio quadraginta dierum. Ipſe inquam, his auditis, à Domino iuſſis, contrarium iter mox per nauem in Tarſum arripuit. *Et ſurrexit Ionas, vt fugeret in Tharſis à facie Domini.* Et quorſum ita ò Domini Dei Propheta? cur non pergis ad munus exequendum quò te Dominus mittit? fortaſſis ille Propheta timebat hæc illorum Regi, ac proceribus eius annunciare breui futura. Qua de re Gloſſa Moralis ait. *Nam prædicator ex humana fragilitate declinat prædicando laborem, & vt vitet magnatorum maleuolentiam.* Videte quid faciat, quidue impediat, ne libere dicatur cunctis coram veritas, nimirum timor amittendi communem gratiam, & aliquid ſibi temporaneum mali in dies accidere ab eis, veritatem audire ſic apertè dictam ſibi nolentibus. Ioann c. 1. Gloſſ. Moral ex Theoph.

Attamen dicenda, verè operienda cunctis coram, in Domini Dei laudem, ipſius veritatis confirmationem, & audientium ſalutem. Atque vę occultantibus eam præcipuè ob temporalium rerum prætenſionem, vel humanum timorem. Cum Iſaias Propheta vidiſſet Dominum Deum ſuper ſolium eleuatum ſedentem, & Seraphin clamantes ad alterum. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum.* Tali valde delectatus viſione parum infra ibi ſubiunxit Iſai. c. 6.
C ipſemet Propheta dicens. *Vę mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum, &c.* Quid eſt hoc, quod ais, ò Propheta? Cur tacuiſti? Cum illis Angelis Sanctis tu quoque non clamaſti? Et non laudaſti nomen Domini? Multas afferunt Patrum gloſſę reſponſiones, & rationes; ſed in propoſito arrideat nobis illa, quam Gloſſa Interlinearis affert in ipſius Iſaię perſona? *Quia, inquit, Oziam, & alios liberè non reprehendi, ideo cum Angelis Deum laudare non mereor.* Ecce etiam quanti damni ſit tum in præſenti, tum in futuro, quibus competit tale onus, modo reticere, & palam veritatem non dicere eis coram, in quorum conſpectu dicenda expoſcitur. Hęc itaque dicatur, ne contra occultantes vertatur. Ibidem. Gloſſ. Interl. ex D. Hieron

Verè multum exprobrandum apud Deum, & indignū valde apud homines iuſtos, occultare veritatem propter quemcumque huius ſæculi timorem, ac rei cuiuſq; temporalis amiſſionem. Qua de re mira extat ſententia Diui Ambroſij ad Theodoſium Imperatorem ita ſcribentis. *Nihil in Sacerdote tam periculoſum apud Deum, tam turpe apud homines, quàm quàm ſentit veritatem libere non prædicat.* Non deſunt tamen qui contrafaciunt, & quam veritatem norunt fidelem abſcondunt, & occultant, ne aliqua inania, & huius delectabilia ſæculi amittant. In cuius quidem rei confirmationem audiamus Diuum Ioannem Chryſoſtomum ſic mire dicentem. *Talis enim eſt reuerſatus modius, & aſpiciens terram, & abſcondens verbum ſub ſe, quando propter aliquam cauſam terrenam non eſt auſus palam proloqui* D. Amb. in Epiſtol. ad Theod. Imper. Diu. Ioann. Chryſoſt. in homil.

Digitized by Google

veritatem fidei, aut iniurias carnales timens, aut mortem, aut damna, aut cetera, quę obruunt homines carnales, & verbum, quod crediderunt, libere non audeant profiteri. Verum ſatis hæc huiuſmodi de re modo, & obiter dicta, nam valde prolixius de veritate non occultanda, Deo concedente, adiuuante, dicturi ſumus alibi. D

Demum etiam compendioſè concludamus, Diuum Ioannem Euangeliſtam eſſe virtutibus, & priuilegijs ſingularibus mirandum, inuocandumque hinc præcipue, quoniam. *Hic eſt diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus.* Nobilis vtiq; vir Ioannes frater conſobrinus Domini, ſed nobilior valde magis, & Illuſtrior ob eius dilectionem erat, ſpectatę ſic effectus parentelę. Cum Raphael Angelus Tobię vetulo ſe ſe obtuliſſet, & promiſiſſet deducere, reducereque natum eius bona cum ſalute ad propria, Tobias cupiens ſcire genus, & parentelam eius, rogauit illum, vt ſibi id reuelare non dedignaretur. Cui Angelus. *Ego ſum Azarias Ananię magni filius.* Et Tobias reſpondit. *Ex magno genere es tu.* Sed num Angeli ortum ex hominibus habent? minimè, verùm ſic ille ſe aſſeruit, vt gloſſantur, de illorum videlicet progenie, ob dilectionem, qua eum Ananias, & ſui mirè proſequebantur. Modo ad propoſitum de ſumma profectò nobiliſſimorum progenie Ioannes, cum nedum Domini frater conſobrinus, ſed & ab eo præcipuè dilectus. Quem adhuc viuentem paſſibilem fecit ſuo modo Dominus diuinorum comprehenſorem, ò verè priuilegium mirabile! Diuus Paulus Apoſtolus de ſe ipſo ad Corinthios ſcribens, ait. *Quoniam raptus eſt in Paradiſum, & audiuit arcana verba, quę non licet homini loqui.* Quæ? E Cæleſtia, diuina. Sed enim de his quibus loqui competit? Sanctis Angelis, & Compræhenſoribus beatis; at Sanctus Ioannes de huiuſmodi viſis, & auditis mirè quidem locutus, quando intonuit, atque fideliſſimè ſic nos edocuit. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Cui, & Dominus reuelauit Cæleſtia ſecreta, quando ſuper pectus eius in cena recubuit.

Iob c. 5. d.

2. Corith. c. 12. a.

Ioan. c. 1. a.

Tandem ita conſideretur huius tanti viri dignitas, excellentia, ſanctitas, & Cæleſtis prærogatiua. Angeli quique boni, non ne omnes diuinorum comprehenſores? nonne omnes gratia firmati, & gloriam adepti? maximè. & Sanctus Ioannes cum adhuc viueret à beatiſſima Virgine Maria Ieſu Chriſti matre Immaculata nuncupatus fuit, licet in carne, Angelus. Quod non ignoro dictum ob imitationem vitę puriſſimę caſtiſſimę Angelorum; nihilominus plurimum tribuitur ei de vita, de conditione, de prærogatiuis Angelorum, enarrante beato Querrico Abbate. Ipſi beatiſſimę Virgini Marię prope ſuũ feliciſſimum tranſitum poſitę Angelus Gabriel apparens dixit, an ipſa vellet, vt vocaret ad eam breui ad Cæleſtia tranſituram legiones Sanctorum Angelorum occurrentes? cui mox illa. *Non, ait, eſt opus, ſed ſufficit virgo Angelus meus nouus in carne, diſcipulum dico, quem diligebat Ieſus.* O fideles, o deuoti huius tanti ſancti à Chriſto Domino mirè quidem dilecti, ad eum accedite humili prece, multaque deuotione rogantes, vt vos magiſtro, & glorificatori ſuo gratos, ab eoque exauditos efficiat. F

Beat. Quer. Abb. ſerm. de Aſſumpt. Virginis.

Quiſque cupiens à Principe voti compos fieri, ſe commendans ad eius magis dilectum, familiarem, priuilegijſque cumulatum accedit. *Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis, faciem eius ſuſcipiam, vt non vobis imputetur ſtultitia.* O ſanctiſſime Ioannes, Apoſtole, Euangeliſta, martyr, propheta, Virgo, Angele, ſumme Domino Deo dilecte, audi, audi noſtras deuotionis preces, & eas eidem tuis precibus, ac meritis qualificatas, exaudiendaſque offer, vt ipſe ſua magna pietate nos efficere dignetur tui quippe imitatores, puros, mites, caſtos, atque demum eius promiſſionibus dignos. Amen.

Simile.

Iob. c. 42. b.

Digitized by Google

DE DOMINICA CENA

IN MYSTICO, ET SPIRITVALI NOSTRO IPSIVS DOMINI THALAMO FACIENDA.

Siue de Sanctiſſima Euchariſtia ſumenda in Feſto Sanctiſſimi Natalis Domini, atque ceteris quoque diebus feſtis ſubſequentibus iuxta deuotionem Fidelium, & Eccleſiç Sanctç præceptum.

A VT illuc, vnde ſumpſimus exordium, denique calamum pie deuoluamus, arbitrandum, & conſiderandum eſt, in illiud cenaculum, vbi duo illi coniuges pij Prophetç Domini Eliſæo parauere, non ſemel atque bis in anno ſed frequentius ſanctum virum diuertiſſe. Vbi data occaſione, hyemali tempore, ignis ſuccendebatur & ſtrepitus profectò nullus, neque ſuper ſolario, fiebat, ne in terturbatio contigeret ſancto viro. Sicut olim in templi Dei conſtructione nullus ferramentorum ictus, nullus lapidum ictus, nec ſimilis ſtrepitus fuit auditus, ob debitam, & exhibitã Altiſſimo reuerentiam, ſic ſuo ſpirituali, & morali modo noſter pro Chriſto Domino Thalamus ſe habere debet, in quem non ſemel, bis, atque iterum, ſed frequenter diuertere eo in Sanctiſſimo Altaris ſacramento miſericors, & miſerator Dominus non dedignatur. In nobis igitur ignis ſanctç dilectionis ſemper ardeat, fugato feritatis hyeme, & nullus odij, atque quorumque delictorum ictus, iactus audiatur, vt veniat, ſuſcipiatur, & conquieſcat in nobis ſuo Thalamo ſpirituali Chriſtus Dominus noſter. Cui bellè dicenda competunt illa Pſalmigeri Vatis diuini verba. *In pace, in idipſum dormiam, & requieſcam*. Quis non ſe præparabit? Quis fidelium ſaluatorem expectatum deſideratum non ſic ſumet? Quis eius tanta non meditabitur myſteria? Noſmetipſos probemus, frequenter, pie, fideliter accedamus; tantum Regem Angelorum noſtro Thalamo ſuſcipiamus; quç affert miranda, ſalutaria diu contemplemur, vt Saluatoris commercio, & ſocietate digni per eius miſericordiam, inueniamur.

4. Reg. c. 4. b

3. Reg. cap. 6. a.

B

Pſal 4.

In Vrbe Roma per viam, quç noſtro ſermone Italico nuncupatur. *Del Pellegrino*. Aduenarum quis perambulans, vel prætteriens, hinc inde continuò intuetur aurificum officinas, vbi quamplurimos hic annulos aureos, ibi torques, hic gemmas, ibi monilia, hic imagines, ibi vaſa, & id genus fere innumera inſpiciens, gradum ſiſtit, admiratur, diuitias, theſauros appellat, Simile.

ſed

ſed præſertim in torquem auream oculos figit, & non recedit, quç in cauſtata eſt diſtinctionibus argenteis, adamantibus, gemmis, vnionibus, atque alijs conſimilibus pretioſis lapidis exornata, è medio eius pendente Carbunculo perlucido magno, per eorum manus artificium fabricata pro ſponſa imperatrice, vel Regina. In magna huius ſæculi Vrbe fideli, Eccleſia videlicet Catholica effector omnium mirabilium Altiſſimus ſua pro ſponſa ſibi ſummè dilecta, Imperatrice, Regina, fideli anima, ſimul in vnum poſuit theſauros cæleſtes, diuinos, velut in torquem, auro, argento, & quibuſque pretioſitatibus ditiorem, ad pectus, in pectore ipſius ſponſç ſumendam, deferendam, nimirum hoc Altaris Sacramentum. *Murænulas aureas*, ait, *faciemus tibi vermiculatas argento*. Aurum adeſt Diuinitatis, & argentum humanitatis filij Dei ipſe Chriſtus gemma carbunculi, ſuo modo, in ornamento auri, & argenti. Septuaginta verò legunt, quos patrum multi ſequuntur, ita, *Faciemus tibi ſimilitudines auri, cum diſtinctionibus argenti*. Et bene ſimilitudines aiunt, quia ibi non aurum propriè, vel Argentum, ſed Dei verbum, caro factum, Deus filius perſonaliter, & etiam per eſſentialem concomitantiam Deus Pater, & Deus Spiritus Sanctus, inuicem ſuo modo diſtincti, & ab humanitate filij. Gradū his in vijs ſiſtamus, deuotè accedamus, piè meditemur, vt eo cæleſti, diuinoque theſauro ditari, & ipſū Deū noſtro ſpirituali hoſpitio ſuſcipere mereamur D

Cant. c. 1. c.

Eccl. c. 31. a. Septuag.

Verè quàm magna fidelium viatorum conditio, & dignitas, vt quem in patria fruendo intuentur Angeli ſancti, omneſque beati, hic ſumant, & manducent viatores, licet non reuelata facie. *Ecce panis Angelorum, factus panis viatorum, verè cibus filiorum, &c.* Quem illi glorioſi reuelata facie perpetuò contemplantur, fideles hic velut puſilli eo facie tamẽ ſic operta ſacramentaliter veſcuntur. Accedamus ad ipſum cum cordis fidelis ſimplicitate, cum vitę morum integritate; & nobis proderit ſic ſumentibus magis quàm infantibus dulcedo, & ſuauitas lactis ex vberibus dilectiſſimç matris. *Sicut modo geniti infantes rationabiles, & ſine dolo hoc concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem, ſi tamen guſtatis quàm dulcis eſt Dominus, &c.* Ita Diuus Petrus Apoſtolus ait. Quatenus menſa Beatorum in cæleſtibus non dicitur lac, ſed cibus; at pro nobis viatoribus, non vt illi, firmatis iure lac appellatur, eius dulcedine replendis velut infantibus tenellis. Qua de re Diuus Pater Auguſtinus inquit. *Oportebat illa menſa lacteſcere, & ſic ad infantulos tranſire*. Quis enim hominum viuentium hic videns in hoſtia illa conſecrata Dominum Ieſum Chriſtum facie reuelata poſſet conſumere, quinimmo & intueri? Nemo. *Non enim*, ait Deus, *videbit me homo, & viuet*. Crede, fidelis eſto, accede, ſume, gratuitè hic viues, vt glorioſè in cæleſtibus regnes. *Sicut ablactatus eſt ſuper matrẽ ſua, ita retributio in anima mea*. Ait Pſaltes de retributione ſuperna. Ablactatus autem non vlterius lacte, ſed cibo ſolidiori ſolet enutriri, ita & ſuo modo in Patria Beati. E

Sequent. in feſto ſanct. Sacra.

1. Petr. c. 2. a

D. Aug. in c. 6. Ioann.

Exo. c. 33. d

Pſal. 130.

Nos itaque in omni noſtra amaritudine, in magna huius ſeculi triſtitia, cuncta in aduerſitate, vitçque diſcrimine ad hanc admirabilem cæleſtem, ſed ſacramentalem dulcedinem curramus, ſumamus, & nobis fidelibus, confidentibus omnia dulceſcent, lacteſcent. In memoriam, quæſo, reuocetur illud quarti Regum memorabile. Cum quadam die multi Prophetarum filij eſſent in domo Eliſæi, ille iuſſit parari menſam eis; caſu autem contingit, vt in pulmentarij olla collectç amariſſime in hortulo herbulç ponerentur. Cū itaque guſtaſſent, omnes vno ore clamauerunt ad Sanctum Dei virum Prophetam Eliſæum, eſſe mortem in olla, ob nimiam amaritudinem. Qui confeſtim poſuit eo in vaſculo farinulç pugillum, & mox omnis in dulcedinem amaritudo conuerſa eſt, ita vt omnes tutè ſuauiterque ex eo veſcerentur. *Cumque guſtaſſent de coctione exclamauerunt dicentes: Mors in olla, vir Dei. At ille, affer te, inquit farinam. Cumque tuliſſet, miſit in ollam, & non fuit amplius quicquam amaritudinis*. O dilectiſſimi Ieſu Chriſti fideles, attendite miſterium allegoricum. Ecce, ecce candida farinula, panis azimus in Chriſti Domini verum corpus ſanctiſſimum tranſubſtantiatus, vos quandoque cum mente lugubri, in magna triſtitia moramini, in vitç diſcrimine, in vehementi quàm magna tribulatione verſamini, ideo accedite ad ſuauiſſimam hanc menſam, ad ſacramentalem hunc cibum, quo ſumpto cum fideli pietate, replebimini omni dulcedine ſpirituali. *O bone Ieſu, da, vt anima mea te eſuriat panem Angelorum, refectionem anima-* F

4. Reg. c. 4. g

D. Bona. in oration. præparat. ad Sanctiſſ. hoc ſacram.

rum

Digitized by Google

A *rum ſanctorum, panem noſtrum quotidianum, ſuper ſubſtantialem, habentem omnem dulcedinem, & ſaporem, & omne delectamentum ſuauitatis.* Ita deuotè clamabat Sanctus Bonauentura in orationibus ſuis.

Vno ore fateamur fideliter, & impauidè hoc diuiniſſimum Sacramentum eſſe diuinę dilectionis, & pietatis nos erga indicatiuum, & viuum ſummi amoris ſimulacrum. Liceat, quæſo, mihi modo quoddam huc referre, quod apud Mytologos, & Poetas parrim etiam hiſtoricè fertur. Aſſerunt Penelopem à Patre Icaro filio Oebali Regis Laconiorum datam in vxorem magno Vliſſi Græco Laertis filio, qui ab ipſo genitore ſuo nonnullos poſt annos ad ſe vocatus ſocero Icaro ait, optare ſecū ducere vxorē ſuam Penelopem. Cui formoſę iuueni dederunt optionē, an vellet cū ſponſo ire, vel in patris domo remanere. Quę vllo abſque reſponſo mox faciem ſuam candido operuit palliolo. Ac ſi dixiſſet rubor meus meam aperit, reuelat voluntatem, nimirum me appetere cum coniuge meo ire. Tum Vliſſes vxoris ſimulacrum fieri iuſſit, ſimilique cum ſudariolo candido ad faciem eius. Quod in Icari domo remanſit, hoc cum titulo. *Simulacrum amoris.* Quem illa, & patri, & ſponſo dilectiſſimo bellè indicauit, cum quo, & perrexit. Franc Alun. Fabr. mundi. nu. 18. Nat. l com. mytho. l. 9.

Verum his dimiſſis, quæ ſunt foris, nos omni veritate fideli dicamus. Principium ſummus, omnipotentis Dei filius ſponſam ſibi aſciuit naturam humanam, & noptię fuerunt factę in vtero virginali, quando verbum caro factum B eſt. Stetitque in domo ſoceri ſui, vt ſic dicamus, generis humani triginta tribus annis, poſt verò reuerſurus ad Patrem ſuum omnipotentem, vt illuc etiā introduceret eam, & nos hic eadem non priuaret, quod enim ſemel aſſumpſit, numquam dimiſit, mirabilem adinuenit inuentionem. Vnde Iſaias ait. *Notas facite in populis adinuentiones eius.* Ad Patrem iuit ſecum, quam aſſumpſerat, naturā detulit, & cum eadem hic nobiſcum remanſit etiam in ſanctiſſimo Altaris Sacramento ſub illis candidis azimi panis velaminibus conſecrati. *Et ecce,* ait, *vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Quamobrem omni iure ibi poteſt apponi hoc dicterium, non quidem ſimulacrum, ſed Sacramentum amoris, & pietatis. Vnde nos omni humilitate maiori, fideli clamemus. *O Sacramentum pietatis, ò ſignum vnitatis, ò vinculum charitatis.* Ita illud appellat, & inuocat Diuus Pater Auguſtinus in Sancti Ioannis Euangelium. Iſai. c. 12. b. Matt. c. 28. d. D. Aug. in c. 26 Ioan.

Omnium ſuauiſſimas, & pretioſiſſimas dapum nobis Altiſſimus præparauit, cæleſtes videlicet, & diuinas, iiſque nobis fideliter, libenter veſcendum iuſſit, iuxta magnitudinem ſuę Altitudinis immenſę. Hinc Pſaltes noſter iure notandum ait. *Impij in circuitu ambulant, ſecundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.* Cuius quidem ſententię iuxta communem, ſenſus ſecundum literę ſonum eſt. Quod quantumuis hominum quamplurimi per gyrum de peccato in peccatum commigrent, attamen pius, miſericors Dominus, iuxta ſuę miſerationis magnitudinem, & maieſtatis altitudinem, non impedit eorum C generationem, ſed auget multitudinem, & vocat, & adiuuat ad pænitentiam ſalutarem. Aut etiam ſic exponi poteſt. Quemadmodum ſeculi huius Principes, quo maiores, eo numeroſam magis familiam famulorum, & aulicorū habere iure optimo profitentur. Sic ſuo modo Altiſſimum, & omnium Regem ſummum decebat multiplicare ſibi ſeruulos, & aulicos in terris, atque in Cælis, ideo ibi Angelos, hic autem homines illuc tranſmittendos. Et quia ex his pauci ſaluantur, propterea adhuc multiplicantur, donec numerus famulorum eius compleatur, ſecundum tanti altitudinem Domini. Pſal. 11. Simile.

Verum propoſito noſtro magis quippe facit verſio, ſeu lectura Genebrardi ſic habentis. *Secundum altitudinem tuam, epulatio filijs hominum, vel præparaſti, & inſtituiſti epulas filijs hominum.* Mira quidem lectura, conſideratione omni maiori digna. Principes hoc in ſeculo quo maiores eo communiter menſas lautiores, cibos ſuauiores ſibi velle parari ſolent, quibus cum Seniores eorum cognati, parentes, conſanguinei, atque interdum amici, familiares, domeſtici, & cari comedere conſueſcunt. Quemadmodum & de illo Rege Tyranno Nabuchodonoſore legitur. Qui & pueris grandiuſculis ſuis, atque nobilioribus, qui ſe coram ad ſeruiendum ſtarent, dandum etiam iuſſit cibos, de quibus illemet veſcebatur, & vinum, quo & ipſe ſimiliter potabatur. *Et conſtituit eis Rex annonam per ſingulos dies de cibis ſuis, & de vino vnde bibebat ipſe.* Id fieri Verſ. Genebr. Dan. c. 1. a.

noui iuſſit

iuſſit ſecundum altitudinis ſuę magnitudinem. At nos noſtro nobiliſſimo, & D
vlla ſine comparatione, modo, de hoc ineffabili cibo, & eius inſtitutore, da
tore dicamus. Ecce ſummus Regum Deus, ipſe Chriſtus benedictus, qui iu-
xta magnitudinem, & altitudinem potentię, ac miſericordię ſuę cibum, &
potum non vulgarem, ſed Angelorum cæleſtem, diuinum ſuis fidelibus, Chri
ſticolis inſtituit, parauit, & dedit ſumendumque iuſſit.

Sequen in Feſto ſanct. Sacram.

Ecce panis Angelorum,
Factus cibus viatorum;
Verè panis filiorum,
Non mittendus canibus.

Sed quid dico Angelorum, & Dei filiorum? Addo etiam eſſe ipſiuſmet ſũmi Regis Chriſti. Vnde verſus, prout apud Diuum Thomam, aſſerentem, ſeipſum communicaſſe Chriſtum Dominum, quando ſuis ſe dedit Diſcipulis ſacramentaliter comedendum.

Diu. Thom. in ſuppl q. 8 a. 1.

Rex ſedet in menſa
Turba cinctus duodena,
Se dat ſuis manibus,
Se cibat ipſe cibus.

O quam magna eſt fidelium eius dignitas, & miranda conditio, vt ſecundũ altitudinem præparantis, inſtituentis, de tanto illius cibo Angelico; diuinoque ſaturentur! Quibus præclare intelligi datur, cibum hunc ſacramentalẽ E non eſſe belluarum, non ætate infantium, ſed robuſtorum, & grandium annonam, conuiuium, cenam. Prout ſibi audiuit cælitus dici Sanctus Pater Auguſtinus, ſuę conuerſionis tempore. *Cibus*, ait, *ſum grandium. creſce, & manducabis me, nec tu me mutabis in te, ſicut cibum carnis tuę, ſed tu mutaberis in m.* Si quis verò inquireret, quare panis Angelorum dicatur, cum Angeli, quoniam incorporei, minimè veſcantur? Reſpondet Diuus Thomas Angelicus Doctor ex eo ſic dici, quia ei vniuntur Angeli fruitione charitatis perfectę, & viſione manifeſta, quem panem ſic expectant videre fideles in patria, qui Chriſtũ ipſum modò ſumunt eo in ſanctiſſimo Altaris Sacramento. Ex præfata itaq; Sancti Patris Auguſtini ſententia nos tria ſeligamus modo conſideranda. Primo, quod cibus iſte ſacramentalis eſt grandium, & Altiſſimi domeſticorum; ſecundo, quod qui eo veſci præſumit, creſcere in bonis ſpiritualibus debet: tertio demum, quod tunc non eſt dimittendus, ſed piè, frequenter, deuotè ſumendus, allaturus ſic benè ſumentibus mirabiles, & ſalutares effectus.

D. Auguſt. lib. 7 confeſſ. c. 10.

Diu. Thom 3. p. q. 80. a. 1. o. & ad p.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo. O effectum prorſus admirandum! O Ieſu Chriſti fideles, & pij vos omnes, quid excellentius, quam in Chriſto Domino manere, & ipſum in nobis eſſe? Verùm quis dicet, id quomodo? Sanè quoniam ipſe perſonaliter, ſacramentaliter in nobis ſic communicantibus manet, ſalutem afferendo; & nos per gratiam eius in eo. Sed iam ad primum ſupra notatum do uoluamus mentem, & calamum.

Ioann. c. 6 a

F

Non

A

Non infidelinm, ſed fidelium, non ætate infantium, ſed grandium cibus eſt iſte noſter ſacramentalis.

MAGNVS Rex Salomon magnum, & ſolemnè conuiuium domeſticis omnibus ſuis fecit, ſimul cum oblatione hoſtiarum, quando Dominum Deum ſibi per ſomnium cognouerat loquutum. Dicente ſcriptura. *Igitur euigilauit Salomon, & intellexit, quod eſſet ſomnium: cumque veniſſet Hieruſalem, ſtetit coram Arca fœderis Domini, & obtulit holocauſta, & fecit victimas pacificas, & grande conuiuium famulis ſuis.* Quo quidem conuiuio nõ nefas eſt præſignatum fuiſſe hoc noſtrum ſacramentale ex ijs, quę illud præceſſerunt conditionibus. Viſio nocturna, ſiue Domini ſermo Salomoni per ſomnium: eius inde Ieruſalem ingreſſio, & victimarum pacificarum oblatio: demum famulis ſuis, non puerulis, non extraneis conuiuium. Quę, vel ſimilia ſuo modo morali, maiori debent noſtram ſanctiſſimę Euchariſtię ſumptionem præcedere. Eleuatio mentis in Deum, ad ipſum alloquendum, & exorandum, qui tunc ipſe nobiſcum loquitur. Ingreſſus Ieruſalem, quę dicta eſt pacis viſio, quoniam cum pace, & inimicorum dilectione neceſſum eſt hoc ad conuiuium accedere, quod erit victimas pacificas facere. Hoſtia hic prius immolatur, quia Chriſtus ipſe antequam à nobis ſacramentaliter ſumatur, ſuper altare Deo Patri à Sacerdote per hoſtię conſecrationem offertur. Demum verò ſequitur, vt ad conuiuium hoc ſummum introducuntur Regis filij, famuli, ſcilicet Chriſtiani. Non quidem inimici, infideles, increduli, verè quidem minimi in conſpectu Domini Dei. Nec pueruli, vſu rationis carentes, & quid ſumant ignorantes. 3. Reg. cap. 3 c.

B

Cibus eſt grandium, non infantium, neque extraneorum, nempe non credentium quamuis horum multi ſint diuites, & magni. Philo Hebræus conſiderat quòd à mundi origine Dominus Deus anteaquam faceret hominem, nempe maſculum, & feminam, prius alia omnia creauit, & perbellè quamdam rationem Doctor illemet hanc ſubiungit, dicens. *Quoniam prius conuiuium parauerat.* Illi verò homines duo, domeſtici, & familiares Domini Dei erant; non infideles, non pueruli, ſed fideles, ac ætate prouecta facti. Et ecce Chriſtus Dominus anteaquam ad generis humani recreationem, ac reparationẽ per ſuam paſſionem, & mortem properando accederet, conuiuium hominibus ſuis fidelibus, non infidelibus, grandibus, non minuſculis: ætate debita exiſtentibus fecit de ſe ipſo, de corpore, & ſanguine ſuo, ſacramentaliter ſumendo, porrigenſque famulis ſuis, diſcipulis ſuis, ait. *Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem.* Notanterque conſiderandum, Abraham ob natum ſibi Iſaac filium feciſſe domeſticis, & cognatis ſuis grande conuiuium, ſed prius vt puer ablactaretur, expectauit. *Creuit igitur puer, & ablactatus eſt: fecitque Abraham grande conuiuium, &c.* Quod autem eo noſtrum hoc ſacramentale conuiuium denotaretur, nullum eſt abſurdum, quo infantes non veſcuntur. Ad quod non extranei, ſed domeſtici ipſius Domini, nimirum Chriſticolę tantum introducuntur ſumendum. Quiquidem iure grandes, & aucti propriè nuncupantur. Philo. Hebr.

C Luc. c. 26. b. Gen. c. 21. c

Mirandum ſanè in modum, quod in huius ſanctiſſimi Sacramenti feſtiuitate legitur, & ab Eccleſia ſancta concinitur, quod, & nos alibi conſiderauimus *Pinguis*, ait, *eſt panis Chriſti, & præbebit delitias Regibus.* Bonè Deus, ergo & alijs hominibus, Regna non habentibus ſpiritualis tanti ſacramentalis conuiuij delitiarum, ac prætioſitatum fructio non conceditur, cum non omnes poſſint eſſe in ſæculo Reges, & ceteris dominantes? Iccircò dicendum neceſſariò, per Reges ibi, fideles, & adultos intelligi, vſu fidelis rationis debitè vti ſcientes, & Reges propriè etiam ſecundum nomenclaturę ethimologiam dicendos, qui ſe ipſos, & alios bene noſcunt regere, & gubernare. Infideles verò 2. Antiph. ad Laud. Matut.

Digitized by Google

cum de foris ſint, quamuis magni potentia ſæculi, diademateque aureo coronati, Regnis aucti, impropriè Reges creduntur eſſe dicendi, nam ab Agno Dei immaculato omnis poteſtas, & imperium, velut à ſummo Rege Regum quo ſine homines credantur impropriè ceteris imperare. D

Hinc Sanctus Euangeliſta Ioannes ſua in Apocalypſi aſſeruit à ſe viſos ſeniores multos coronas è capitibus ſuis deponentes, & ante thronum Dei ſtatuentes. *Adorabant*, ait, *viuentem in ſæcula ſæculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronū dicentis, &c.* Sanè, vt ab eo dignitates iure cunctas propriè prouenjendas indicarent. Quod autem puerulis minime nomen Regis benè competat, audiatur Salomon hac de re dicens. *Vę tibi terra, cuius Rex puer eſt.* Nam cum regere neſciat, ſeipſum, & ſubditos benè dirigere propemodum ignorat. Eſt quiſque (iuxta Platonem) velut quædam Ciuitas, vel Reſpublica, cuius Senatus vel Rex, intellectus: cuius populi potentię. Puer verò vti ratione neſcit, ideo male ſe regit. Ad hoc autem noſtrum ſacramentale conuiuium accedentes debent optimè ſuas quaſque potentias dirigere, & ſenſus omnes comprimere ſe ipſos in ſancta fide, ac deuotione captiuare, quod non capiunt infideles, quod peragere ignorant infantes. Ideo dicitur eſſe cibus grandium, & Sancta canit Eccleſia, panem hunc noſtrum cæleſtem diuinum, delitias eſſe Regibus daturum.

Apocal. cap. 4. d.

Eccl. c. 10. c.

Plat. lib. de Republ.

Grandium eſt cibus iſte grandis, & ſummus. Grandes Hiſpanię appellantur, qui eo coram Rege magno, eius conceſſione, ac iuſſu operto capite manent audientes ſibi ab eo dici. *Couros*. Qui nec pueruli, nec Regis rebelles neque hoſtes ſunt; ſed vere viri nobiles, Regni proceres, vel egregij milites, militumque Duces, fidiſſimi tantę Maieſtatis homines, & hi capite operti loquuntur ei, humiliter obtemperantes, & Regis imperata enixe facientes. Sic & nos noſtro fideli, & pio modo dicamus. Grandes noſtrę pietatis Chriſtianę ſunt homines pij, fideles, diuinis mandatis obedientes; non pueruli, huius neceſſarię ratiocinationis non compotes. Accedant ergo ſic præſignati, velut grandes, & capite operti. Verum, dicetis, quo velamine? Non quidem lineo, laneo, ſerico, nec ſimili alio, ſed innocentię, puritatis, & lætitię ſpiritualis pallio. Hinc, & apud Iſaiam dicitur. *Nunc qui redempti à Domino reuertentur, & venient in Syon laudantes, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum, &c.* Huiuſmodi verò ſpiritualis lætitię non ſunt pueruli adhuc bene capaces; & infideles omninò expertes, terga vertentes Domino Deo, & ab hoc tanto expellendi conuiuio; quamobrem nec iſti, nec illi debent accedere ad hanc menſam Domini. Propheta verò dixit reuerſuros in Syon, quod ſpeculum interpretatur, & in ſanctiſſimo Altaris Sacramento adeſt Dei filius, Patris omnipotentis verbum, ſine macula ſpeculum. Accedant ergo lætantes, laudantes, qui ſic ſunt grandes, operti lætitia ſpirituali in conſpectu Domini. E

Simile.

Iſai. c. 41. d.

Sapient. cap. 7. d.

Formoſam, conſiderationeque dignam ſcripſit Sanctus Apoſtolus hanc de ipſo ad Corinthios ſententiam. *Cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus: quando autem factus ſum vir, euacuaui, quę erant paruuli.* Pueris puerilia, nuces, poma, luſorum inſtrumenta exhibentur: viris verò factis, benèque ratiocinantibus, quid audiant, quidue percipiant ſcientibus, magna communicantur ſecreta, comittuntur negotia. Summis autem ex ſecretis Domini, & myſterijs fidei vnum eſt hoc ſacroſanctum conuiuium. Sed attendendum, quo vſus eſt dicendi modo Sanctus Paulus. *Quando autem factus ſum vir, euacui, quę erant paruuli.* Et cur non ait, quando factus fui vir? elapſo etiam in tempore? num vir non erat, quando Eccleſiam Dei perſecutione infeſtabat? ita eſt. Increduli namque ante Deum minimè robuſti, neque grandes viri ſunt; ſimiliter & qui ætate minuſculi, vſu rationis neſcientes vti, minime dicuntur corporaliter robuſti, atque grandes viri. Conuiuium autem hoc ſacramentale noſtrum dicitur eſſe grandium, & robuſtorum, infidelitatem, & quamcumque in fide dubitationem bene fugere, ac validè ſuperare ſcientium. *Et venient populi multi, & gentes robuſtę ad quærendum Dominum exercituum in Ieruſalem, & ad deprecandam faciem Domini.* Sed quomodo ſimul hæc duo, Ieruſalem dicta pacis viſio, & Deus exercituum? Illa ſiquidem affert iucunditatem, exercitus verò incutit timorem. Benè quidem conueniunt, quoniam ſumunt boni, & ſumunt mali, ſorte inæquali, bonis erit viſio pacis; F

1. Corinth. 13. c.

Zach. c. 8. d.

malis

A malis autem incutiet timorem, affert damnum, & perditionem.

Huc quoque venit illud Canticorum tertio, vbi de cæleſti dilecto, atque de illius lectulo ita fidelis ſponſa: *En lectulum, ait, Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael: omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi, vnuſquiſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.* Cant. c 3. d. Quòd autem bellè dici poſſit lectulus myſtici Salomonis, Altare, vbi ſacra menſa Domini, vbi Rex ipſe Regũm ſacramentaliter iacet, manet, nullum nefas eſt. Hunc itaque lectulum, hoc altare debent circuire, ad hoc accedere, ſumpturi ex eo diuiniſſimo Sacramento fortes fide, robuſti virtute, docti pietate, omneſque tenere gladios propriæ mortificationis, & neceſſariæ caſtigationis ſuper ſenſus ſuos, ſuper carnem ſuam, ad curioſitatem damnandam (vt alias nos diximus ex Gloſſis, & Patribus) ad tollendos timores nocturnos, & ad fugiendos Dæmones, nos ad patranda mala excitantes, ne repleamur ſpirituali dulcedine, ne donemur fidei merito, neue coronemur gratiæ, & gloriæ præmio. Nau. 5. pręcepto Eccleſiæ. Propterea increduli, & pueruli prohibentur hoc ad ſanctiſſimum Sacramentum admitti. D. Thom 4. ſent. d. 5. Ex fidelibus parentibus orti, licet pueruli, Eccleſias ingrediuntur, de myſterijs fidei, de Sacramentis Eccleſiæ, de præceptis Domini inſtruuntur, at non ſtatim de hoc Angel de Euch 5. 11. Angelico cibo, niſi ad præſignatum diſcretionis tempus veſcuntur.

In cuius quippe rei typum, atque figuram extitiſſe creditur, quod Exodi decimo legitur, nimirum de Agno Paſchali aſſo, ſic ab eis iuſſu Domini comedendo. *Caput cum pedibus eius, & inteſtinis vorabitis nec remanebit quicquam ex eo vſque*
B *mane. Siquid reſiduum fuerit, igne comburetis. Sic autem commedetis illum. Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinantes.* Exodi. cap. 12. b. An autem ad eam ſolemnitatem, & menſam ſingularem introducti fuerint pueri, ea omnia iuſſa facturi, & de Agno manducaturi, eodem, quo viri grandes modo, ſcriptura nullam ibi mentionem habet. De qua re dubium inſurgere poſſet, nam puerulis minimè competunt eę illo in conuiuio iuſſę conditiones, & obſeruandę ad vnguem ceremonię, puta baculos tenere, feſtinanter comedere, caput, & pedes vocare, atque cetera ſimilia peragere. quamobrem nonnulli ſcite ratiocinantes dixere, introductos illuc fortè pueros, ſed eorum grandiuſculos ætate factos, vt ſic quemadmodum patres, & ſeniores cum iuſſis obſeruationibus cunctis comederent Agnum; alios verò valde minores, tenellos quoque admiſſos, verùm vt ceremonias paulatim ab ineunte ætate obſeruandas edocerentur. Sic nos noſtro fideli, ac pio modo dicamus, in Eccleſias Domini, ad Altare huius ſanctiſſimi Sacramenralis conuiuij introducuntur etiã pueruli, non quidẽ ad communicandum, ſed ad audiendum miſſę ſacrificium, & vt hæc ſacroſancta myſteria, Eccleſięque ceremonias, chriſtianam pietatem, & deuotionem citò à parentibus doceantur.

Dixit verò Dominus ibi vorandum eſſe illius Agni caput, & pedes, quoniã hic ſumitur Chriſtus Deus, & homo, caput autem Chriſti Deus, & per pedes
C poteſt intelligi humanitas eius, iuxta illud Dauidis in ipſius Chriſti Domini perſona. *In idumæã extendã calceamentũ meũ, mihi alienigenæ ſubditi ſunt.* Pſal. 59. Nimirũ humanitatem meam; propterea venerunt gentes, & ſponte ſe ſe mihi ſubiectas Lyran. Interl. fecere: Idumæa interpretatur rubra, qualis facta fuit Crux Chriſti, quando ſuper illam extendit ipſe humanitatem ſuam. Caput ergo cum pedibus Agni Dei hoc in conuiuio ſumitur, quoniam totus quippequi Chriſtus homo, & Deus manducatur. & ait, cum inteſtinis, quia cum omnibus diuinis attributis, & quibuſque neceſſario, & eſſentialiter concomitantibus. Item cum inteſtinis, nimirum ea, quę non videntur, ſed fideliſſime creduntur, puta ſub externo accidentium viſibilium velamine, ac ſub qualibet conſecratę hoſtię particula totus manens ſacramentaliter Chriſtus, à communicante ſumendus. Illius verò, quod ait, nihil remanendum, ſed totaliter vorandum, & ſi quid tamen remanſerit, id totum igni dandum, ſenſus noſtro in negotio eſſe poteſt, quod communicans optimè debet tenere, ſe tunc ſumere, nedum Chriſtum Deum, ſed & ipſummet hominem, qui non propterea duo ſed vnus tantum Chriſtus eſt. Et ſi quid ibi noſtra humanę mentis, licet fidelis debilitate capi nequit, totum id dimittendum omninò igni fidei ſanctę, & pietatis Diuinę: Renibus accinctis denotatur puritas mentis, & corporis: pedibus calceatis, ſenſus bene compræſſi, & affectus: baculos tenere, eſt valde corpus

caſtigare. Demum feſtinanter comedendum nempe non curioſe, nequa quam inquirere, quomodo, & quare poteſt hoc, & illud ſtare. D

Sequnt. in feſto Sanct. Sacr.

Quod non capis, quod non vides,
Animoſa firmat fides
Præter rerum ordinem.
Sub diuerſis ſpeciebus,
Signis tantum, & non rebus
Latent res eximię:
Caro cibus, ſanguis potus,
Manet tamen Chriſtus totus
Sub vtraque ſpecie.
A ſumente non conciſus,
Non confractus, non diuiſus,
Integer accipitur:

Iure quidem grandium cibus iſte dicitur, quoniam magno Domino, magna debetur habitatio. At quis ſicut Dominus Deus noſter? cui habitationem perhibemus, noſmet facimus, dum Sanctiſſimam Euchariſtiam, in nobis ſumimus. Mirandum profectò quod apud Iſaiam à Domino dictum legi-
Iſai. c. 51. 17 mus hoc. *Poſui, ait, verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meę protexi te, vt plantes Cælos, & fundes terram.* Sed nonne tantum Domini Dei omnipotentis, Cęlos plantare, & terram fundare? maxime ſic abſolute. Verùm iuxta moralem ſenſum attendatur reſponſio. Quantumuis Deus ſuis modis vbique locorum ſit; attamen per anthonomaſiam, & manifeſtationem glorioſam, Cælum eius habi-
Pſal. 101. tatio dicitur. *Dominus in Cælo parauit ſedem ſuam, & hæc dicit Dominus. Cælum ſedes mea,*
Iſai. c. 66. a. *terra autem ſcabellum pedum meorum.* Quamobrem, qui ſuſcipiunt Dominum hoc in Sanctiſſimo Altaris Sacramento, dominica fiunt habitatio. & velut tot grandes cæli iure poſſunt dici. Itaque qui cooperantur hominum fidelitati, E pietati, ac douotioni, vt dignè mereantur ſic communicare, ſic cælos ſuo modo in terra efficere, & plantare dicuntur. Cui propoſito, atque morali
Cald. Paraph expoſitioni benè facit Chaldæus Paraphraſtes, ſic vertens. *Vt plantes Cælos in terra.* Diuinę tantùm potentię vtique dicimus eſſe entia creare; at qui cooperatur humanę ſaluti, quaſi efficitur os Domini, iubentis hoc, & illud bo-
Ierem cap. 16. d. num fieri. *Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris.* Dixit ipſe Dominus Ieremię. Eſto tu talis, ò religioſe vir, vt homines bene diſponantur, vt fiant Cæli ſpirituales habitationes Dei per ſeparationem eſſentię pretioſę, fidelis ſcilicet animę à peccati vilitate. & Cæli euadant per ſumptionem ſanctiſſimi huius ſacramenti, & eris tu quoque quaſi os Domini.

Verùm aduertamus cibum hunc ſacroſanctum eſſe grandium non quidem neceſſariò corporis mole, ſed debita ætate, atque ſpirituali, & morali bonitate. Cæli ſunt puri, expertes, peregrinę impreſſionis circum terram voluuntur, numquam terrę miſcentur, his in inferioribus lumine, ac motu influunt,
Simile. & ... nullam deſcendunt corruptionem. Tales debent eſſe grandes, magni, ob integritatem ſpherici, à Domino in ipſummet Dominum Deum reuerſi; expertes huius ſæculi inanitatum; horrentes turpitudinem corruptionum, homines Chriſtum Dominum ſuo in hoſpitio, thalamo ſpirituali myſtico recepturi. Et hi erunt benè ornati moralitèr Cæli, habitatio Domini. Vlteriuſq; conſiderandũ, in cælis planetas ſignaq; Zodiaci, obliqui circuli eſſe duodecim, in quę ſuo tempore ingrediens, ſeu per ea tranſiens ſol iuxta eorum conditiones, ſeu proprietates bonas, vel malas ſalubres, vel è contra, effe- F ctus producere dicitur. Puta per Taurum, Geminum, Cancrum, Leonem,
Ptholome. in ſuo Quad. Virginem, Libram, & alia. O Cæli grandes Chriſti Domini morales, myſtici, videte ne ſint in vobis ſigna non bona, planetæque haud ſalubris influentię, veluti, Taurus per laſciuiam, Cancer per retroceſſionem ab incepto bono, Leo per ſuperbiam, ſic & de alijs modo noſtro infauſtis. Similiter, & de Planetis, videte ne regnet in vobis Mars per vindictam, Mercurius per deceptionem, Iupiter per iracundiam. Venus, per cupidinis turpitudinem, Saturnus per Auaritiam; alioqui ſole iuſtitię in vos ſacramentaliter ſumpto ingrediente vobis mali malis ſubſequentur effectus. Sint potius, & regnent in vobis per moralem effectum & ſimilitudinem, Geminus, nempe mutuus proximi amor, ſit Libra, æqualance iudicantibus; Virgo per innocentiam, & caſtitatem. &c. atque tunc myſticus ſol noſter miros, & ſalutares afferet vobis effectus.

Sequent vbi ſupra.

Sumunt boni, ſumunt mali,
Sorte tamen inæquali
Vitę vel interitus.

Præfata verò declarantes, ſeu potius confirmantes tum veteris, tum noui teſta-

Digitized by Google

A teſtamenti exemplis dicamus. Arca Domini capta terras Philiſtinorum ingrediente ad Azotios ducta inſanabiles fiebant infirmitates ſuper eos. diuino ſic dicente eloquio. *Aggrauata eſt autem manus Domini ſuper Azotios, & demolitus eſt eos, & percuſſit in ſecretiori parte Azotum, & fines eius, & ebullierunt villę, &c.* Quoniam & illi rebelles Domini, immo in eum non credentes, nec eis mandatis obtemperantes. Cum verò eadem Domini Arca duceretur recepta in Domum Obededom, Domus eidem Obededom, ac vniuerſę illius domui benedixit, ſtudia multiplicauit, & fauores cum gratiarum copia impertiuit ob eam. *Et benedixit Dominus Obededom, & omnem domum eius nunciatumque eſt Regi Dauidi, quod benedixiſſet Dominus Obededom, & omnia eius propter Arcam Dei.* Quoniam & illi fideles Domino Deo, ſeruientes ei cum timore, & eius mandatis obtemperantes ſollicitè. Chriſtus Dominus in vltima cena ſuos ſuo corpore cibauit, & ſanguine potauit diſcipulos, & Iudam Iſcariotem, in eos ſic ſacramentalitèr intrare non dedignatus. Quod ſummopere profuit illis, poſt hæc orbem per vniuerſum migrantibus, Euangelium prædicantibus, Gentes baptizando, martyriaque Ieſu Chriſti amore tolerando, & ecce regnant gloria æterna donati nunc in Cælo. Iudas autem malus male bonum accepit, Dominum prodidit, deſperauit laqueo ſe ſuſpendit, medius crepuit, & in ignem æternum damnatus iuit. De quo Sanctus Pater Auguſtinus ait. *Nonne bucella Dominica venenum fuit Iudę, & tamen accepit, & cum accepit, in eum inimicus intrauit, non quia malum accepit,*
B *ſed quia bonum malus male accepit.* Grandes Cæli ſunt fideles Domini, ſint igitur & puri, ſint mundi, vt ſanctiſſima communio Chriſti fiat illis in ſalutem, & non ſicut Iudę in ruinam, & perditionem.

> 1. Reg.c.5.b
> 2. Reg.c.6 b
> Diu. Aug in Ioann. tract. 26.

Gratum valdè noſtra pro ſalute Domino Deo facimus, dum deuotè, dum ſupplices hoc ſanctiſſimum Altaris ſacramentum frequentamus. Sed heu, heu, pauci, atque rarò præcipuè ex viris accedere, ſumereque conſpiciuntur, Quod ſummopere ipſi Deo diſplicet. Pro quorum negligentia, & indeuotione adduci poſſent illa Iſaię Prophetę verba dicentis. *Et vidit Deus, quia non eſt vir, & apporiatus eſt; quia non eſt, qui occurrat.* In cuius ei propoſito notandę diuerſę verſorum lecturę, ſiquidem Margenalis ex Pagnino vertit. *Et admiratus eſt.* Interlinearis verò Gloſſa ex alijs legit. *Et contriſtatus eſt.* Atque demum Nicolaus Lyranus exponendo ait. *De miſeria, & infelicitate eorum moleſtatus eſt.* Ac ſi diceretur, Intuens ipſe Dominus miſericors, & pius eorum negligentiam, & indeuotionem, quantò rarò, quot pauci accedant viri communione hac ſanctiſſima reficiendi, gratia augendi, gloria denique replendi, admiratur, dolet, contriſtatur, immo & moleſtia, ſuo inquam modo, afficitur, conſiderans
C ſe immenſam dilectionis

> Iſai c. 59. c.
> Margin. ex Pagnin.
> Interl.
> Nicol. Lyr.

largitatem hominibus dediſſe, eorum pro ſalute, parùm attamen ab aliquibus æſtimatam, vixque ſemel in anno in ſe ſumptam, nullis adhibitis gratiarum actionibus. Ne, quæſo, pro ut eſt in vobis, Dominum largitorem nobis bonorum ſuorũ, contriſtetis, ſed frequenter, deuotè hìc eũ ſacramentaliter

ſumatis, vt Demum in cæleſtibus eundem reuelata facie valeatis poſſidere. Amen.

✠

Sequitur

Digitized by Google

D

Sequitur conſideratio alterius particulæ illius ſententię, nempe creſce, & manducabis me.

HIC pro creſcere dubio procul accipitur nedum pro eſſe neceſſum, hominem debitis augeri diebus; ſed multò magis etiam pro creſcendum eſſe in ipſa fidelitate virtutibus, & meritis ad bene, atque melius huic ſanctiſſimo communicandum Sacramento, ac iure introduci ad menſam hanc Domini. Quid enim prodeſt acceſſus cum infidelitate? Quid fidelitas cum dolo? Quid ætas, cum peccato? Augeamur fideles etiã virtute, innocentia, pietate; & ſic aucti iuſſu Domini, accedamus, vt ad meritum, & ad ſalutem accipiamus Sanctiſſimam comunionem. Cui propoſito benè facit illud Dauidis. *Panem, ait, Angelorum manducauit homo.* Scio vtiq; iuxta Gloſſas, hoc dictum intelligi de Manna dato electis tunc populis in deſerto, quod propterea fuit appellatum panis Angelorum, quoniam Angelorum miniſterio pluit illis è Cælo, ſed non nefas fuit, vt homo manducaret panem Angelorum, quia Angeli manducauere panem hominum; quando Abraham illis tribus Angelis prandium ſua in domo parauit. Diuus autem Hieronymus vertit. *Panem fortium manducauit homo.* Quam autem fortes ſint Angeli, neminem quippe latet. Nec de malis rebellibuſque Angelis ſermo noſter eſt; ſed de bonis, qui nedum ſua natura fortes, quando & Domino Deo ſuo fideles, aduerſos inflatos ſpiritus, bella fortiter geſſere, ſed & conſtantes vera fidelitate ſeruata victores, ijs deiectis in profundum ſuperbis, aucti robore ſpirituali, gratia, & gloria confirmati euaſerunt, grati ſuo creatori, & glorificatori Deo. Sic & nos noſtro modo fidei, pietatis, innocentię, puritatis fortitudine, ac robore tali augeamur, vt digni ſanctiſſimam Euchariſtiam ſumere, panem Angelorum manducare mereamur.

Pſal. 77. Ordin.

E

Verſ. Diui Hieron.

Apoc. c. 12. b.

Creſcere ſatagamus, ſicut de ſe ipſo, iuxta nomen ſuum, quod interpretatur augmentum, caſtiſſimus ille iuuenis Ioſeph factum fuiſſe dixit. *Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meę.* Terra Ægypti verè paupertatis ei, in eam qui vix vi pannis opertus intrauerat, & inde pane arcto veſcebatur à principio, & vltra. Verum qua ibi re ſe creuiſſe, ſe auctum fuiſſe intelligebat? Num ætate? Hoc parum crede, nam cunctis viuentibus commune: num diuitijs, atque dominari ceteris factum Regem ſecundum in Regno Ægyptiorum? Similẽ parui faciendam auctionem minime ignorauit. Quomodo igitur ſe creuiſſe, auctumque fuiſſe fatebatur? Sanè virtutibus, & meritis innocentię, caſtitatis humilitatis, prudentię, fidelitatis, atque ſimilium erga Dominum ſuum tum cæleſtem, tum terrenum, diuitias contemnendo, impię ad turpia ſollecitanti reſiſtendo, ſuperba deſpiciendo, diris perſecutoribus parcendo, atque talia peragendo. Sic, ſic creſcere ſtudeamus & nos, vt ad cenam Angelorum Regiam eleuati mereamur.

Gen. c. 41. g.

F

Tale argumentum morale virtutum quotidie magis facere nitamur, imitantes, & Sanctum Abbatem Antonium, qui ſua in iuuentute plus virtutem multiplicitate, quam dierum ætate creſcebat. Sicut enim qui hortulos perambulat floribus plenos, hincinde colligens, breui ſuauem faſciculum manu gerendum componit, quo delectatur, & ſuauitate redolet. Sic ſuo morali modo Sanctus vir Antonius, quas conſpiciebat in hoc, & in illo homine virtutes colligere per imitationem, & acquiſitionem in ſe fatagebat, adeo vt breui ſuo in corde faſciculum quampluriмarum virtutum, & in manibus effectus earum cunctis admirandus haberet. *Virtutum tanto ſtudio incenſus fuit, vt quemcumque videret aliqua virtutis laude excellentem illum imitari ſtuderet.* Hoc augmentum talem profectum, huiuſmodi faſciculum, & nos in nobis fieri nitamur, quibus ornamentorum generibus, & augmentis refectum noſtrum ſpiritualem Thalamum non indignè Chriſto Domino perhibere valeamus.

Simile.

Lect. Breu. Villeg. in eius vita.

In Ro-

Digitized by Google

A In Romanorum hiſtorijs legitur de ſenatus conuiuio, ad quod viri illi fama, & roboris virtute referti, moraliumque profeſſores, ni prius quadam ætate prouecta facti, atque veſte talari alba operti, & de optimo Reipublicę ſtatu, ac regiminis modo bene loqui ſcientes, nequaquã introduci permittebantur. ò quanto magis ergo melioribus exornari conditionibus iure tenentur quicũ que ad huc noſtrum Angelorum panem, ad hanc diuorum menſam, ad hoc ſacramentale conuiuiũ admittuntur ſumendum? & quid noſtro in propoſito ſibi vult nos toga operiri alba? vnde togati? dealbati? ſane omnium peccatorum remiſſione donari, & magna cum puritate in conſpectu Dei, & hominũ apparere, Iuxta illud Dauidis, *Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata*. Nempe per ipſorum hominum delinquentium pænitentiam, & Dei omnipotentis miſericordiam deleta, prius in baptiſmate, poſt hæc in alia conſurgendi tabula, vt optimè Sanctus Pater Auguſtinus expendit. In candore verò bellè denotatur hominis innocentia, & puritas, quę vſque in finẽ perſeuerare debet. Tales nos eſſe curemus vt iure ad conuiuium hoc noſtrũ ſolemne Angelorum introduci poſſimus, ſuſcipientes ex eo gratię auctionẽ atque demum glorię collationem, cuius nobis pignus eo in Sacramento impertiri aſſeritur.

Hiſtor. Roman. Pſal. 31. D. Aug. Diu. Greg. homil 21. in Euang.

De huiuſmodi incremento ſpirituali, ornamentoque tali ad ſuſcipiendum ſponſum animarum noſtrarum Chriſtum Dominum forte locuta fidelis ſpon

B ſa in Canticorum ſecundo ita. *Introduxit me Rex, ait, in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem, fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo*. Alij verò legunt vt Septuaginta, & ex eis Diuus Gregorius Nyſſenus. *Sepelite me, ſeu confirmate me vnguentis*. Ergo, quoniam ſponſum vnicè, mirificè diligebat, ideo ſibi ea fieri expectabat? Nempe circumuolui in pomis, floribus, & vnguentis? maxime, ſiquidem amantium eſt his delectari, & vti, ne ob aliquam cauſam, ſeu defectum dilectis ſtomacum faciant; ſed illis eo magis ſuauiores fiant. Verũ quoad myſterium Theodoretus, & Cathena triũ Patrum apud eumdem Theodoretum, aſſerunt per flores, per fructus, atque per vnguenta intelligi mortem, ſepulturam & reſurrectionem Domini Ieſu Chriſti, necnon dona Spiritus Sancti. Quibus verè conſurgit, confirmatur Eccleſia, & fidelis anima. Sed noſtrum ad propoſitum dicamus per flores, fructus, atque pretioſa vnguenta non inepte intelligi etiam poſſe moraliter, virtutes, & earum effectus Per cellam verò vinariam Diuus Ambroſius ſentit intelligendam eſſe Eccleſiam Sanctam, templumque Dei, in quod introducitur ſponſa, nimirum fidelis creatura. Rabbi autem Salomon apud Lyranum, per huiuſmodi cellã vinariam intelligit Altare holocauſtorum, quoniã ibi holocauſta vino aſpergebantur. Maior verò charitas nulla, quam ipſe Chriſtus Dominus Deus, qui ſuper Altare oſtia, & ſummus Sacerdos immolatur ſacramentaliter ſumẽdus. Fidelis homo dilectus Deo illuc introducitur ſumpturus; ſed ideo prius

C debet augeri, circumuolui, ſepeliri, firmarique virtutum floribus, & earum effectibus, optimę famę vnguentis, & actibus proprię mortificationis. Sic auctus accedere, & hunc ſummę dilectionis charitatiſque cibum manducare.

Cant. cap. 2. a. b. Septuag. Diu. Greg. Niſſen. Theod. Cat. triũ Patrum. Diu. Ambr. Rabbi Salõ. Lyran.

Sanctis Matthæo, & Luca Euangeliſtis aſſerentibus, granum ſinapis quàm paruum, terrę tamen mandatum, exortum creſcit in arborem, ramos, folia, & fructus ſuo modo producentem, adeo vt in ea, & ſuper ea Cæli aues commode poſſint habitare. *Simile eſt Regnum Cælorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo, quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus, cum autem creuerit maius eſt omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres Cæli veniant, & habitent in ramis eius*. In quem diuinę ſcripturę locum quamplures Sanctorum Patrum, & Doctorum expoſitiones, atque ſententię ſunt, attamen noſtro in propoſito non nefas ſit ita dicere. Granum ſinapis eſt homo fidelis, datus à Deo his in terris, cui ſimile dicitur eſſe Regnum Cælorum, militantis, vel triumphantis Eccleſię. Tales enim homines Regnum facti nuncupantur. Dicente Euangeliſta Ioanne Domino. *Et feciſti nos Deo noſtro Regnum*. Homo itaque talis creſcit, ſeu creſcere debet, nedum corpore, ſed multò magis virtute. Fit arbor (licet euerſa, prout ex Platonis dicto.) Rami ſunt potentię, folia verò, & fructus iuxta ſuum genus, ſunt virtutum multiplicati effectus, interni, & externi. Creſcat creſcat his homo fidelis, vt cæleſtis Pelicanus, Chriſtus Dominus per diuiniſ-

Matt. c. 13. d Luc. c. 13. d. Apocal. cap. 5. d. Plato.

ſimum

ſimum hoc ſacramentum, immò & ceterę Cæli aues, Pater videlicet æter- D
nus, & ſpiritus ſanctus, columba Cæleſtis diuina, per eſſentialem concomi-
tantiã veniant, & in habitent eũ, qui ſic virtutibus bene auctus, dignè accedit
ad Sacramentum hoc Altaris.

Vis in te Dominũ libenter, tuaque pro ſalute, ſic ingredi? quæras virtutibus
Cant. 5. 2. & meritis augeri. Hinc & fidelis ſponſa. *Veniat dilectus*, ait, *meus in hortum ſuum*
& comedat fructu pomorum ſuorum. Et quiſnam, qualiſue eſt hortus ille Domini?
ipſamet ſponſa fidelis, & pia dilecto præbens cęlitus plantata, plenaque cha-
ritatis, & pietatis vbera. Cui prout ſupra, ab eodemmet caſtiſſimo ſponſo di
ctum eſt, eam ſcilicet eſſe nedum hortum, ſed fontem, & Paradiſum. *Hortus*
Cant. 4. d. *concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus: Emiſſiones tuę paradiſus malorum*
punicorum cum pomorum fructibus. Qui autem dixit hortum, & Paradiſum, pro-
culdubio intellexit, prout, & aſſeruit, florum, & fructuum vbertate refertũ,
quotidie magis auctum. Moraliter verò huiuſmodi flores dicuntur eſſe virtu
tes: fontem ſignatum, copiam dicamus lacrymarum, tum cordis tum oculo
rum: fructus, virtutum actus, & probos effectus: emiſſiones demum efficien
tes Paradiſum, horum omnium multiplicationem, & incrementum Domino
Deo iucundum. Tales nos eſſe ſtudeamus cunctis viribus, & noſtram in ſalu
tem, veniet, intrabitque ſacramentaliter, & gratuitè in nos habitaculum ſu-
um benè ſic exornatum auctum, ſponſus cæleſtis, diuinus. In memoriam,
quæſo, nobis quoque reuertatur, quod anteaquam Chriſtus Dominus noſter E
voluiſſet ſumere cibum in deſerto ſibi paratum per miniſteria Angelorum.
Matt. c. 4. d. *Et ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei*. Prius ſe, licet non egentem his, munire
tamen, ac ſuo modo augere abſtinentia, ieiunio; ambitionis, atque diuitia-
rum contemptu, & contra hoſtem antiquum victoria voluit. Sanè vt fideli-
bus ſuis exemplum præberet, noſmet communiendi, adaugendique virtuti-
bus, & meritis prius, quam ad hoc diuiniſſimum Angelorum conuiuium acce
damus.

Diminui penitus nos vitijs, & augeri virtutibus neceſſum eſt, anteaquam
hanc magnam Dei miſericordiam in medio templi ad altare eius ſumpturi pe
Exod. c. 16. b tamus. Niſi cum defeciſſet, & omninò conſumpta fuiſſet, quam de Ægypto
tulere Iudæi, farina, prout in illud Exodi. *Vtinam mortui eſſemus per manus Domini*
in terra Aegipti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus carnem in ſaturitate:
Notarunt expoſitores, nequaquam Dominus illis è cælo Man pluere fecit:
Forte vt intelligi nobis daretur hoc noſtrum Man figuratum, cæleſte, diuinũ,
venerabile altaris Sacramentum non debere impertiri, ab hominibuſque
ſumi, ni prius conſumptis, & omninò per pænitentiam peccatis dimiſſis, è re
gione Ægyptiorum, è ſuaſione Dæmonum, de voluntate hominum proue-
nientibus. In deſerto Iudæi commorantes, orantes, carebant pane, ægebant
Num. c. 11. g carne, cupiebant potum aquę, & Dominus eos ſaturauit coturnicibus, Man
na, & aquarum abundantia; ſed prius moraliter auctos conſpiciens fecit ipſe F
Deus, nempe deprecationibus, inedijs, obedientia, verò verè Dei cultu; iti-
nerum calamitatibus, & preſſuris, atque huiuſmodi meritorum occaſioni-
bus. Vis tu iure cibari carne, ac potari ſanguine Ieſu Chriſti, hac Manna cæ-
leſti, diuina, quam dedit manus Domini? Præfatis, atque ſimilibus roga te au-
geri, atque communiri conditionibus, & incrementis.

Quodlibet itaque incrementum, præſertim ſpirituale attendamus, depre-
cemur toto affectu de manu Domini, eo enim auxiliante, dante, ab eius o-
Leuit. c. 26. b culis miſericordibus noſtra bonorum præcipue ſpiritualium auctio. *Reſpiciam*
vos, ait ad Iudæos, *& creſcere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcũ:*
comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis. Hæc eis dixit.
Quæ poſt modum nobis etiam non inepte dicta piè explicari poſſunt. Sed fir
mandum iccirco nobiſcum Domini pactum, quoniam nos multiplicandi?
Maxime, præſertim ſpirituali virtutum multiplicatione, anteaquam præſu-
mamus hæc noua, & vetera, Deum, & hominem Chriſtum Dominum in
hoc venerabili Sacramento manducare. Quod eſt dignè ſumentibus eximiũ
diuinę pietatis, & miſerationis pactum obſeruatum. Quod Chriſto Domino
inſtituente, dante, veteris legis holocauſta proiecta ceſſauere. Nec præte-
reatur ſilentio, quod Sanctus Euangeliſta Lucas de Chriſto tunc puero dixit.

Et Ieſus

A *Et Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines.* Iure autem ſi- Luc. c. 2. f.
mul poſuit profectum ſapientię, & ætatis, quandoquidem in homine, præſer
tim quatenus eſt homo purus, non eſt ſapientia, niſi debita cum ætate, ſed no
tandum dixiſſe, prius id factum coram Deo, & poſtea coram hominibus, quo
niam ni prius apud Deum, & ab eo noſtrum ſpirituale incrementum, profe-
ctò nullum bene hominibus coram fieri contingit. Deprecemur ergo Domi
num, vt nobis elargiri dignetur tale incrementum ſapientię, ætatis, & gratię,
vt ad conuiuium eius benè, ac meritoriè ſumpturi properemus.

Præfata ſic, atque valde melius complenda non ignorauit, qui pergens in
Domini templum ad orandum, & ſacrificandum, Domino Deo Pſalmigerus
Vates eius expoſcendo, ait. *In quacumque die inuocauero te, exaudi me, multiplicabis in* Pſal. 138.
anima mea virtutem. Quam? qualemque virtutem? Super Imaginem naturę il-
lam gratię, virtutes theologicas, morales, atque alias, ſi quę ſunt conſimiles.
Domini enim eſt facere, dare multiplicationem. Videbitis interdum formo-
ſam immodum picturam, imaginem per manus egregij pictoris in tabella per
fectè lineatam; vel ex lapide marmoreo, ſiue Alabaſtrino manu artificis mirè Simile.
ſculptam, laude celebrantes opus, & factorem eius; deſiderio autem flagrans
poſſeſſor, & Dominus operis, vt addatur, & multiplicentur ſimiles eadem in
tabella imagines ſciſcitatur, & efflagitat, ſi quis pictorum, ſiue ſculptorum
inueniatur, qui iuxta ſuę mentis optata operetur? & reſponſum à profeſſori-
B bus ſibi bellè dari audit. *Aut qui primam effecit, ei quoque addat, aut ſola imago prima*
ſic permaneat. Sicuti dictum Alexandro Macedonenſi fuiſſe de Veneris Imagi-
ne abſque oculis facta ab Apelle ferunt. Reſurgat Apelles, hanc compleat, Plutar.
aut ita remaneat. Similia forſan recogitando Rex ille Vates, & non ignorans
Domini Dei eſſe virtutes in anima multiplicare, ad ipſum ſe vertens ſolùm, pe
tijt, & aſſeruit in animę ſuę tabella virtutes de manu Domini multiplicandas,
& ſic ſpirituale incrementum cælitus fore ſibi magnum.

Cum illa prudens, ac pudicè viuens memoranda vidua virtutum laude ce-
lebrata Iudith victoriam ſe facturam aduerſus Holofernem in Domino fiſa ſpe
raret, ſe vtique perornauit, ſed valde plus formoſitatis, incrementaque pul-
chritudinis cælitus accepit. Audi ſcripturam ibi dicentem. *Cui etiam Dominus* Iudith. cap.
contulit ſplendorem. Quem niſi dediſſet, Deus ipſe ſcit an illa victoriam, atque tri 10. a.
umphum de Tyranno tuliſſet. Cupiens verò ſcire quam illa Domino Deo
pro omni augmento meriti, ornamento ſpirituali, adiutorio cæleſti ſe ſe com
mendauerat, ſacram eius hiſtoriam legat. Non enim ignorauit ſimilia cælitus
dari, hæc à Deo impertiri. Quid mirè quidem confirmando Sanctus Apoſto
lus, ſic ad Corinthios ſcripſit. *Potens eſt autem Deus omnem gratiam abundare facere*
in vobis, vt in omnibus ſuper omnem ſufficientiam habentes, & abundetis in omne opus bonum. 2. Corinth. c. 9. c.
Nec ſollicitus erat Sanctus Paulus hæc eis ſuadere de terrenorum, ſed de ſpiri-
tualium incremento, ad merita ad mercedem faciente. Prout ibi paulo infe
C rius ſubiungens idem Apoſtolus ait. *Et multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit fru-* Ibidem.
gum iuſtitię veſtrę, vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem ſimplicicitatem, &c. Nos
metipſos igitur Deo commendemus cunctis animę noſtrę viribus, vt bene ſic
creſcere, & abundare valeamus ad ſuſcipiendum in nos ipſum, cibum grandiũ
prout ſibi dictum retulit Auguſtinus, nempe creſceret, vt illum panem An-
gelorum ſic manducaret.

Nequeo demum non admirari multum illud enarratum apud Sanctum Lu
cę Euangelium de filio prodigo, & eius patre quam pio, qui videns illum à
longe venientem, ei mox factus in occurſum, benè indui iuſſit, & poſt hæc
prandium de vitulo ſaginato parari mandauit. *Dixit Pater ad ſeruos ſuos citò profer-*
te ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes Luc. c. 15. e.
eius: & adducite vitulum ſaginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur. O bone
vir, cur prius non mandaſti vitulum adduci, & occidi, vt interim coqueretur
ne tempus amitteretur; inde verò afferri veſtimenta, & ornamenta, vt paula
tim, commodiuſque natus indueretur? Quidquid ſit modo de iuxta ſonum
literę ſenſu, dicamus nos ad noſtrum morale propoſitum. Ex nobis quiſq;
factus talis filius dicatur, iccircò in ſe reuerſus pænitentiam agens coram le-
gitimo Sacerdote Confeſſario ſua confitens errata, dicat. *Pater peccaui in Cæ-* Ibidem.
lum, & coram te. Sic intelligi datur, quod antea quam vitulum comedat ſagina

tum, ſanctiſſimam ſumat Euchariſtię communionem, opere pretium, vt ſto D
la candida induatur, augeatur, innocentia videlicet, puritate, in Deum amo
re, in proximum charitate, perornetur, confirmetur Sanctę fidelitatis annu
lo, operiatque, & comprimat ſuos ſenſus, ac irrationales affectus omnes.
Atque ſic auctus, exornatus ad vitulum ſaginatum, ſuper lignum Crucis oc-
ciſum, ſuper altare immolatum Chriſtum Dominum in hoc ſanctiſſimo Sa-
cramento ſumendum accedat, manducet, incorporetur, viuat vita gratię,
vt ea glorię demum viuere, Deo ipſo glorificatore, valeat.

Tandem in propoſito conſiderandum illud Sacrę Apocalypſis Scripturę.
Diuus Ioannes a ſe viſam aſſeruit mulierem in Cælis ſtantem, ſole amictam,
ſtellis redimitam, & ſub plantis eius Lunam. Sed quorſum hæc? Sanè vt illa
Apoc. c. 12. a. b. ſic ſe in quemdam reciperet locum, ibique tuta paſceretur. *Et ſignum*, ait, *ma-
gnum apparuit in Cælo, mulier amicta ſole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona
ſtellarum duodecim*. Tot ergo conditiones, & præparationes requirebantur, vt
eum in locum benè munita reciperetur, ibique paſceretur? Maximè, dum
præcipue accipitur pro illa muliere fidelis anima ad Eccleſiam migratura, vt
ibi hoc diuiniſſimo Sacramentali cibo paſcatur, & ab impij Draconis inferna
lis veneno immunis, tutaque reddatur. Hæc debet ſtellis, nimirum virtuti-
bus coronari, Sole, zelo ſancto, cultu integerrimo, charitatis ardore prius
circumornari, ac demum ſecularia etiam hæc caduca per contemptum calca
re. Et poſt hæc dignè illuc ad hoc idem fideliter ſumendum ita ſe conferre; E
aucta virtutibus, augenda meritis, & gratia.

Modo concluditur, ab hominibus ſic bene diſpoſitis, & virtutum incremento auctis ſumendam eſſe ſanctiſsimam communionem.

SVPPOSITO fideli virtutum incremento ſic mirè auctus homo,
pietate videlicet innocentia, caſtitate, ac ſimilibus, debet frequentèr
ad Altare, panem hunc Angelorum ſumpturus accedere, non quidem
timore recedendo, ſed amore, reuerentiaque accedendo, proprias
haud perſequens iniurias, ſed illis perſecutori omnino dimiſſis; non enim ſic
mortem ſed vitam ſalutem inueniet. Qua de re Sanctus Pater Auguſtinus.
D. Aug. in Ioann. tract. 26. *Si dimittis*, ait, *dimittetur tibi*, *Securus accede, panis eſt, non venenum*. Bonis talem eſ-
ſe intelligas, malis autem contra. Eſto tu bonus, virtutum bonitate auctus, F
ſi vis Dominicam bucellam manducare tutus. Accede mentis alacritate in
hymnis, & Canticis præcedentibus ſume, nam cibus eſt ſalutaris lætitię, &
exultationis. Poſt quam ipſe Dominus immediate à ſui ſacratiſſimi corporis,
& Sanguinis Sacramentali inſtitutione in eodem cenaculo, ſuis cum Diſci-
pulis, vbi Dominica cena, ad orationem in oliuarum montem cum ſuis per
geret hymnum dixiſſe in Euangelio legitur. *Et hymno dicto exierunt in montem oli-
Matth. cap. 26. c. uarum*. Quę verba dixerint, ſcriptura non refert; ſed ſimul Dominum conci-
nuiſſe illum hymnum nonnulli affirmarunt, & iure quidem, nam in conuiuijs
opiperè paratis etiam ſuaues cantorum benè concinentium voces audiri cō-
ſueſcunt. O ſuauiſſima Ieſu Chriſti vox in laudem ſui Patris omnipotentis, &
in gratiarum actionem facta; nec non à diſcipulis, atque in cenaculo ab admi
niſtratoribus audita! O fidelis homo exemplum ſume datum, vocibus Ieſu
Chriſti tuas voces cordis, oris vni; exulta ſatus in iubilo mentis, Eccleſia San
cta quoque ſic adhortante.

Sit Laus plena, ſit ſonora,
Sit iucunda, ſit decora
Mentis iubilatio.

Ante tanti ſumptionem cibi Deus optimus, maximus omni deuotione,
ac pie-

Digitized by Google

A ac pietate maiori laudandus; poſt verò ei gratię iugiter agendę quod ſi excuſatum tu te facis, quia imbecillis, puſillus, vilis, bene vtique dicis; verùm attende Chriſtum Dominum ſuo exemplo, hymnum cum ſuis cantando, fiduciam, animum, virtutemque nobis præbere dignatum. Sententia, & conſideratio eſt Diui Patris Auguſtini, ſic dicentis. *Quando nos terreſtres, miſeri, imbecilles, & inutiles ſerui, auderemus, vultum leuantes ad Cælum, dicere, Pater noſter, niſi ipſe per ſuum nobis vnigenitum hanc fiduciam præſtitiſſet.* Ne te igitur animo perdas, ſed ſat piè audeas Deum laudare, Sanctiſſimam communionem ſumere, & largitori gratias agere. Hæc te Dominus docuit, hæc à te fieri expetit. Hoc audito de voce Chriſti Domini, piè audeant fideles eius populi hymnum laudis concinere, & gratiarum actionis voces intonare, extollere ſuo modo ſemiplenè, copioſius verò cum beatis ſpiritibus in Cælo. Vbi Dominus faciens ſuos, ter, quaterque felices diſcumbere, eiſdem reuelata facię adminiſtrat cibos æternę glorię. D. Aug. ſer. 116. de tēpo.

Optime agnoſcens Chriſtus Dominus noſtram infirmitatem, figmentum, & imbecillitatem, attendenſque nos nequaquam poſſe ſat debitas laudes dicere, nec iuges gratias agere de tanto, ac tali conuiuio Sacramentali, beneficio mirabili per ipſummet inſtitutorem nobis parato, dato (mirabile dictu) ipſe pro nobis copioſius, rectius id peregit, quando videlicet immediate hoc inſtituturus, atque ſumpturus eleuauit oculos in cælum ad Patrem ſuum omnipotentem, gratias ei agendo, & poſtea ſumpto ſacramento hymnum decantando. *Et eleuatis oculis in Cælum ad te Deum Patrem ſuum omnipotentem, tibi gratias agens, benedixit, deditque diſcipulis ſuis dicens, &c.* Diſcipulorum erat, atque noſtrum gratias ei agere de tanto dato, acceptoque munere. Angelorum pane Ieſu Chriſti corpore, & ſanguine. Quare igitur ipſe ſic? Audi ſanctum Patrem Auguſtinum huic dubitationi mirè ſic reſpondentem, & omninò ſatisfacientem. *Exiſtimo, ait, ſpeciatim Dominum gratias egiſſe in huius inſtitutione ſacramenti, quia nouerat, rectè nos minimè poſſe gratias agere.* Nos attamen quatenus in nobis eſt, ad Chriſti Domini imitationem, in ipſius Dei laudem, in gratiarum actionem Pſalmos, & Hymnos ore, corde dicere non prætermittamus.

B Canon Miſſæ.

Huius tanti inſtitutor conuiuij Chriſtus Dominus gratias egit, hymnum cecinit, ex quibus argumentari decet, hunc eſſe cibum iucunditatis, & lætitię. Quod ſi ex parte dantis, non minus quippe debet eſſe ex parte ſuſcipientis, hominis ſcilicet fidelis, quoniam eleuatur ad gratię augmentum, ad ipſiuſque gratię auctorem ſuſcipiendum. Cui propoſito bellè quidem facit, illud quod Tertullianum dixiſſe ferunt nempe. *Hæc eſſe prima fercula diuinę Iucunditatis, in euiſceratione ſua.* Sed quid ſibi volunt hæc verba, ſanè ſenſum reconditum, & formoſum habere credita. Audi, ſolemnioribus in conuiuijs plures parantur dapes, multis in patinis, ſeu quadris, & conuiuis congregatis in principio primo pro ferculo datur, quid vtique boni, ſuauis, ac iucundi, quod eſt nihilominus maioris, atque pretioſioris afferendi ferculi indicium. At hic modo nobis in Eccleſia Sancta, in Domini cenaculo congregatis datur magna cum inultantis, porrigentiſque lætitia, quod pretioſius, quod ſuauius eſt pro initio, & pignore futuri cæleſtis conuiuij, quod facit Dominus ſuis in cælorum atrijs. *Et futurę glorię nobis pignus datur.* Quod autem ibi magna cum cæleſti exultatione beatis, quoniam reuelata facie, impertitur, modo nobis idem hìc ſub velamine fidei, ſub accidentium panis, & vini porrigitur. O verè igitur prima illius altiſſimi conuiuij fercula diuinę exultationis, & iucunditatis data nobis! Qua de re ſancta Canit Eccleſia. *In voce exultationis reſonent epulantes in menſa Domini. ex altari tuo, Domine Chriſtum ſummus, in quo cor, & caro noſtra exultant.* Ita & nos cum ea nedum tempore ſumendę communionis ſanctiſſimę atque poſtea; verùm, frequentius toto cordis affectu concinere debemus.

Tertull.

C In feſto cor. Chriſ. Antiph. 2. mag.

Antiph. ad nōtur. 2. & 3

At quod ſequitur ex præfati Doctoris ſententia, valde quidem mirandum videtur, dicentis. *In euiſceratione ſua.* Numquid Chriſtus Dominus in huius ſacratiſſimi inſtitutione cibi ſe ſe tunc euiſcerauerat? non ſic abſolute ad literam intelligendum, ſed quoniam ipſe memoriam fecit mirabilium ſuorum: ſed quia cum dilexiſſet ſuos, in fine dilexit eos, ſed quoniam ſe ipſum dedit totum in cibum, & potum: Sed quia Pater omnipotens. quem de ſua ſubſtantia per modum intellectus ab æterno producit totum nobis Deum, & hominem Vbi ſupra.

fact um hoc in ſanctiſſimo ſacramento generoſè largitur. Iccircò benè dici- D
tur primum diuinę iucunditatis ferculum, in euiſceratione ſua, ſed enim eti-
am de antiquorum moribus illummet doctorem mente aliquid peruoluiſſe,
ſic de ſanctiſſima Eucharestia dicentem, non nefas eſt exiſtimare. De anti-
quorum ritibus tractantes aſſerunt, illos conſueuiſſe de mortuo adhuc iacen-
te in loculo viſcerum quid educere, & conuiuis modicum ſingulis impertire,
nempe in ſignum magnę dilectionis, qua viuens eos proſequebatur. At Do-
minus noſter Ieſus Chriſtus ob ſuam erga nos charitatem, & dilectionem ſum
mam anteaquàm pateretur, moreretur que ſuper ſanctę crucis loculum ſe to
tum hominem Deum dedit in ſacramentalem cibum, dedit cæleſtem, diui-
Inuit. ad mat tut. namque pinguedinem. *Chriſtum Regem adoremus dominantem gentibus, qui ſe mandu-
cantibus dat Spiritus pinguedinem*. Reliquum igitur, vt numquam obliuiſcamur tan
ti beneficij ab optimo Reparatore Chriſto nobis collati, quod eſt cauſa verę
lætitię, & exultationis, hic gratuitę, & in cælisglorioſę.

Iure nos à Chriſto Domino denominamur, & ſumus Chriſticolę, ſeu Chri
ſtiani, quandoquidem ab eo Deo conditi, ab eo Deo homine facto reparati,
eius baptiſmate abluti, ſub eius vexillo militantes, Diaboli pompis renuncian
tes Sacro chriſmate confirmati, ab eoque in fine ſæculorum iudicandi. Ve-
rùm addatur, quoniam ipſe in nos ſacramentaliter intrat, manet, & nos no-
Ioann. c. 6. a. & c. 15. f. ſtro modo in eo, ſanè vt fructum vberem fidelium facere comperiamur. *Qui
manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Qui manducat meam carnem, & bibit me
Pauſan. um ſangunem in me manet, & ego in eo*. Mirandum quippe, referente Pauſania, le- E
gitur, nempe quòd Antiqua Gentilitas ſuos infantes puerulos ex quadam ſu-
perſtitione, & inani religione faciebat ſugere lac de feris inter nemora, & ſyl-
uas captis, atque factis arte domeſticis, & poſt hæc eos ab iiſdem brutis deno-
nominari volebat, quaſi vt facti ætate maiori, memoriam conſeruarent, quan
tum nutricibus ſuis feris deberent, quàmque eis reddere tenerentur! O cæ-
cam feritatem, ò inſanam leuitatem, o deteſtandam ſuperſtitionem! At Chri
ſtus Dominus Dei Patris, & beatiſſimę Virginis Marię filius nos vt Deus con-
didit, vt Deus, & homo lactauit, enutriuit, paſci voluit ſuo ſacro corpore,
& pretioſo ſanguine. Vnde fidelis ſponſa tantę iucunditatis non immemor ei
Cant. c. 1. a. gratias agendo clamabat. *Exultabimus, & lætabimur in te memores vberum tuorum,
&c.* Ab eo propterea denominamur, in eo ſumus, eo fidelitèr ſacramentali
ter paſcimur, exultemus ideò, & lætemur in eo, firmanti ſpiritu principali,
permanentes in eius laudum celebratione, & gratiarum actione.

Nec doleas, nec dicas, quod quem in te, manducando, ſuſcipis, nequa-
quam reuelata facie proſpicis, quoniam cibus fidei eſt, ſi namque homo
communicandus Dominum ſic apertè, clarè, oculis corporeis cerneret,
D. Gregor. hom. 26. in Euang. fides eius merito careret, immò nec propriè fides eſſe diceretur. *Quę enim ap-
parent, iam fidem non habent, ſed agnitionem*. Et quis tam dirus, tam ferus eſſet, qui
clarè reuelata facie Regem Cælorum, & Dominum Angelorum, ſolis luce F
ſplendidiorem intuens, dentibus præmere, manducare auderet? Hinc deuo-
tiſſimus ille Pater beatus Ioannes de Sancto Fecundo Hiſpanus, noſtræque
Religionis Auguſtinianę profeſſus, miraculis verè celebris ſacra faciens, & in
hoſtia conſecrata, ſe coram poſita, aſpiciens Ieſum Chriſtum ſe clarè mani-
feſtantem, & miro ſplendore fulgentem, multis gemitibus, & lacrymis præ
amore, timore, magnaque dulcedine animam ſuam liquefieri ſentiens, tandē
In eius vita. exclamauit. *O Domine Ieſu, ò conſolator Spiritus mei, ò fili Dei dignare, quaſo, te ſub his
accidentium velaminibus abſcondere, vt poſſim te ſumere*. O fidelis, ò qui ad Sanctiſſimā
Eucharistiam accedis, firmiſſime iam credens, ibi ſacramentaliter eſſe Ieſum
Chriſtum Dei, & beatę Virginis Marię filium, fide ſic firmatus ſume, ama,
time, lauda, exultaq; quoniam diuitijs ſpiritualibus, delitijs Cæleſtibus, atq;
diuinis tuam animam reples. Qua fortaſſis de re illud diuini Vatis Pſalmigeri
Pſal. 16. piè intelligendum. *De abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum*. Benè quidem ait
tuis, quoniam non de abſconditis terrę theſauris, vel materialibus cibis, qui
noſtram conuertuntur in ſubſtantiam, ſed de abſconditis rebus diuinis, de
Chriſto Domino, Deo homine facto, qui conceptus fuit de Spiritu Sancto, na
tus ex Maria Virgine. O quam magnam conditionem fidelis hominis, deuo
tè ſumentis diuiniſſimum hoc Sacramentum, diuinę iucunditatis, & noſtrę!

exulta,

Digitized by Google

A exulta, ſume; Deum lauda, gratias age.

Quantum iucunditatis afferatur fideli animę ſumenti deuotè hoc in ſacramento verę letitię auctorem, enarrari nequit, ac vt ſic dicam tolerari magna dulcedo non valet. Cui bellè poteſt accomodari illud Canticorum à ſponſa fideli anima, nempe pia ſuo Cæleſti dilecto dictum. *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, veni dilecte mi, &c.* Cant. c. 5. a 7. d. 8. e. Alibi tamen eadem deuota dixit, vt à ſe dilectus, & quidem magna cum celeritate diſcedens, alio fugeret. *Fuge, ait, dilecte mi, aſſimilare capreę, hinnuloque Ceruorum ſuper montes Aromatum.* O pia, ò dilecta, vide, quid dicas, namque paucis tibi met contradicere videris. Rogas, vt ad te veniat, & mox eius diſceſſum iubes. Et quomodo benè ſimul hæc duo? Quo modo ſponſa ſuum poteſt à ſe repellendum cupere dilectum? aut enim eum non diligis, & ſic ficte, ſimulatè dixiſti, quando eum ad te venire vocaſti: aut eum enixè, vnicè amas, & ſic iocosè clamas, quando eum à te diſcedere mandas. Ego pro ea reſponſum dando, cum Patre Auguſtino ſic prius dicendum reor. *Diſtingue tempora, & concordabit ſcriptura.* Cum enim veniſſet, introiſſetque Diuinus ille ſponſus in hortum ſuum vocatus, ſuſceptuſque in ipſam piam, & D. Auguſt. fidelem animā, ei tantam ſpiritualem attulit lætitiam, & lætitię dulcedinem, vt ferre, capere finita non valens, ac liquefieri ſe prę iucunditate ſentiens, exclamauit quodammodo dicens, ſat mihi modo eſt, immo ſuperque, nequeo tantum dulcedinis hic capere. O mi cariſſime, paululum recede, & quidem

B aliqua cū celeritate, alioquin deficit anima mea, in ſe capere nequit quam à te iucunditatem percipit.

Eumdem ſenſum bellè facere dicantur illa Diui Petri Apoſtoli verba, Chriſto Domino facta, & in Matthæi Euangelio teſtata. *Domine, iube me venire ad te.* Matt. c. 14. d Cupiebat, efflagitabatque eſſe cum eo, & Dominum eſſe ſecum, quod vtique conceſſum fuit. *At ipſe ait veni.* Alibi verò idem Sanctus Apoſtolus dilectiſſimo magiſtro ſuo præſenti, edocenti totum hoc dixit contrarium. *Exi à me, quia homo peccator ſum Domine.* Luc. c. 5. b. O Petre, ò Petre, ſi cupis eſſe cum Domino, ſi rogas te vocari ab eo, cur poſtea iubes à te ipſum exire; recedere? & ſi prope te dumtaxat erat, qualiter à te exire rogabas? non enim idē eſt apud aliquem eſſe, & in eo manere, ſicut nec idem exire, & recedere, primum namque dicit prius intus eſſe, alterum verò tantum diſcedere. Vnica reſponſione morali vtrique dubitationi poteſt ſic ſatisfieri, quoniam Petrus nedum videbat coram ſe Dominum, quem omni humilitate maiori alloquebatur, ſed intus eximiam ab ipſo magiſtro ſibi collatam dulcedinem, & lætitiam ſpiritualem percipiebat, ſentiebat tantam, & eam quodammodo capere non valens, Domini receſſum pauliſper eſſe petendum adiudicauit. Nec parum refert conſiderare, qua occaſione, atque quando hæc dicta, factaque fuere, nimirum quando agebatur de captura piſcium, Piſces autem, referente Valeriano, innocentię, ac puritatis hieroglyphicum ſunt; hinc & antiquorum ſacerdo- Pier. Valer. lib. 31. de piſcib.

C tibus licebat, immò eis præcipuè dabatur, piſcibus veſci ad indicandam eorū bonitatem, innocentiam, & ſuo modo puritatem requiſitam ad ſacerdotum munera benè ſubeunda. Quibus noſtro in propoſito dari benè poteſt intelligi, quod accedentes ad noſtrum hoc ſacramentale conuiuium omni puritate maiori, & innocentia vigere debent, vt ſalutare, iucundumque iubilum ex tanti ingreſſu Domini precipere, & ſentire valeant.

Et ſi quandoque videtis hominem pium, fidelem ad hoc diuinum conuiuium pergere flentē, gemitus, & ſoſpiria multa emittentem; & poſt hæc ſumpta communione ſanctiſſima reuerti genuaflectentem, terrę ſolum oſculantem, pectora pugillis ſua percutientem, optimum vos collaudantes opus, ne credatis propterea ipſum carere intus ſpirituali conſolatione, ſanctaque lætitia, de qua re illud Canticorum pulchrè exponitur. *Deſcendi in hortum meum.* Cant. c. 6. d. Vbi Theodoretus ait, nimirum in dilectos ſuos, foris aſperitate peractos, lacrymis conuolutos, flagellis cæſos; intus verò cælitus reſtauratione, ſpiritualis nuclei dulcedine refertos; foras egrediuntur amaritudines, intus manent à Deo collatę dulcedines, non quidem huius ſæculi, ſed cæleſtis animarum noſtrarum ſponſi. Quò pariter venit, & bellè facit illud primi eorumdem Cantici. *Nigra ſum ſed formoſa.* Foris proſpectantium oculis, ſed intus affert veniens iucunditatem ſponſus: foris fleo, intus lætitia exilire me ſentio: foris Cant. c. 1. a Theodoret.

madeo

Ibidem. madeo lacrimis, intus exulto gaudijs ſpiritualibus magnis. *Nolite conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol*. Sole clarius radiorum ſuis terrę concaua, & mineras penetrante humiditas egreditur, aurum verò, & argentum ibi generatur, quoniam datis tot gradibus caloris forma auri, & argenti, quandoque introducitur, terra tamen foris aſpera remanet, & rudis. Ingrediente Chriſto Domino ſole myſtico, & iuſtitię animam fidelem, deuotam hoc in Sanctiſſimo Altaris Sacramento, Theſaurus ſpiritualis iucunditatis, & gratię ſalutaris augmentum ei datur, quę foris non videntur. D

Simile.

Non abſurdum, precor, videatur huc referre conſiderandum illud Sancti Dauidis ſic dicentis. *Lauda Ieruſalem Dominum, lauda Deum tuum Syon. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarũ, & benedixit filijs tuis in te*. Quod ad literæ ſonum facile id intelligi poteſt de quorumdam aduerſariorum exercitibus, qui caſtramentati apud Ieroſolymorum Ciuitatem ad ingrediendum, & perdendum eam, Deo ipſo pugnante pro ſuis, non præualuerunt inimici, ſed in fugam dati receſſerunt. Noſtro tamen in morali propoſito, fidelium quiſque dicatur eſſe velut Ciuitas, vbi pacis debet eſſe viſio: cuius ſerę rationales potentię: cuius atrium, ipſamet rationalis anima: cuius filij operationes immanentes, affectus, intellectiones, & volitiones. Hanc ingrediente per Sacramentum hoc venerabile, atque per gratiam, Chriſto Domino, ea omnia confirmantur, confortantur, & benedictione copioſa cum ſpirituali iubilo replentur.

Pſal. 147.

Vnde tantam ſpiritualem tibi exultationem arbitraris, ò piè, ò dignè communionem ſacratiſſimam hanc frequentans? ſane quoniam ipſe Chriſtus Dominus in te ſacramentalitèr ſuſceptus ingrediens, tuam pietatem, innocentiam, deuotionemque intuendo, talẽ tibi elargitur iucunditatem, impertit conſolationem. In cuius perſona nimirum piè ad templum pergentis, deuotèque communicantis, illud Diuini Vatis Pſalmigeri non nefas eſt intelligi. *Quoniam tranſibo ad locum tabernaculi admirabilis vſque ad Domum Dei. In voce exultationis, & confeſſionis, ſonus epulantis*. Age pænitentiam, confitere delicta tua, animę viribus exulta, Deum benedictum lauda, Chriſtum Dominum hoc in ſacramento manduca, ſonet in aureas eius vox laudis, gratiarumque actionis, & bene tibi erit. E

Pſal. 41.

Hinc iure conſiderandum, Euchariſtiam dici bonam gratiam, quia benè ſumentibus eam ſimul gratię augmentum, lætitię ſpirituales, Regięque iucunditates impertiuntur. *Introduxit me Rex in cellam vinariam*. Et cur non ait potius introduxit me ſponſus, cum ibi colloquia inter ſponſos habeantur? Tamen Rex, & non ſponſus nuncupatur? Reſpondent contemplatiui, quoniã per eam vini cellam de facili poteſt intelligi Eccleſia, & Sanctiſſimi Altare Sacramenti, in cuius ſumptione communicantibus non indignè Regales, immenſę conferuntur iucunditates. Ingredere, accede, ſume, anima pura fidelis, & mirum inmodum iucundaberis. Senſus verò talis præfatę ſcripturę accommodatus pulchrè quidem educitur ex textu Græco, & Philone Carpatio atque Symmaco, legentibus. *Introduxit me Rex in promptuarium ſuum*. Quod quippe ſonat ne dum cellarium neceſſarijs plenum, ſed copioſe ſimilibus refertũ; nec dumtaxat aliquibus pro diebus, verùm etiam ad longum tempus. Hinc & Diuus Ambroſius de Sacramentis aſſeruit hoc ſponſę fidelis dictum, & introductionem benè intelligi poſſe ad ſacroſanctum Altare, & Sacramentum Euchariſtię. *Vbi bona libamina, vbi boni odores, vbi mella ſuauia, vbi fructus diuerſi, vbi epulę varię, vbi plurimis epulis tuum prandium condiatur*. Ita ibi ait Ghiſlerius, totum deducens ex ipſiuſmet Diui Ambroſij, ac Philonis Carpatij expoſitionibus, & ſententijs in Canticorum præfata primi capitis verba. F

Cant. c. 1. 2.

Textus Grœcus. Philo. Carp. ſymm.

Ghiſler.

Innocentię autem, puritatiſque continuò conſeruandę numquam obliuiſcaris, alioqui te ipſum condemnas, & Dominum ſic ſumens contemnis, dolentem ſe ſic male à te tractari, & ſumi. *Vt autem non iudicium manducent, & bibant bene viuant*. Inquit Diuus Pater Auguſtinus. O verè indigniſſimum facinus, vt in homine peccatis referto ſumatur ſacramentaliter Dominus, innocens, & puriſſimus Dei Agnus. Venientem ad te virorum nobilium aliquem, vt hoſpicio ſuſcipiatur tuo, ſi non recipis, dicendo, parce, quæſo, nullam enim commoditatem aptam tanto pro viro equidem habeo, ipſe tranſit, & recedit At ſi ſuſcipis, & in loco fætido, vili turpiſſimo ponis, certe maiora apud eum

Diu. Aug. de Verb. Dom. ſermon. 146. Simile.

& quos

Digitized by Google

A & quoſque id audientes factum, mala merita acquiris. Tu te ipſum ſi attendis, ac de facto noſcis dolo plenũ, culpis innodatũ, atque tunc cæleſtem Dñm ſic ſacramentaliter tuo animę hoſpicio non ſuſcipis, ſanè non vltra demereris; immo donec pænitentiam agas, benè facis, noua ex eo non propterea ſuſcepto mala merita non acquiris. *Aperi mihi*, ait, *ſoror mea, amica mea, quia caput meũ plenum eſt rore, & cincini mei guttis noctium*. Nempe ſacrorum, & ſanctorum copia charismatum, ſed illa dilecto aperire, eumque ſuſcipere nolens, cauſamque reddens, ait. *Expoliaui, me tunica mea, quomodo induar illa? &c.* Ille propterea ſic audiens, aperire ſibi pulſanti renuentę attendens receſſit. *At ille declinauerat, atq; tranſierat.* Non tamen condolens, licet quodammodo indignans, ſed non pro tunc vindictã de torpente ſumens; ne in turpi reciperetur habitaculo, & ab ea, quę fortè puritatis, & innocentię tunica erat expoliata. At ſi ſic te habens, ni mirũ culpis refertus dum reperiris, tamen accipis, certe peius quam, vt ſic dicam, in ſtabulo vili fetidiſſimo loco reponis, & ſic apud eum ſummopere condemnaris. Cant. cap. 5. a. b. Ibidem. Ibidem.

Item infidelis ſi contemnit, dimittit, non eſt mirum, ſed quod fidelis homo ſuſcipere renuat, aut cum peccatis ſumat, hoc penitus abſurdum. *Si inimicus*, ait, *meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique, &c. At homo pacis meę, in quo ego ſperabam; magnificauit ſuper me ſupplantationem*. Inſtar proditoris Iudę Iſcariotis Dominum tradit, qui in loco turpiſſimo reponit, & ſeipſum miſerrimè condemnando perdit. Qua de re, *Cogitantes ergo gradus veſtros, ſeruantes & profeſſionem veſtram, accedite ad carnem, & ſanguinem Domini*. Ait Sanctus Pater Auguſtinus. Hæc fidelium quiſque recogitet, ſuum ſpiritualem Thalamum exornare bene ſtudeat, ſic Dominicam bucellam ſumat, & humiliter bonis ſpiritualibus lætari, exultareque præſumat. Pſal 54. Pſal. 40. B D. Aug. vbi ſupra.

Demum etiam nonnulla conſiderantur circa reſiduum illiuſmet ſententię Sancto Auguſtino factę, ſed mutaberis in me.

DEVS filius non amittendo, quam habebat diuinitatem, factus eſt in tempore homo; nec mutata eius diuinitas in eam, quam aſſumpſit humanitatem, ſed ambę naturę, diuina videlicet, & humana vnitę in ipſius filij Dei perſonalitate, non tamen permixtę. Vnde C ſic Sancta canit Eccleſia. *Deus homo factus eſt, id quod fuit permanſit: quod non erat aſſũpſit, non cõmixtionem paſſus, neque diuiſionem*. Ita ſuo modo corpus, & ſanguis Domini Sacramentum ſub ſpeciebus panis, & vini, quamuis ſumatur ab homine pio, fideli, tamen eius diuinitas, & humanitas, Chriſtus ipſe Dominus in ſubſtantiam ſumentis non conuertitur, in ipſum ſumentem non mutatur, bene verum eſt, quod, prout ait Diuus Thomas. *Corpus Chriſti remanet in hoc ſacramento, non ſolum in craſtinum, ſed etiam in futurum, quouſque ſpecies ſacramentales manent, quibus ceſſantibus deſinit eſſe corpus Chriſti ſub eis, non quia ab eis dependeat, ſed quia tollitur habitudo corporis Chriſti ad illas ſpecies, &c.* Conſumptis itaque illis ſacramentalibus panis, & vini ſpeciebus, ac viſibilibus accidentibus, ceſſat quoque ibi eſſe Sacramentum, corpus, & ſanguis Chriſti per habitudinem videlicet, quam habet ad illas ſacramentales ſpecies, Non tamen conuertitur in aſſumentis ſubſtantiam, bene quidem ei deuotè, ac benè præparato communicanti dat ipſe Dominus gratię augmentum, & ſpiritualium largitionem munerum. Antiph. ad bened. in circun. Domini. Diu. Thom. 3. p. q. 76. a. b. ad 3. arg.

Ceſſante ſic itaq; ſacramentaliter eſſe ibi Chriſto Domino, conſumptis ſcilicet accidentibus, & ſpeciebus illis ſacramentalibus, manet tamen allatę ab eo augumentum gratię, & ſpiritualium huiuſmodi donorum. Quemadmodum recedente ſuis cum radijs ſole tuo de cubiculo, quod intrauerat per oſtium, vel per feneſtras eius, ſplendor nihilominus aliquis ab eo videlicet pro Simile.

uenien s

Digitized by Google

ueniens ibi manet illuminando, donec noctis ſuperueniat vmbra, ſiue tenebrę. Sic ſuo ſacramentali, ac mirabiliſſimo modo Chriſtus Dominus ſol iuſtitię myſticus, quamuis ceſſet eſſe ſacramentaliter in te conſumptis ſpeciebus illis, & accidentibus, remanet attamen ſplendor eius gratię in te, ipſa gratia te illuminans, & formoſū Dño Deo corā, & Angelis eius reddens, donec ſuperueniat in te nox, & tenebrę culpę. Cui quidem propoſito bellè facit illud D
Iſai. c. 58. c. d Iſaię dicentis. *Cum effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebrę tuę erunt ſicut meridies, & requiem dabit tibi Dominus ſemper, & replebit ſplendoribus animam tuam, & oſſa tua liberabit, & eris quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum, cuius non deficient aquę.* Sitire, & eſurire Chriſtus Dominus dicitur animarum noſtrarum ſalutem, & aquiſitionem, effunde animam tuā ei, vt afflictam conſolatione repleat, & dum ipſe myſticus ſol per Sacramenti ſumptionem in te intrare dignatur, tuas tenebras illuminet, ex quo tuę animę oſſa, nempe rationales potentię magno robore confortentur, & gratia irrigaris copioſa, quę viuo fonti aſſimilatur. Qua de re Domino Dauid.
Pſal. 35. *Apud te eſt fons vitę, & in lumine tuo videbimus lumen.* Præfatum verò exemplum in propoſito accipiatur, quatenus facere videtur.

Hac fortaſſis ratione, & præfatis verbis Iſaię, qui benè, deuotèque ſanctiſſimum hoc ſumit Sacramentum, dicitur mutari in ipſum Dominum, non quidem diuinam in eſſentiam, nam id omninò implicat, vt videlicet de creatura Creator, & Deus quis fiat; ſed quoniam pius, fidelis, deuotus homo per huiuſmodi tanti ſumptionem Sacramenti, melior euadit, optimos mores acquirit, gratię augmento colluſtratur, in via Cæli, ac mandatorum Domini roboratur, & ſic eo magis Chriſto Domino aſſimilatur. Quo in ſenſu illud Dauidis intelligi etiam poteſt. E
Pſal. 81. *Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes.* Nempe vt aiunt Gloſſę, participatiuè. Quam autem cibus iſte ſacramentalis noſter cor hominis, eum deuotè ſumentis confirmet, vires augeat, ſpem firmet, fiduciam & ſecuritatem aduerſus inſurgentes malignos hoſtes afferat tutè pergendi viā demonſtret colluſtratam, ex eius typo, & inſigni figuratiua ſcriptura conſideretur. Fugienti Elię à facie Iezabel dirè perſequentis eum, occurit Angelus Domini, & ſubceneritio pane, ac vaſculo aquę ſic eum robore firmauit, vt poſt ſomnum, & huiuſmodi poſt comeſtionem cibi, quadraginta dierum iter tutus, validus perexerit.
3. Reg. cap. 19. b. *Qui cum ſurrexiſſet, comedit, & bibit, & ambulauit vſque ad montem Dei Horeb.* Vbi Diuus Pater Auguſtinus ait, quoniam cibus ille mani-
D. Auguſt. bus Angelis præparatus. O quanto igitur magis hic noſter ſacramentalis erit valde maioris virtutis, per manus ipſius Regis Angelorum nobis paratus, caro videlicet, & ſanguis eius? Dormi, nimirum meditare largitatem Domini, poſt hæc ſume, & iterum cape ſomnum, nempe contemplare opus eſſe charitatis immenſę.
Pſal. 126. *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini, filij merces, fructus ventris.* Huius virtute roboraris in corde, formaris ſpe, colluſtraris intellectu, memoria, ac voluntate, facilius tutius perueniens vſque ad Dei montem, ad Cælorum cacumina. F

Huic propoſito pulchrè quidem facere videtur illud diuinę Geneſis ſcripturę, quando videlicet Abraham conuiuium repertis tribus Angelis paraturus
Gen. c. 18. a. ait. *Ponamque bucellam panis, & confortetur cor veſtrum.* Vnam tantum illis bucellam panis? Et ſi Angeli beati, cor eorum non eget confortari, eoque minus cum in corporei, quomodo igitur bucella, panis ob id opponenda eis? ſanè quoniam ea figurabatur fortaſſis hoc noſtrū ſacramentalem conuiuiū. Conſecrata panis bucella, fidelibus velut tot Angelis, vitam ſcilicet velut Angelorum ducentibus tunc iure porrigenda. Itaut illud Dauidis dici valeat. *Panem Angelorum manducauit homo.* Quod videlicet illi Angeli in figura,
Pſal. 33. hoc homines pij, fideles in re, & in ipſo figurato, vt eorum cor confortetur animę, & quæque rationales eorum potentię illuminentur. Cui propoſito optime quidem facit illud quoque Dauidis. *Guſtate, & videte, quia ſuauis eſt Do-*
Gen. c. 3 b. *minus.* Prius dicendum videbatur, videte, inde verò guſtate; prout ſcimus factum à primis parentibus noſtris, prius enim viderunt vetitum illud pomum inde verò ſumpſerunt guſtandum. *Vidit igitur mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, &c.* Ni enim ceci, prius cibum videmus, poſtea guſtandum ſumimus. Optime tamen noſtro in propoſtto, & ſenſu dixit ille Va-

tes.

Digitized by Google

A tes. Nam forte hac de noſtra Dominica cena præuidens intellexit. Quę fideliter, ac deuotè ſumentibus, guſtantibus intellectum illuminat, memoriā roborat, & voluntatem incendit, ad cognoſcendum diuinam largitatem, ad recordandum Domini mirabilium, & ad ipſummet Dominum toto corde diligendum, eique gratias agendum.

Quod panis præſertim triticeus cor hominis confirmet, hoc aſſeruit ille Pſalmigerus Vates, & experientia ipſa nos edocet. Similiter quod afferat comedenti vitam, velut quotidianus, valdeque aptus ſubſtentationi noſtrę cibus, id etiam Philoſophi non ignorarunt; at quod nuncupetur panis intellectus hominis, hoc mirandum in modum eſt, attamen diuina in Eccleſiaſtico ſcriptura de miſericorde Domini Dei opere id aſſeruit dicens. *Cibauit eos pane vitę, & intellectus, &c.* Verum ſi dicatur præuiſum, atque prædictum hoc de noſtro Angelorum pane diuiniſſimo, ceſſat quæque huiuſmodi admiratio quoniam ſumentis hunc intellectus illuminatur, & corroboratur ad intelligendas valde melius diuinas ſcripturas, & Domini mandatorum vias. Etiam de Ionata Saulis Regis filio legitur, quod cum de quodam melle vix paululū deguſtaſſet, mox ſibi oculos aperiri cognouit. *Et illuminati ſunt oculi eius.* Numquid tunc ille cecus? Minime, numquid mel id non cognouerat eſſe? Cognouit, ad illius fauum virgę ſummitatem extendit, intinxit, & ad os appoſuit; ſed potius, quam corporis, intellectus oculi eius apperti probè intelliB guntur; vnde ſe contra Regis patris mandatum feciſſe cognouit. Sic fuit cibus magis intellectus, quam oris. Ita, ſed ſuo excellentiori modo aſſeratur, hoc de noſtro ſacramentali, melliſluoque cibo. Ille terrenus, iſte diuinus: ille tantum hominum, vel etiam brutorum, iſte fidelium, & ſuo modo etiam Angelorum: ille pro corporis ſubſtentatione, ac vita paratus, iſte pro animarum ſalute inſtitutus. Sume, guſta, comede, fidelis, & iuſte, atque valdè magis aperientur oculi intellectus tui ad cognoſcendum quę ſaluti tuę quotidie magis expediunt.

Pſal. 103.
Eccl. cap. 15. a.
1. Reg. cap. 14. d.

Hanc ſanè veritatem non ignorauit, ſed præcognouit, qui Domino Deo dixit. *Super ſenes intellexi, quia mandata tua quæſiui.* Et hoc inter cetera Ieſu Chriſti mandatum, vt videlicet hoc ſanctiſſimo communicemur Sacramento, eomet dicente Domino. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Quod autem nos ipſa re, & ſacramentaliter, Dauid ſpiritualiter, & magna quidem pietate affectabat manducare, iccirco ſuper alios, & quippe ſeniores intelligentem ſe factum aſſuetabat. Iuxta cōmunem, illud prouerbiorum nono. *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolauit victimas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam.* Exponitur intelligendum de verbo Dei perſonaliter, qui ſcilicet Dei filius humanitatis domum, & Eccleſiam ſibi ædificauit, quam ſeptiformi Spiritus Sancti gratia, ſeptemque Sacramentis communiuit; ſed præcipue per victimas ipſummet ſaC crificatum intelligunt, & quidem ſub numero plurali, quoniam ſuper omnes oblationes profuit. Per menſam verò paratam, & potum, ſanctiſſimum Altaris Sacramentum ſub ſpecie panis, & vini datum benè intelligi dicunt; in calice ſiquidem vinum, & aquam miſcere iubemur. Verum cur potius ſub nomine ſapientię, quam Verbi, vel Filij Dei ipſe inſtitutor deſcribitur? dicente ſcriptura. *Sapientia ædificauit.* Sanè quoniam ille ſapientia Dei Patris eſt genita. Sed adde, quia ſumentibus dat benè intelligere, ſapienter, & prudenter ſapere. *Fons ſapientię Verbum Dei in Eccleſijs, & ingreſſus illius mandata æterna.* De Dei verbo perſonaliter ibi ſermo, quod fons eſt ſapientię, fons verò quā tranſit, vel quō ingreditur ſuos humores, ſuum ſaporem habentes, effundit, & imittit. Te ingreditur? Ergo tibi talia Dei verbum elargitur. Sume, exulta, ſape.

Pſal. 118.
Ioan. c. 6. f.
Prou. c. 9. a.
Interl. Lyra. Ordin.
Eccl. c. 1. c.

Quod autem ſacramentalis cibus iſte dicatur etiam memorię, audiatur Pſalmiſta id præuidens, ac dicens. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum, &c.* Lyranus in præfatum Prouerbiorum locum dixit Dominum memoriale omnium mirabilium ſuorum feciſſe, quando diuiniſſimum hoc inſtituit ſacramentum Et Diuus Thomas de Sacramentis agendo, illud Dauidis adducit. *Domine memoriale tuum in generationem, & generationem.* Atque intelligendum per illud memoriale ſanctiſſimū hoc Sacramentum ait. Innumera, mirabilia, quæ Dominus fecit, ipſe hoc in memoriale mirum in modum epilogando concluſit.

Pſal. 110.
Lyran. vbi ſupra.
Diu. Thom.

Digitized by Google

Memoriale alicui datur, vt eorum, quę peracta, vel peragenda ſunt, recor D
Simile. detur. Hoc nobis memoriale dare Dominus voluit, vt benefactorum eius recordemur, creationis, conſeruationis, prouidentię, reparationis, gratię largitionis, alio in ſæculo glorię ſuę conferendę, ac huiuſmodi mirabilium
Canon. conſec. eius, ſed præcipue paſſionis, & mortis Dominicę. *Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis.* Ad magnam paſſionem, & mortem breui perrecturus in intercenandum dixit, quando & Sacramentum hoc inſtituit. Item ne obliui ſceremur muneris noſtri, pie ſcilicet viuendi, laudes eidem Domino dicendi, & gratias optimo largitori continuò agendi. Sic ipſe noſtram corroborat hoc Sacramento memoriam, ne illius largitatis, & noſtrę ſalutis obliuiſcamur

Quod verò ad voluntatem, eam ipſe ſuauiſſime incendit, & incendij ſui, nempe dilectionis augmentum quàm valde in ipſo ſumente, vel ſumpturo facit, Cum Sponſa fidelis ipſum cæleſtem dilectum quæreret, ſe charitatis, dilectionis ardore ſuccendi vulnerarique clamabat.
Cant c.5.c. Alia Lect. *Adiuro vos filię Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei, quia amore langueo.* Alij verò vertentes ſic legunt. *Charitate vlnerata ſum.* Quòd ſi quærens illum inuenire, ſuſcipere, ſic exardebat, quanto magis eo inuento, ſuſceptoque incendi amore, charitateque debebat? Similia, atque valde maiora de pergentibus ad ſanctiſſimam communionem, atque de ſumentibus eam omni aſſeueratione maiori dicantur; eorum enim voluntas amoris igne, charitatiſque incendio dilatatur. Vocari quoque poteſt voluntatis menſa, nedum quoniam magna ſponte ſua illam nobis Dominus præparauit, ſed quia & nos ſponte, magnaque voluntate debemus accedere, atque ingenti cum lætitia ſpirituali ſumere, & E
Pſal. 53. noſtrum quiſque illud Dauidis vſurpet. *Voluntarie ſacrificabo tibi.* Sacrificium Deo Patri offertur, Sacramentumque ſumitur, dum homo pius, fidelis deuota hac menſa reficitur. Pacificum holocauſtum, hoſtia volunlatia nuncupatur, & eam facienti, ac ſumenti porta Cæli aperitur, vt habens illuc ingrediatur; iccircò & infirmis vt viaticum tutiſſimum datur. Quod forte præſignatũ fuit in illud Ezechielis.
Ezech. cap. 46.d. *Cum autem fecerit Princeps ſpontaneum holocauſtum, aut pacifica voluntaria Domino, aperietur ei porta, quę reſpicit ad Orientem.* Verè tot Principes ſunt Chriſti fideles, hoc ſpontaneum facientes, ſumentes ſacrificium, & Sacramentum, pergentes ob illud ingreſſuri feliciter Paradiſum, glorioſi orientis locum.

O deuotè fidelis, accede, manduca, venerare. Hoc nobis ſingulare priuilegium, vt manducemus cibum ſumma veneratione colendum. Quod prę
Pſal. 21. uidens faciendum Sanctus Vates Pſalmigerus dixit. *Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terrę.* Verum optima replentur pinguedine, qui hac ſacra reficiuntur communione, in qua cæleſtis, diuinaque, & humana pinguedo cõtinetur, ſiquidem Deus homo factus, ad quem accedendum, ſicque ſumendum idem Pſalmiſta nos præadhortando ait.
Pſal. 2. Lect. Hebr. Genebr. Alia Lect. *Apprehendite diſciplinam.* Lectio autem Hæbraica ſic aliter habet. *Oſculamini filium.* Genebrardus verò ſic vertendo legit. *Adorate frumentum.* Atque demum alij ſic. *Adorate manipulum ſpicarum.* Quę quidem diuerſę verſiones, & lecturę miro ſanè modo noſtrum in propoſitum conueniunt. Iure dixit apprehendendam prius diſciplinam, quia vtendum ea in carnis noſtrę caſtigationem, & mortificationem: poſthec accedendum ad oſculandum Dei filium, hoc eſt ad eum ore ſacramentaliter ſumendum, quem Sanctus Pater Auguſtinus eſt gloſſatus, eſſe videlicet illud F
D. Aug. in Ioann tract. 51. Ioan. c 12.d. frumenti granum, de quo ipſemet Dominus ait. *Niſi granum frumenti cadens in terra, &c.* Qui & ſpicarum faſciculus ibi videtur poſſe nuncupari, quandoquidem per concomitantiam eſſentialem tota ibi ſanctiſſima diuinarum perſonarum Trinitas, & per exhibitam venerationem, & reuerentiam tota cæleſtis curia.

De ſin-

Digitized by Google

A

De ſingulari præparatione, & neceſſaria ſumentibus diuiniſsimum hoc Sacramentum.

VERVM ſine dolo accedendum, ſine peccato ſumendum, alioquin ſacramentalis panis ſuauitatem vertet male ſumenti in pœnam, & caſtigationem. De inanium Deorum Imaginibus tractantes ferunt Apollinis ſimulacrum olim cum tritici ſpicis in manum vna, in altera verò cum fulgure repertum. Sanè ad indicandum eſſe cauſam abundantię frugum, ſed contemptum, cauſam ruinarum, ò quanto melius id noſtro accõmodatur propoſito! Dum ad hoc ſanctiſſimum Sacramentum venis, ad ſummam omnium bonorum copiam accedis; ſed caue à contemptu, & à peccatis, quoniam in poteſtate, in manu eius etiam ſagittarum faſciculus; igitur bonus, purus accedas, ne te iaculis eius perfodias, ſed ſpiritualibus bonis locuples fias. In Iudicum libro de quodam milite legitur, qui per ſomnium cũ
B vidiſſet quemdam ſubcinericium panem per aera volitantem, mox alijs reuelauit, & ab alio comilite ſuo ſibi dici audiuit. *Non eſt hoc aliud, niſi gladius Gedeonis*. O bonè Deus, ſi panis, quomodo gladius? Et ſi enſis, quomodo panis? Ille ferit, iſte nutrit, & miles vtrumque eſſe dixit. Reſpondetur, eo facilè figuratum fuiſſe hoc noſtrum venerabile Sacramentum, quod fidelibus porrigitur aduerſus Madianitarum, nempe Dæmonum exercitus, atque ſic optimè ſcriptura concordat. Panis de Cælo ſuauiſſimus eſt probis, gladius verò improbis: vita bonis, mors malis, eſto tu talis, vt ex hoc vitam, non mortẽ exhaurire poſſis.

Iconol. Cæſaris Ripę. — Iud. c. 16. d.

Nec minus poſt Sacramenti ſumptionem, quàm antea, cauendum eſt ab omni contemptu, & culpa; refecti namque tanto ſalutari cibo, debent fideles meditari largitatem, deprecarique miſericordiam Domini, vt præſeruentur ab omni labe peccati, & in nullam deſcendant ingratitudinis notam, talia ſic delinquentium merentem ſupplicia. Egreſſi de Ægypto Iudæi plurimum de Moyſe, & Aaron murmurauere, attamen, Deus ad eos punitione dandos non multus, non ſollicitus fuit; verum guſtato, & contempto Man ſuauiſſimo Angelorum cibo ab eis videlicet parato, iterum murmurationem facientes aduerſus eos duos ſapientes germanos, Deus iracundia magna percitus Iudæos percuſſit ignitorum ſerpentum aculeis. Quare? Audi Cyrilum Alexandrinum ſic reſpondentem. *Quoniam nuper ab Aegypto cum effugerint, panemque*
C *cæleſtem, qui cor hominis corroborat, adhuc non perceperint, facilius poterunt in cupiditates carnis incidere, propterea & venia digni viſi ſunt; poſtea verò quam Domino fruebantur, vt ſcribitur, tunc iure acerba dederunt ſupplicia*. Puritatẽ ante huius diuiniſſimi cibi ſumptionem, ac poſtea quoque conſerua; nam ſic adeptum conſeruabis diuinę gratię augmentum.

Exodi c. 16. c & 16. a. Num. c. 14. e. & c 16. b. c. 17. a. — Cirill. Alex. lib. 3. in Ioan c. 34.

O menſa Charitatis, ò cibus ſanctę dilectionis, exardeſcere fac tuo amore animam meam, vt non indignè te ſumam. Bene ſponſa fidelis anima inquit, *Fortis eſt vt mors dilectio*. Sed iure poſſumus addere, dilectionem morte valde fortiorem; mors namque cunctis viribus ſuis præſtare nequiuit, vt Ieſu Chriſti corpus ſanctiſſimum in monumento vermium dentibus corroderetur. *Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*. At benè dilectio, & amor efficere potuerunt, vt ipſe Chriſtus Dominus ab homine, dicto vermi manducaretur eo in ſanctiſſimo Altaris ſacramento. *Ego vermis, & non homo*. Nempe per humilitatem, & propriam vilitatem in reſpectu ad tantam Domini magnitudinem, excellentiam, dignitatem. Diligam te Domine, vt poſſim te cibum charitatis manducare in ſalutem, non in perditionem, animę meę. cuius quippe rei Impreſia poſſet eſſe, candida roſa. hinc Apis, & hinc ſcarabeus, vel muſca, ſiue ſcrabro, aut Aranea ſumere, ſugere tentantes. *Sumunt boni, ſumunt mali; forte tamen inæquali vitę, vel interitus*. Fac me Domine Ieſu Chriſte inſtar eſſe Apis indu-

Cant. c. 8. d. — Pſal. 15. — Pſal. 21. — Sequent. Sanct. Sacram.

induſtrioſę, non velut turpem ſcarabeum, aut venenoſam Araneam opus D
erit tuę immenſę largitatis, & meę perpetuę ſalutis; tu Deus perpetuò laudandus, ego vermis homo gratias tibi ſemper acturus, magnificabo te Deus meus.

O ſuauiſſimum, ò pingue conuiuium, ò pretioſiſſimam dapem, quam ipſe Dominus inſtitutor eius degustare, & ſuis cariſſimis conuiuis, fidelibus diſcipulis dono dare generoſius impartire dignatus fuit. De Xerſe magno Rege ferunt, quòd generoſa conſuetudine ſua de cibis ſibi in menſa paratis, allatis prius ipſe paululum ſumens, mox poſtea ſuis familiaribus, & domeſticis comedendos dimittebat, iiſdem propterea gratiores, & ſuauiores, quoniam ab ipſo Rege prius dapes deguſtatas, quò probè venit illud, prout ſupra, relatum à Diuo Thoma de Ieſu Chriſto ſe ipſum communicante.

Diu. Thom, vbi ſupra.

Rex ſedet in menſa,
Turba cinctus duodena,
Se dat ſuis manibus,
Se cibat ipſe cibis,

Accede fidelis, ama, ſume, lauda, venerare: & gratias ne obliuiſcaris agere. Attendamus id eſſe prius ſacrificium, inde verò ſumendum à nobis ſacramentum. Qnoniam prius Deo Patri offertur, inde à fidelibus ſumitur. Etiam Iob ille patientia mirè celebris antequam ipſe, ac filij eius ad conuiuia per ſingulos dies irent holocauſtum Deo prius offerebat, inde vel in eorum domibus, E
vel in ſuis ædibus comedebat. *Conſurgenſque diluculo offerebat holocauſta per ſingulos.*

Iob. c. 1. b.

Documentum fidelibus, vt prius ſaltem ſe ipſos per carnis caſtigationem, & mortificationem Domino Deo ſacrificent; inde verò ad ſacramentale conuiuium hoc accedant, largitori gratias agere non obliti.

Iterum ſumatur breui conſiderandum illud, quod Diuo Patri Auguſtino dictum ſupra adduximus. *Sed tu mutaberis in me.* Quibus ſane verbis pulchrè, ac moraliter intelligi datur, nos quoque eſſe ipſius Domini cibum, cum ſiquidem dignè communicans, ſumens, conuertatur ſuo modo in ipſum. O ter, quaterque felices pios fideles, deuotè tanto Sacramento communicantes, ſumptos, ſumentes, in Dominum ſuum ſic pio, ſancto modo conuertendos. Verum omni animaduerſione maiori attendendum, ne cibus nos Domino Deo durus, crudus, acerbus, turpis, ac ſordidus ob delicta noſtra comperiamur, ad retineri in ſtomaco difficilis, atque nauſeam faciens; ſiquidem huiuſmodi, qui reperitur ex ore, ex ſtomaco euomitur: & ideo apud Ioannem eius in Apocalypſi. *Sed quia*, inquit, *tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere de ore meo.* Quam quippe ſententiam exponens Diuus Gregorius, ait, per calidum intelligi charitate Dei feruidum; per frigidum verò eũ qui cum in lætali ſit crimine, ſuam tamen culpam agnoſcit: tepidum autem, qui cùm gratia careat, per hypocriſim ſe probum ſimulat. Abbas verò Ioachinus ſubiungit ita, prout apud Blaſium Viegam ibi. *Calidus eſt, qui gaudet in* F
Domino, frigidus, qui triſtatur in ſe pro peccatis ſuis. Tepidus autem, qui nec triſtis per pænitentiam, nec lætus eſt ad obſequium Dei. Caue itaque tibi, talis ne reperiaris; ſed potius charitate feruidus, timoreque Dei pauidus, ne te euomat ipſe Dominus.

Vbi ſupra.

Apoc. c. 3 d.

Diu. Greg. Moral. lib. 34 c. 2.

Abb. Ioach. apud Vieg.

Audi precor, attende, quid agendum intellige. Pænitens tu tua confitere delicta: gratias Domino Deo age, laudes tribue, & ad ſacroſanctum hoc conuiuium ſic fideliter accede. Notant Doctores non abſque optima ratione factum, vt poſt Iudam oriretur Iſachar frater eius, quoniam quidem Iudas interpretatur. *Confitens, vel glorificans.* Iſachar verò prout ſimiliter apud linguę Hebraicę profeſſores. *Vir mercedis, aut merces mea.* Ac ſi diceretur, debet præcedere confeſſio tuę culpę, atque laudis diuinę, vt inde benè ſequatur præmium, & merces. Qua de re Philo Hebręus. *Iſachar, ait, qui merces vocatur merito poſt gratum Iudam in lucem eſt editus.* Per contritionem ergò, & confeſſionem ſacramentalem à delictis conſurge, laudes Domino Deo tribue, vt dignè ſic merearis accedere, & non euomi de ore benedicto Domini. Conſeruaturo Moyſi iuſſu Domini Man illud candidum in tempus futurum, dicitur. *Sume vas vnum; & mitte ibi Man, &c.* Alij verò poſſe legi dicunt. *Vas aureum.* Ad Manna illud reponendum, & conſeruandum. Cyrillus autem in Ioannẽ occaſionaliter aſſerit, per illud Manna miri ſaporis candidum, fuiſſe figuratũ, ſignifica-

Philo Heb. lib. de Plantat. Noe.

Exodi. cap. 16. g.

Cyrill. Alex. In Ioan. lib. 3. c. 34.

Digitized by Google

A ſignificatum diuiniſſimum hoc Sacramentum. Sanè vt ſcias vir fidelis, oportere te eſſe inſtar vaſis aurei, puri, ſine macula pretioſi, vt tantę pretioſitatis locus, ſeu Thalamus effici, eamque in te ſuſcipere, & conſeruare merearis.

Memento quod ipſe Dominus olim Iſraelitico Populo, ac inde noſtrorum cuique fidelium ait. *Dilata os tuum, & implebo illud.* Tunc fortè implendum illud os eorum Manna de Cælo Angelorum miniſterio. At noſtrum hoc ſanctiſſimo Sacramento. Illi ore, corde clamabant in deſerto prę admiratione, & gaudio; at nos in ſæculo Domini Dei laudibus, & gratiarum actionibus præoccupemus faciem eius, ſic minus imparati, minus indigni accedemus replendi pretioſitate ſanctiſſimi huius Sacramenti. Cellenſis Abbas de panibus cæleſtis menſę ait, occaſione præfatę Dauidis ſententię. *Dilata os tuum in actione gratiarum. Deus in hac menſa poſuit ſua beneficia, Angelus obſequia, homo os ſuum aperit in laudem Dei, Deus implet illud tam adipe diuinitatis, quam carne, & ſanguine integerrimę naturę humanę.* Diſce homo, diſce quomodo tu te habeas gerere, præparare in acceſſu ad Altare cauſa tantę pretioſitatis ſumendę, vt ſumpta ſanctificeris ab ea; non repellendus, non euomendus, ſed vltra ſumendus, eleuandus ad cæleſtia. *Quantum itaque poſſumus cum Domini adiutorio laboremus, ne ipſe Dominus noſter in templo ſuo, hoc eſt in nobis ipſis inueniat quod oculos ſuę maieſtatis offendat. Sed habitaculum cordis noſtri euacuetur vitijs, & virtutibus repleatur; claudatur Diabolo, & aperiatur Chriſto.* Ita Dicebat Sanctus Auguſtinus, ita & nos cum eo dicentes ſimilitèr faciamus.

Pſal. 80.

Cell. Abbas.

D. Aug. ſer. 252. de tẽp.

B In memoriam, quæſo, reuertatur illud Regum tertio, quando ſcilicet à vetulla quæritantę ligna Elias petijt cibari bucella panis, hoc reſponſum accepit. *En colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur.* Sed numquid veneno infectum illud cibarium? aut ad hoc comeditur, vt comedens moriatur? non ita, ſed moralis ſenſus eſſe poſſe videtur, ac ſi dixiſſet, vt ſic paruo, humili cibo; pane ſolo veſcentes, caſtigemus, mortificemus omnes noſtras paſſiones, moriamur mundo, & viuamus Deo. Quod neceſſum nobis ante, atque poſt comeſtionem huius azimi, ſed ſacramentalis cibi, qui eſt nobis ſacrum mirabile, ac optimum ad hoſtibus, & peccatis omnibus reſiſtendum, ad parandam eos aduerſus victoriam, ad benè mori, atque proſperè ſurſum progredi. *Domine, vt ſcuto bonę voluntatis tuę coronaſti nos.* Vbi Arnaldus ait, id intelligi de hoc ſanctiſſimo Altaris Sacramento. Quam obrem vt ſemper deffendaris, benèque dirigaris, piè, frequenter accede, lacrymis madidus, bonis meritis refertus ſume, lauda, gratias age, & bene tibi erit hìc ad victoriam, & poſt hæc ad gloriam. Sic præpara, ſic orna Thalamum cæleſtis ſponſi tuum, vt probe aptum præſtes Domino Deo tuo habitaculum in terris, vt ipſe te ſuſcipere, gloriæque corona donare dignetur in cælis.

3. Reg. cap. 17. b.

Pſal. 5.

C

Alia quoque vtilis conſideratio noſtrę præparationis ad ſumendum ſacramentaliter Dominum, & poſtea piè conſeruandum.

IN memoriam mihi diuiniſſimum hoc Sacramentum ſumpturo ſæpe venit quod à pijs, atque deuotis viris audiui dicentibus. Quantum fieri poteſt debere cordis, & corporis lacrymas præcedere, atque ſubſequi hanc Dominici corporis ſumptionem. Compertum eſt apud fideles pietatis, ac deuotionis profeſſores, lacrymis honorari, atque coli Ieſu Chriſti paſſionem, & mortem. Quod eſt ipſi maximoperè gratum. Qua de re D. Bernardus ſermone de vite ait. *Date lacrymarum flumina in tantis vinculis morienti. Vacate, & videte quàm amare, quàm turpi morte condemnetur. Suſtinet enim adhuc, & deſiderat, ſi quis ſit, qui ſimul contriſtetur: ſi quem inueniat, qui ſanguinis riuos abſtergat, & è cruce depoſitum munda ſindone, non panni, ſed cordis inuoluat.* Modò fideliſſime, optimèque

Arnold. D. Ber. ſerm de vite c. 4.

Digitized by Google

que tenemus, hoc diuiniſſimum ſanctiſſimę Euchariſtię Sacramentum eſſe, D
repræſentatiuum Paſſionis, & Mortis Dominicę. Dicente ipſamet veritate,
Luc. c. 22. b. *Hoc facite in meam commemorationem*. Et iterum Diuus Paulus ad Corinthios hoc
1. Corint. c. 11. f. idem ad memoriam reuocat, dicens; *Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat*. Ergo ſi benè, ſi meritò vultis huic Sanctiſſimo Sacramento communicare, dimiſſis culpis, ſumite lacrymas, ſaltem cordis, qui non corporis, & in Domini honorem date largiter eas, & ſe Dominus dabit vobis libentius.

Non poſſum non admirari illud peractum in Phariſæi domo, quando Dominus ad menſam eius ſedens inuitatus eundem ſuum hoſpitem potius correxiſſe videtur. Magdalenam verò, & opus eius plurimum commendaſſe legitur.
Luc. c. 7. f. *Vides*, ait Phariſæo, *hanc mulierem? intraui domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti; hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, &c.* O bone Ieſu quem magnum aſſeris defectum, quam magnam dicis Phariſæi negligentiam? Attende, attende etiā ò Ieſu bone, quoniam vir iſte opiparum tibi parauit conuiuium, libenter te gaudens recepit hoſpitio. Vt quid tam tibi cura pro pedibus aqua, cum vini non deerat ibi copia? Huic petitioni breuiter, ac moraliter ſatisfacit prius ex
Recenſ. Doctor. recentioribus Doctor. *Plus, ait, fecit, gratiuſque habuit Dominus ſuſcipi inter Magdalenę lacrymas, quam inter Phariſæi epulas: iucundiores ei fuere contritę mulieris lacrymę, quam inuitantis vina, & epulę*. Attendite, & conſiderate dilectiſſimi, quam laudabilis ſit, & Domino grata præparatio cum lacrymis noſtra ad altare, ad ſummē- E
dam communionem Sanctiſſimam. Qui accedis, ingemiſce, & ſume.

Deus ipſe magis, faciliuſque ad te venit, trahitur lacrymis, quam vocibus, licet valde eleuatis. Diuini Eloquij profeſſores illud Regum tertij in memoriam, quæſo, euocent. Clamabant Sacerdotes Baal voce quidem magna, vt ille ſuus inanis, ac falſus Deus deſcenderet ad inflammandū quod parauerant ei ſacrificium, ſed fruſtra, & in caſſum. Elias vero ſubmiſſa voce, ac ſilentio, magno cum affectu orabat ſuum ad omnipotentem Deum ad hunc eumdem effectum ſimilem. Sed prius holocauſtum, & altare circumfecit irrigari aquis multis, & circumdari riuulis, atque tunc ſpiritus Domini mox venit, deſcen-
3. Reg. cap. 18. f. dit ad inuocationem ſerui ſui. *Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocauſtum, & ligna, & lapides, puluerem quoque, & aquam, quę erat in aquaductu, lambens*. O magnę Deus potentię, ò vir veri Dei, quid, quęſo, feciſti? Nonne magis congruere videbatur apponere ignem, quam aquam? vt facilius holocauſtum ſuccenderetur illud tuum? Non quidem ita tunc, ne humana, ſed diuina, nec creata, ſed increata virtute factum id omnes clamitarent, & verum viuum venerentur Deum. Optimè quidem ſic. Sed noſtrum in propoſitum pij cōſiderant, & meditantur contemplatiui, eas videlicet aquas adnotaſſe Sancti Prophetę lacrymas, quę cito, quę facilius attraxerunt cæleſtem ignem, & Domini ſpiritum in ipſorum iuſtorum conſolationem, & holocauſti ſucceſſio-
Doct. Moder nem, *Magis, quàm voce, lacrymis Propheta clamitauit. Ad vocem lacrymarum ignis è Cælo deſcendit, & ea omnia ſuccendit*. Ita ex moderniotibus vir Doctor, & pius meditando ea de re, atque occaſione aſſeruit. F

Videte quomodo Deus, quomodo eiuſdem ſpiritus ad nos trahatur, in nobiſque conſeruetur. In die Sanctiſſimę Pentecoſtes Spiritus Sanctus in ſimilitudinem ignis ſuper capita Apoſtolorum Domini deſcendit, & eorum corda diuino inflammauit ardore, atque cum ijs permanſit. Sed quibus præparationibus eos bene diſpoſitos inuenit? fortè fletu valido, & lacrimarum
Guarric. Abbas ſerm. 1. de Pentec. riuulis, per eorum genas deſcendentium. Audiatur Guarricus Abbas piè nobis ea ſic bellè inſinuando, ac dicens. *Puto quia neque in Apoſtolis locum inueniſſet Paracleti conſolatio, niſi quia lugebant ſe deſolatos*. Sollicitant aquę tales igneam cæleſtem linguam; vocant, allectant, trahunt diuinum conſolatorem. Gemas ergo madidus lacrymis quicumque deſideras ad te trahere Ignem diuinum, & conſolatorem optimum.

Pſal. 6. Cui propoſito pulchrè quidem facit imitatione attendendum illud Diuini Vatis Regij. *Laboraui, ait, in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis ſtratum meum rigabo*. Vbi notanda verſio Sancti Hieronymi hæc. *Natare faciam lectum meum prę abundantia lacrymarum*. Sed in gemendo quænam elaboratio,
Verſio Diu. Hier. vt diceret Dauid, laboraui in gemitu meo? Id exponens Alexand. de Ales

ait.

Digitized by Google

A ait, hoc eſt, laboraui, vt gemerem. Et quid fecit in hoc magni laboris? Ieiu- Alex. Alenſ.
nijs, vigilijs, orationibus, diſciplinis, atque conſimilibus Rex vſus fuit. Sed in Poſtil. in
iterum quomodo imaginari poſſum, vt quis nocte, etiam die adeo gemat, vt Pſal. 6.
lectum, in quo, lacrymis riget totum, ac natare faciat? Idem qui ſupra pater,
& doctor inquit, moraliter intelligendum de conſcientię ſtrato parando ſic
pro Domino Deo in illud gratuitè intraturo. Quod peregregiè quidem facit
propoſito noſtro.

Eumdem ſenſum facere videntur illa Canticorum verba nimirum ſponſę
ad dilectum ſuum facta. *Lectulus*, ait, *noſter floridus eſt. Tigna domorum noſtrarum*
cedrina. Laquearia noſtra cypreſſina. De lectuli ornamento tractare cum ſponſo, Cant. c. 1. d.
tranſeat; ſed vt quid ſermonem habere ibi ſimul de laquearijs, de canalibus,
per quos aqua decurrere ſolet? ſenſſus literalis ex Aloyſio Legionenſe cla-
riſſimus; nos interim hic moralem attendamus, exponunt gloſſę, ibi à ſpon-
ſa intelligi lectulum ſpiritualem, nempe conſcientiam, animę puritatem, &
munditiam. Ac ſi diceretur, huiuſmodi flores lectuli eſſe lacrymas cordis, &
corporis fuſas. Tunc, tunc libenter te audit, ad te deſcendit, qui te ſuum le-
ctulum, myſticum Thalamũ fecit, cum te ſic exornatum audit, mille benedi-
ctionibus replens. Ita pulchrè ratiocinatur, & alludit Ghiſlerius ibi. in expo
ſitione de Beata Virgine, de anima fideli ſponſa, & ex patribus collectione. Mich. Ghiſl. ibi.

Fidelium orationes à Domino Deo audiuntur, ſed deprecationes, quan-
B doq; exaudiri differuntur; at datis, adiectis lacrymis, vix contineri poteſt, quin
ille ſe poſtulantibus gratias elargiturum conferat. Reminiſcamini illius ma-
gnę luctę inter Patriarcham Iacob, & Dei verbum, vel eius Angelum. Pe- Gen. c. 31. f.
tente Iacob ab eo benedictionem, eam ei renuebat impertire; at lacryman-
ti, lacrymas de facto ab oculis per genas emittenti mox conceſſit, & diſceſſit
non quidem quoad gratiã, & benedictionem; ſed quoad ſubſtantiam corpo-
ralem. de qua re apud Oſeam ſic habetur. *Et inualuit ad Angelum, & conforta-* Oſe. c. 12. b.
tus eſt. Fleuit, & rogauit eum. Non dimittam te niſi benedixeris mihi, & benedixit eum.
Pulchrè conſiderandum, quod præcationibus non obtinetur, lacrymis non
denegatur. Quod attendens, & admirans Rupertus Abbas libro de proceſ-
ſione Spiritus Sancti ſecundo ait. *Non potuit Deus ſe continere fleme illo, quin de mul-* Rup Abb. l.
titudine viſcerum ſuorum Spiritum Paraclitum effunderet in eum. O quàm illiunt lacry- de proceſſ.
mę ſpiritum diuinum! Qui negabatur bellatori, immo & debellatori, non ſpirit. ſanct.
potuit denegari viro flenti: qui nulla vi extorquetur, vna lacryma vſque ad 2. c. 21.
effuſionem ſui pellicitur, vt doctiſſimi viri verbis vtar. Qui ad ſuſcipiendum
Dominum accedere vultis, prius voſmet diſponite, præparate lacrymis, vt ſua
gratia, & conſolatione Dominus à vobis non diſcedat, ſed ſemper vobiſcum
maneat.

Nec longe abeſt noſtro à propoſito illud, quod Iudicum quarto legitur de
Sampſone. Qui magnum vir virium fuit. Qui vna tantum iumenti maxilla
C tot Philiſtinorum fugauit, interfecit; tot vincula, quibus circumligabatur,
facillimè diſrumpit; columnam, templum ſuſtinentem Philiſtinorum euel-
lens proſtrauit, aliaque magnalia peregit; attamen ipſe tenebatur ab vna fe-
mina nomine Dalila. Quare, quomodo ita? Dubio procul reſpondebitis,
quoniam maxmopere diligebat eam. Benè quidem ſic reſpectu Sampſonis,
at reſpectu illius mulieris, ea videtur extitiſſe cauſa tanti viri detentionis, quo
niam Dalila fere innumeris flebat apud eum lacrymis. De qua ibi dicitur. *Quę*
fundebat apud Sampſonem lacrymas. Ita ſuo non diſſimili modo, & nos dicamus. Iud c. 14. d.
Chriſtus benedictus omnium potentiſſimus, animarum noſtrarum amator ca
ſtiſſimus ſuo amore immenſo nobiſcum eſſe, morarique optat. *Et delitię*, ait, Prou. c. 8. d.
meę cum filijs hominum. Apud Auctorem Prouerbiorum. Miro autem modo
allectatur, retinetur, conſeruatur inter noſtri cordis, & corporis lacrymas,
velut inter tot flores, quos colligat, & in conſpectu ſuo, in ſinu ſuo reponat.

Quod moraliter quoque alludere videtur illud Dauidis diuini Vatis. *Poſui-*
ſti lacrymas meas in conſpectu tuo. Equidem non ignoro, tam diu remanere in no- Pſal. 55.
bis ſanctiſſimum Altaris Sacramentum à communicantibus ſumptum, donec
ſpecies illę panis, & vini accidentales remanent in nobis incorruptę. Nihilo
minus non adiecto peccati obſtaculo, datis verò lachrymis, & affectibus cor Diu. Thom.
dis, remanet, & conſeruatur in nobis quoad gradum gratię acquiſitę maio- 4. p. q. 80.
ar. 3.

rem,

Nenriq. lib. 8.c.8 num.1 Suarez. diſp. 52. ſect. 1. & alij.

rem, & nouum. Lacrymantes ſanctiſſimam communionem ſuſcipite; & poſt eius ſumptionem, vt fieri poteſt, lacrimas non pauciores effundite, in Domini laudem, in gratiarum actionem, & veſtri ſalutem, qui myſticus eius eſtis Thalamus. D

O Domine Ieſu Chriſte audi vocem deprecationis meę, exaudi me clamantem ſic ad te. Per hoc myſterium deitatis, per hoc Sacramentum pietatis, da vt in anguſto cordis mei thalamo te ſuſcipere magna cum pietate valeam, & te Dominum meum, Deum meum, ſemper mecum habeam. *O panis dulciſſime, ſana palatum cordis mei, vt ſentiam ſuauitatem amoris tui: ſana illud ab omni languore, vt nullam præter te ſentiam dulcedinem. Panis candidiſſime, habens omne delectamentum, & omnem ſaporem, qui nos ſemper reficis, & numquam in te deficis, comedat te cor meum, & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animę meę. Manducat te Angelus ore pleno, manducet te peregrinus homo pro modulo ſuo, ne deficere poſſit in via, tali recreatus viatico.* O mi Ieſu dulciſſime, da mihi, fideliſſimo corde, mentis, & corporis puritate, ſemper ſic exorare, te omni affectu maiori ſemper venerari, deprecari, donec veniam, & in te requieſcam. Ego miſer, & tuus inutilis ſeruus ſuſcipiam te, ſuſcipiar à te. Ego te in hoc venerabili ſacramento, tu me tua gloria in Cælo. Vbi reuelata facie in æterna requie te frui, te contemplari tua det mihi miſericordia, in ſæculorum ſæcula. Amen.

Oratio Diu. Ambr. in præpa. ad Sanct. côm. die Sabb.

Myſtici Thalami Cæleſtis Sponſi Finis. E

Ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, eiuſque Matris immaculatę ſemper Virginis Marię, Cæli Reginę, mundi Dominę, peccatorum Aduocatę.

Ego frater Laurentius, qui ſuprà, huius operis Auctor quàmrudis, in omnibus his, atque in vniuerſis, quęcumque ſcripſi, & ſi quę alia ſcripſero, me tota mente, ac animo cunctis ſanctę Eccleſię Catholicę, Romanę ſanctionibus, & determinationibus ſubmitto, paratus, ſi quid erroneum, quod Deus auertat, adreperiretur, reuocare, atque penitus abradere. Sic me Deus ſua bonitate, ac pietate adiuuare, & in æternum ſaluare dignetur.

SYL-

Digitized by Google

SYLLABVS TERTIVS,

QVI EST SENTENTIARVM DIVINÆ SCRIPTVRÆ,

Tám veteris, quám noui Teſtamenti,

Eodem adhibito, vt ſupra, reperiendi modo.

Geneſis.

Cap. 1 *ET vidit Deus quod eſſet bonum, pag.* 62. *f.*
Dixitq; Deus, fiat lux, & facta eſt. 41. *c.*
Et vidit Deus, quod eſſet bonum &c. 89. *c.* 193. *c.*
Fiat lux, fiat firmamentum, & fact. 116. *d.*
Spiritus autem Domini ferebatur ſuper. 195. *c.*
Congregentur aquę, quę ſub Cælo ſunt. ibid.
2. *In animam viuentem, cum verſione.* 137. *c.*
Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum. 8. *d.*
Liber hic eſt Generationis Adę. 154. *c.*
Relinquet homo patrem, & matrem. 48. *d.*
3. *Adę, & Euę Zonas pelliceas fecit.* 105. *b.*
Vidit igitur mulier, quod bonum eſſet. 119. *c.*
In ſudore vultus tui veſceris pane. 77. *c.*
Inimicitias ponam inter te, & mulierem. 157. *b.*
Et ait Deus. Adam vbi es? & c. 196. *f.*
Et ipſa conteret caput tuum, & c. 47. *c.*
Et ſub viri poteſtate tu eris. 58. *d.*
Et collocauit ante Paradiſum. 52. *f.*
Eritis ſicut Dij, ſcientes bonum, & c. 64. *d. e.*
Tu ſub viri poteſtate eris, & c. 50. *d.*
Et comedit, deditque viro ſuo, qui. 269. *a.*
Vidit igitur mulier, quod bonum eſſet lignu. 320. *f.*
4. *Omnis, qui inuenerit me, occidet me.* 73. *a.*
Statim in floribus peccatum tuum. 15. *a.*
Non reſpexit Dominus ad Cain, neque. 172. *e.*
Cum operatus fueris eam, non dabit. 229. *b.*
Ambulans ad auram poſt meridiem. 10. *e.*
Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me. 271. *c.*
6. *Fac tibi Arcam de lignis leuigatis.* 10. *f.*
7. *Clauſit eam Dominus de foris.* 77. *a.*
In articulo diei illius, cum verſione. 114. *d.*
8. *Egredere tu, & vxor tua.* 77. *b.*
Odoratuſque eſt Dominus odorem. 228. *c.* 244. *d.*
Odoratuſq; eſt Dominus odorem ſu. 255. *c.* 277. *c.*
9. *Maledictus Chanaan, & c.* 87. *d.*
Arcum meum ponam in nubibus. 104. *c.* 272. *e.*
11. *Eriſque pater multarum gentium.* 85. *b.*
Faciamus turrim; cuius culmen. 131.
12. *Venientes in Aegyptum more, & c.* 77. *c.*
Faciamque te in gentem magnam. 121. *c.*
13. *Perambula terram in longitudine.* 124. *d.*
14. *Quia & Camelis tuis hauriam aquam.* 152. *e.*
Necnon, & Loth, & omnem ſubſtantiam. 195. *b.*
16. *Vidi poſteriora videntis me.* 210. *e.*
18. *Domine, ſi inueni gratiam in.* 193. *a.*
Ponamque bucellam panis, & conf. 320. *f.*
19. *Subuertit Ciuitates has, & omn.* 98. *f.*
Noli reſpicere poſt tergum. 220. *b.*
21. *Et ſedens contra leuauit vocem.* 199. *a.*
Creuit igitur puer, & ablactatus eſt. 305 *c.*
22. *Dominus videt, Dominus videbit.* 110. *d.*
Quia feciſti hanc rem, & non peperciſti. 174. *e.*
Vidi Dominum facie ad faciem, &c. 263. *e.* 215. *a.*
25. *Iacob autem vir ſimplex habitabat.* 82. *e.*
Fecit tabernaculum tranſitorentem. 130. *f.*
Deprecatuſque eſt Iſaac pro vxore, cum verſ. 167. *a.*
Deprecatuſque eſt Iſaac Dominum, & c. 28. *d.*
27. *Numquid vnam tantum benedictionem.* 106. *d.*
Quia filio proprio non peperciſti propter. ibid.
28. *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem.* 78. *d.*
Tulit de lapidibus, qui iacebat, & c. 193. *b.*
Terram, in qua dormis, tibi dabo. 204. *d.*
38. *Præter te, quę vxor eius es.* 280. *e.*
39. *Fuit autem Dominus cum Ioſeph, & c.* 35. *e.*
Iniecit autem Domina ſua oculos in. 49. *c.*
Fuit autem Dominus cum Ioſepho. 34. *d.*
40. *Aſportate oſſa mea vobiſcum, & c.* 5. *a.*
Vt ſuggeras Pharaoni, vt educat. 280. *f.*
41. *Et quintam partem fructuum, & c.* 27. *c.*
Creſcere me fecit Deus in terra paup. 310. *e.*
45. *Ne iraſcamini in via, & c.* 226. *e.*

46. *Cumque vocauerit vos, & c.* 61. a.
Diſſoluta ſunt vincula eius. 37. b.
49. *Nephtalim ceruus emiſſus, & c.* 29. f.
Nephtalim ceruus emiſſus, & c. 22. e.

Exodi.

Cap. 3 *DEus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iac.* 276. f.
Deus patris tui, Deus Abraham, & c. 78. d.
Conſtitui te Deum Pharaonis, & c. 270. e.
4. *Quis ſum ego, vt vadam ad.* ibidem.
Domine, ex quo locutus es mihi. 91. b.
8. *Digitus Dei est hoc, & c.* 18. f.
10. *Cunctuſque populus videbat voc.* 85. b.
Tenebræ factæ ſuper vniuerſam. 213. a.
12. *In die primo non erit fermen.* 61. a.
Caput cum pediſque vorabitis. 307. b.
13. *Afferte oſſa mea hinc vobiſc.* 8. f.
16. *Vtinam mortui eſſemus per.* 312. e.
Sume vas vnum, & mitte ibi Man. 3[illegible]. f.
Conſumptaque farinula ex Aegypto. 3. b.
Nomen eius Man, quod erat. 161. a.
19. *Inuenerint falſum teſtim. dixiſſe.* 9. c.
20. *Viſitans iniquitatem patrum in fil.* 267. c.
25. 34. *Non apparebis vacuis manibus.* 24. f.
Poneſque in Arcam teſtificationem. 71. c.
28. *Portabitque Aaron nomina [illegible]orum.* 88. e.
25. *Equum, & aſcenſorem proiecit in.* 208. e.
32. *Dimitte me, vt iraſcatur fur.* 12. a.
Arripiens vitulum, quem fec. 13. b.
En dij tui, Iſrael, & c. 88. f.
Dimitte me, vt iraſcatur fur. 112. e.
Solemnitatem in exitu anni. 170. d.
Proiecit de manu Tabulas, & c. 193. f.
33. *Non enim videbit me homo, & c.* 302. f.
Iam nunc depone ornatum tuum. 219. c.
36. *Quatuor baſibus argenteis, & c.* 247. c.

Deuteron.

Cap. 6 *ERunt verba hæc, quæ ego præcip.* 173. a.
17 *Deſcribet ſibi deuteronomium legis.* 72. f.
21. *Omnis locus, quem calcauerit pes veſ.* 228. d.
22. *Si duxerit vir vxorem, & poſtea.* 94. e.

Leuit.

Cap. 1 *REtorto ad collum capite.* 201. a.
5 *Anima, quæ iurauerit, & protul.* 53. c.
10. *Aquilam, & Griffum non comedetis.* 209. c.
26. *Reſpiciam vos, & concreſcere faciam.* 109. b. 312. f.

Numerorum.

Cap. 1 *TOlle ſummam vniuerſæ congregat.* 88. e.
16 *Diſrupta eſt terra ſub pedibus.* 190. d.
23: 24. *Quam pulchra Tabernacula tua.* 163. d. 63. c.

Ioſue.

Cap. 2 *APpendit funiculum coccineum.* 115. a.
6 *Virorum fortiſſime, Dominus tecū.* 215. b.

Iudicum.

Cap. 4 *DOnec ſurgeret delbora, & c.* 151. c.
7 *Qui manu, & ligua lambuer.* 173. b.
Quod me videritis facere, citò fa. 291. c.
14. *Quæ fundebat apud Sampſonem.* 209. c. 327. c.
15. *Et attulit ei agnum de capris.* 283. a.
16. *Niſi gladius Gedeonis.* 323. b.

Regum lib. 1.

Cap. 2 *QVis eſt filius Iſai, vt ego tollam.* 63. e.
3 *Et ait Dominus, Samuel, Samuel.* 292. d.
5. *Aggrauata eſt manus Domini ſuper.* 309. a.
6. *Stabant autem in directum vaccæ.* 290. e.
Non declinabant neque ad dexteram. 4. d.
14. *Illuminati ſunt oculi eius, & c.* 321. a.
10. *Quia inuentæ ſunt Aſinæ, ad quas.* 259. d.
14. *Ionatas reptans manibus, ac ped.* 232. a. 20. d.
16. *Dauid tollebat cytharam, & c.* 25. b.
17. *Miſit manum ſuam in peram, & c.* 25. c.
Arma vero poſuit in tabernacul. 203. b.
21. *Non habeo laicos panes, & c.* 63. a. 279. c.
Benedicta tu, quia prohibuiſti. 204. f.
26. *Si incitat te aduerſum me, odoret.* 245. b.
13. *Filius vnius anni erat Saul, cum.* 51. a. b. c.
24. *Et quia nunc ſcio certiſſime.* 67. d.

Regum lib. 2.

Cap. 4 *SVper eſt filius Ionathæ debilis ped.* 260. d.
5 *Non ingredieris huc, niſi abſtuleris.* 186. f.
6. *Et benedixit Dominus obede.* 309. a.
12. *Quamobrem non recedet gladius, & c.* 105. a.
Quæ ouis creuerat apud eum, & c. 50. d. c.
15. *Abſalon in Hebron. Adagium.* 150. f.
Veniat obſecro, Thamar ſoror mea. 233. b.
17. *Poſuit illos in vaſe Paſtorali, cum verſ.* 254. f.
18. *Quoniam Regnum perturbat, & c.* 90. d.

Regum lib. 3.

Cap. 1 *DOrmiuit Dauid cum Patribus ſuis.* 92. f.
Si regnauerit poſt te Dominū meum. 45. a.
Cumque operiretur veſtibus, non cal. 26. b.
2. *Viuit Deus, quia non dimittam te.* 126. e.
Ecce ingredior viam vniuerſæ carnis. 5. c.
3. *Igitur euigilauit Salomon, & c.* 305. a.
7. *Et quaſi in modum retis, & catenæ.* 123. c.
13. *Inuenit eum Leo in via, & occidit.* 98. f.
17. *Abſcondere in torrente Carith.* 37. c.
Da mihi paululum aquæ in vaſe. 95. a.
En colligo duo ligna, vt ingrediar. 325. b.
18. *Cecidit ignis Domini, & deuorauit hol.* 326. c.
Currebant aquæ circum Altare. 117. b.
Vſquequo claudicatis in duas partes? 196. c.
19. *Et ambulauit vſque ad montem Dei Horeb.* 320. c.

Regum

Digitized by Google

Regum lib. 2.

Cap.2 OBſecro, vt fiat in me duplex ſpirit. 175. d.
4 Caput meum doleo, caput meũ dol. 168. e.
Baculum ſuper faciem pueri, & non. 180. d.
Cumque guſtaſſent de coctione excl. 191. a.
5. Putabam, quòd egrederetur ad me, &. 115. b.
Deſcendit, & lauit ſe ſepties in Iord. 26. e. 32. e.
19. Reuerſus autem Eliſæus ab eo tulit. 54. f.

Paralip. lib. 1.

Cap.19 IN ſimplicitate cordis mei lætus obt. 40. b.
21 Melius mihi eſt incidere in manus. 107. e.

Paralip. lib. 2.

Cap.15 IN tota voluntate quæſierunt, & c. 175. a.
30 Sed tradite manus veſtras Domino. 202. e.

Tobiæ.

Cap.4 ET panem tuum ponas ſuper ſepult. 6. d.
5 Ego ſum Azarias, Ananiæ filius. 300. d.
5. Quale gaudium mihi erit, qui in teneb. 251. a.

Iudith.

Cap.10 CVi etiã Dominus contulit ſplendorẽ. 313. b.
16 Et conopeum, quod ipſa ſuſtulit. 273. e.
13. Aperite mihi portas, Dominus nobiſcum. 215. b.

Ruth.

Cap.2 ET collegebat ſpicas in agro, & c. 60. e.
4 Hic autem erat mos antiquitus. 253. a.

Heſter.

Cap.1 NOn ſolum Regem læſit Regina Vaſthi. 41. b.
3 Si tibi placet Rex, decerne, & c. 66. e.

Iobis.

Cap.1 TVnc ſurrexit, & ſcidit veſtimenta. 51. a.
Conſurgenſque diluculo offerebat. 324. e.
Nudus egreſſus ſum de vtero matris. 264. f.
2. De ventre illius extrahet eas Dominus. 266. f.
3. Nunc dormiens ſilerem, & ſomno. 181. b.
Quaſi effodientes ſepulchrum, gaudent. ibidem.
6. Sagittæ Domini in me ſunt, & c. 51. c.
9. Sub ipſo curuantur, qui portant orb. 19. a.
Si venerit ad me, non videbo eum. 97. a.
19. Manus Domini tetigit me, & c. 18. f.
14. Vocabis me, & ego reſpondebo. 112. f.
21. 39. Superponite digitum ori veſtro. 25. b.
21. Et in puncto deſcendunt ad inferos. 92. f.
26. Obſtreticante manu eius, edu. 280.
28. In petris riuos excidit, & c. 118. a.
Locus ſaphiri lapides eius; & e. 181. c.
31. Si vidi ſolem, cum fulgeret, & c. 220. f.
33. Dixiſti ergo in auribus meis. 38. e.
38. Vbi eras, quando ponebam ſundam. 133. c.
40. Fortitudo eius in lumbis illius. 39. b.
42. Quæcumque fuerant Iob duplicia. 264. f.

Pſalmorum liber.

Pſ. 1. EGo autem conſtitutus ſum Rex ab eo. 63. a.
In lege Domini meditabitur die, ac. 84. e.
Non exurgent impij in iudicio. 17. a.
2. Apprehendite diſciplinam, ne 2. f.
Dirumpamus vincula eorum, & c. 109. c.
Apprehendite diſciplinam, ne quando. 322. f.
Super montem prædicans præceptum eius. 219. b.
4. In pace, in idipſum dormiam, & 301. b.
5. Domine, vt ſcuto bonæ voluntatis coron. 325. b.
6. Laboraui in gemitu meo. 326. f.
7. Exurge Domine in præcepto, quod mand. 224. d.
9. Cognoſcetur Dominus iudicia faciens. 14. f.
Increpaſti gentes, & periit impius. 132. b.
Vt annunciem omnes laudes tuas. 285. a.
10. Quoniam quæ perfeciſti, deſtruxerunt. 11. a.
Palpebræ eius interrogant filios hom. 120. e.
11. Impij in circuitu ambulant. 130. a.
Tribulationem, & dolorem inueni. 266. f.
13. Exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael. 265. b.
Attolite portas principes veſt. 35. b.
14. Quis habitabit in tabernaculo, cũ verſ. 75. b. 173. a.
15. Funes ceciderunt mihi in præclaris. 24. f. 259. a.
16. De abſconditis tuis adimpletus eſt. 316. f.
Credo videre bona Domini in terra. 17. b.
17. Quoniam tu illuminas lucernam meam. 40. e.
Qui docet manus meas ad prælium. 25. b.
Qui perfecit pedes meos, tamquam ceruor. 122. d.
In auditu auris obediuit mihi. 127. a.
Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo. 211. c.
Inueteraui inter omnes inimicos. 91. c.
Perſequar inimicos meos, & c. 47. a.
Et diſciplina tua ipſa me docebit. 258. d.
Diligam te Domine, fortitudo mea. 286. d.
18. Cæli enarrant gloriam Dei, & c. 12. d. 56. e.
In omnem terram exiuit ſonus eorum. 89. a.
Dulciora ſuper mel, & fauum. 72. e.
17. Sagittas ſuas ardentibus effecit. 159. a.
18. Non eſt qui ſe abſcondat à calore. 145. a.
20. Præueniſti eum in benedictionibus. 292. e.
Poſuiſti in capite eius coronam de: 247. a.
21. Deus meus reſpice in me, quare, & c. 108. e. 120. f.
In te proiectus ſum ex vtero matris. 235. b. 39. a.
Ego vermis, & non homo, & c. 323. c.
Manducauerunt, & adorauerunt. 332. e.
20. Deſiderium cordis tribuiſti ei. 111. c.
22. Calix meus inebrians quàm præclarus. 294. d.
Virga tua, & baculus tuus ipſa me: 52. d. 3. b.
Non timebo mala, quoniam tu mecum. 235. a. 5. e.
23. Donec fodiatur peccatori fouea, & c. 5. c.
Attolite portas principes veſtras. 37. d.
24. Vide humilitatem meam, & laborem. 77. c.
26. Et ne declines in ira à ſeruo tuo. 214. d.

 Si con-

Digitized by Google

26. Si conſiſtant aduerſũ me caſtra. 17.c.146.a.248.d
In petra exaltaſti me, & c. 74.f.
27. Deus meus, ne diſceſſeris à me. 212.f.
26. Adiutor meus es tu, ne derelinquas. 27.b.
29. Conſcidiſti ſaccum meum, & circ. 34.d.
31. Conuerſus ſum in erumna mea, dum. 6.f.
Delictum meum cognitum tibi feci. 34.d.
Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates. 93.c.
Pro hac orabit ad te omnis Sanctus. 14.d.
Et iuſtitiam meam non abſcondi. 49.a.
Ego dixi confitebor aduerſum me. 170.f.
In Camo, & freno maxillas eorum. 259.a.
Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates. 311.a.
32. Ponens in theſauris abyſſos. 183.c.
Ipſe dixit, & facta ſunt. 85.d.
Miſericosdia Domini plena eſt. 102.d.
33. Guſtate, & videte, quoniam. 320.f.
Multiplicaſti ſuper nos miſericordiam. 119.c.
34 Operatus eſt ſalutem in medio terrę. 151.b.
33. Diuites eguerunt, & eſurierunt. 227.b.
35 Et in lumine tuo videbimus lumen. 264.d.
Quoniam apud te eſt fons vitę. 277.a.
Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu. 281.a.
36 Apud Deum greſſus hominis dirig. 282.f.209.a.
Veritas tua vſque ad nubes. 43.b.
37. Sicut onus graue grauatę ſunt. 241.b.
Ego in flagella paratus ſum. 265.a.
39. Comprehenderunt me, cum verſione. 3.a.
Beatus vir, cuius eſt nomen Domini. 30.e.
37 Factus ſum ſicut homo non audiens. 48.f.
39 Eduxiſti me de lacu miſerię. 98.e.
Aures autem perfeciſti mihi, cum verſ. 114.f.
Expectans expectaui, & intendit. 149.c.
41. Fuerunt mihi lacrymę meę panes. 51.b.
Dum dicitur mihi, vbi eſt Deus. 214.d.243.b.
In voce exultationis, & confeſſionis. 318.e.
44. Adducentur Virgines poſt eam. 276.f.
Aſtitit Regina à Dextris tuis. 146.f.153.c.
Speciosus forma prę filiỹ hominum. 158.d.
Sagittę tuę acutę, vox tonitr. 159.a.
Audi filia, & vide, quia conc. 40.e.113.a.
45. Intonuit de Cælo Dominus, Altiſſ. 53.a.
Arcum conteret, & confringet arma. 159.b.
Adiuuabit eam Deus mane diluculo. 134.f.
47. Ponite corda veſtra in virtute. 149.b.
49. In manu eius ſunt omnes fines terrę. 102.a.
Iuſtitia, & iudicium correctio eius. 103.b.
Populus eius, & oues paſcuę eius. 120.f.
Et altitudines montium ipſe conſpicit. 246.d.
Immola Deo ſacrificium laudis. 98.d.
In capite libri ſcriptum eſt de me. 106.d.
50. Auditui meo dabis gaudium. 241.b.
Prouidebam Dominum in con. 247.e.
Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium. 277.a.
51. Omnia verba præcipitationis. 23.b.
53. Auerte mala inimicis meis. 101.c.
Voluntarie ſacrificabo tibi, quoniam. 322.e.
Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu. 102.e.
Super inimicos meos deſpexit. 101.c.
54. Veniat mors ſuper illos, & deſcendat. 4.e.
Venerunt ſuper me, contex. 6.f.
Si inimicus meus maledixiſſet mihi. 319.b.
Molliti ſunt ſermones eius ſuper. 62.d.
Extendit manum ſuam in. 167.b.
56. Paratum cor meum Deus, paratum. 247.a.
58. Fortitudinem meam ad te cuſtodiam. 148.e.
Sine iniquitate cucurri, & dir. 49.e.
59. Dat Deus ſignificationem, vt fu. 13.a.
57. Lætabitur iuſtus, cum viderit. 18.e.
59. Dediſti metuentibus te ſignificat. 112.e.272.e.
In idumeam extendam calceam. 307.c.
60. Vt liberentur dilecti tui, ſaluum. 296.f.
Dum anxiaretur cor meum, in pe. 295.a.
62. Melior eſt miſericordia tua ſuper. 185.b.103.a.
63. Sagittę paruulorum factę ſunt. 50.f.
Sagittę paruulorum factę ſunt. 106.a.
Duo hæc audiui, quia poteſtas. 46.b.
65. Holocauſta medullata offeram. 69.a.
Ad iniquitatem ſi aſpexi in cord. 112.e.
67. Rex virtutum dilecti, dilecti. 294.d.
Pluuiam voluntariam ſegregab. 124.e.
Domini, Domini exitus mortis. 7.b.
68. Quoniam intrauerunt aquę vſque. 79.e.
70. Et adiciam ſuper omnem laudem. 200.d.285.a.
Tanquam prodigium factus ſum. 248.f.295.a.
Et potum dabis nobis in lacrimis. 93.b.
Et nihil inuenerunt in manibus. 202.f.
72. Etenim ſagittę tuę tranſeunt. 72.d.
74. Ego confirmaui columnas eius. 57.b.
Liquefacta eſt terra, & c. 57.b.
75. Dormierunt ſomnum ſuum. 51.e.
72. Tenuiſti manum dextoram meam. 201.c.
75. Ibi confregit potentiam, arcum. 159.b.
72. Ecce peccatores obtinuerunt diuit. 227.a.
73. In ſecuri, & aſcia deiecerunt. 252.d.
Operatus eſt ſalutem in medio ter. 231.b.
75. Ab increpatione tua Deus. 36.b.
76. Deum exquiſiui manibus mei. 20.d.
77. In iram concitauerunt eum in. 270.d.
Defecerunt in vanitate dies eor. 59.a.
Aedificauit ſicut Vnicornium, & c. 209.b.
Panem Angelorum manducauit homo. 310.d.
De Cælo auditum feciſti iudicium. 273.e.
76. Exercebar, & ſcopebam ſpiritum. 1.a.
Hæc mutatio dextrę excelſi. 15.b.
77. Conuerſi ſunt in arcum prauum. 39.b.
80. Dilata os tuum, & implebo illud. 207.a.325.a.
81. Sicut vnus de Principibus cadetis. 222.d.
Mouebuntur omnia fundam. 208.f.
83. Aſcenſiones eius in corde ſuo diſ. 2.d.189.a.
83. Cæli enarrant gloriam Dei. 251.a.
85. Lętetur cor meum, vt timeat. 195.a.
Reſpice in me, & miſerere mei. 108.e.
87. Et mane oratio mea præueniet. 122.f.
88. Ne auertas faciem tuam à me. 107.e.
Poſui adiutorium ſuper poten. 75.a.126.f.
84. Iuſtitia ante eum ambula. 15.b.29.a.
88. Quis eſt homo, qui viuens, &. 48.e.
85. Eruiſti animam ex Inferno. 98.e.
86. Diligit Dominus portas Sion ſuper. 136.d.

Digitized by Google

Homo, & homo natus eſt in. 134.d.
87. Et in laboribus à iuuentute m. 146.f.
88. Exprobauerunt commutation. 202.f.
Quoniam dixiſti, in æternum. 268.e.
Domini eſt aſſuptio noſtra. 270.e.
90. Verumtamen oculis tuis conſider. 120.e.
91. Iuſtus, vt palma florebit. 67.b.
92. Firmauit orbem terrę, qui. 101.a.
98. Odiui omnem viam iniquitatis. 210.f.
93. Nunquid adhæret tibi ſedes iniq. 48.d.
94. In manu eius ſunt omnes fines. 30.d.
100. Intellectus bonus omnibus facient. 285.e.
Miſericordiam, & Iuditium cantabo. 10.e.
In matutinis interficiebam. 47.e.
Non habitabit in medio Domus meę. 154.f.
101. Dominus in Cælo parauit ſedem. 120.b.
102. Qui coronat te miſericordia, & miſ. 103.a.
Benedicite Damino Omnes Angeli. 44.d.
103. Iucundum ſit ei eloquium meum. 22.f.
De fructu operum tuorum ſatiabi. 185.b.
Petra refugium erinacijs, & c. 255.a.
104. Ferrum pertranſiuit animam eius. 80.e.
105. Et dixit, vt diſperderet eos. 152.d.
103. Auferes ſpiritum eorum, & def. 164.e.
105. Laudauerunt laudem eius. 200.e.
106. Miſit verbum ſum, & ſanauit. 70.e.
Cum dederit dilectis ſuis ſomnum. 82.a.
Qui deſcendunt in mare facien. 38.e.
107. Percuſſus ſum, vt fænum, & c. 6.d.
Et non exhibis Deus de virtutib. 98.f.
Paratum cor meum Deus, paratum. 117.b.189.b.
110. Miſericors, & miſerator Dominus. 103.b.
111. Gloria, & diuitię in Domo eius, &. 132.e.
110. Memoriam fecit mirabilium ſuorum. 321.e.
111. Calicem ſalutaris accipiam, & ſacr. 294.d.
Iucundus homo, qui miſeretur & com. 205.c.28.f.
Beatus vir, qui in lege Domi. cum verſ. 174.f.
Peccator videbit, & iraſc. 249.b.
In memoria æterna erit iuſtus. 14.e.
113. Cælum Cæli Domino, terram autem. 135.a.
1[illegible]1. Declaratio ſermonum tuorum illum. 73.a.
115. Credidi, propter quod locutus ſum. 182.e.
114. Cuſtodiens paruulos Dominus, humil. 76.f.270.f.
115. Quid retribuam Domino, pro omnib. 167.c.
114. Memoriam abundantię ſuauitatis. 270.f.
Dilexi, quoniam exaudiet Dominus. 287.a.
116. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum. 320.e.
117. Tribulationem, & dolorem. 264.e.
Aperite mihi portas iuſtitię, ingreſſus. 136.f.
118. Cogitaui vias mea, & conuerti pedes. 5.c.20.d.
Voluntaria oris mei beneplacita fac. 24.d.
Lucerna pedibus verbum tuum. 79.e.
Viam iniquitatis amore à me. 60.e.
Viuet anima mea, & laudabit te. 199.e.
Super inimicos meos prudentem me. 256.e.
Ordinatione tua perſeuerat. 42.e.
Abſcondi eloquia tua in corde. 52.e.
Niſi quod lex tua meditatio m. 71.a.
Adhæſit pauimento anima mea. 71.e.
Super eloquia, ſicut qui inuenit. 81.f.
Beati immaculati, in via, qui amb. 84.e.
Non enim, qui operantur iniquitate. 1[illegible]6.d.
Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri. 224.d.
Tribulatio, & anguſtia inuenerunt. 258.f. [illegible]8.d.
Erraui ſicut ouis, quę perijt, & c. 258.f.
Viam mandatorum tuorum cucurri. 263.a.2[illegible]7.b.
Qui ſcrutantur teſtimonia eius, in. 285.[illegible]
Super ſenes intellexi, quia mandata. 321.b.
120. Vnde veniet auxilium mihi. 134.e.
126 Cum dederit dilectis ſuis ſumnum. 31.b.
Sicut ſagittę in manu potent. 91.a.
127. Vxor tua ſicut vitis abundans in lat. 259.b.
125. In conuertendo Dominus captiuita. Iacob. 241.a.
127. Labores manuum tuarum quia manduc. 36.f.
128. Super dorſum meum fabricauerunt peccat. 182.d.
129. Apud Dominum miſericordia, & copio. 102.d.
130. Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua. 26.a.
131. Elegit Dominus Sion, elegit eam in habit. 160.d.
133. Extollite manus veſtras in ſanct. 32.d.171.a.
131. Ecce audiuimus eam in ephrata, inuen. 33.a.
133. In noctibus extollite manus veſtras. 24.e.197.e.
134. Quoniam Iacob elegit ſibi Deus, & c. 105.c.
135. In bracchio excelſo, &. 101.b.
134. Fulgura in pluuiam conuertit. 159.b.
137. Et alta à longe excelſus Deus. 146.d 74.f.
138. Illuc manus tua deducet me, & ten. 259.b.
137. Et ſicut dies illuminabitur. 264.d.
138. Quoniam in æternum miſericordia. 269.c.
Multiplicabis in animam meam virtut. 313.a.
136 Beatus vir, qui allidet paruulos ſuos. 176.e.
138. Intellexiſti cogitationes meas de longe. 30.f.
140. Cum operantibus iniquitatem non com. 211.c.
Dirigatur oratio mea ſicut incens. 245.b.
141. Edue de cuſtodia animam meam ad. 76.f.
142. Quoniam ego ſeruus tuus ſum. 68.e.
144. Aperis tu manum tuam, &. 168.d.
Voluntatem timentium ſe. 186.f.
Et dixit vt diſperderet eos. 152.d.
Oculi omnium in te ſperant. 151.b.
145. Aedificans Ieruſalem Dominus. 118.e.84.e.
147. Emittet verbum ſuum, & liqueſac. 53.b.
148. Laudate eum in tympano, choro. 192.f.
Ignis, grando, nix, glacies, quę. 12.d.
149. Exultationes Dei in faucibus eorum. 79.b.
A viro iniquo eripe me Domine. 211.c.
150. In cimbalis bene ſonantibus. 200.f.

Prouerb.

Cap. 1 Extendi manum meam, & non. 26.d.
3 Mulierem fortem quis inueniet. 183.a.
8. Et delitię meę eſſe cum filijs. 283.e.327.e.
9. Sapientia ædificauit ſibi dom. 321.b.
Panis abſconditus eſt ſuauior. 183.a.
12. Mulier diligens, eſt corona viro. 133.a.
13. Spes, quę differtur, affligit an. 56.f.
18. Turris fortiſſima nomen Domini. 230.e.
24. Septies in die cadit iuſtus, &. 97.a.
21. Facere miſericordiam, & iudit. 11.b.
27. Agnoſce vultum pecoris tui. 240.f.

31. Deditque

31. [illegible]que prædam domeſticis ſuis. 151.b.
30 Mendicitatem & diuitias ne ded. 203.c.
31. Manum ſuam miſit ad fortia, & c. ibidem.

Eccleſiaſtis.

Cap. 1 Fons ſapientię in eccleſijs, & c. 321.c.
15 Cibauit eos pane vitę, & intell. ibidem a.
24 Rigabo hortum plantationum. 326.b.
41. Et in verbis ſuis monſtra placauit. 21.c.

Canticorum.

Cap. 1 Paſce ędos tuos iuxta tabernacula. 222.e.
Vbi paſcas, vbi cubes in mer. 233.e.109.b.
Egredere, & abi poſt veſtigia greg. 261.b.
Faſciculus myrrhę dilectus meus. 263.b.
Lectulus noſter floridus eſt, tigna. 274.d.327.a.
Trahe me poſt te curremus in od. 32.d.127.e.165.c.
Equitatui meo in curribus Pharaon. 68.e.
Quia meliora ſunt vbera tua vino. 91.b.102.f.124.f
Tigna domorum noſtrorum cedrina. 123.a.192.f.
Nigra ſum, ſed formoſa, filię Ieruſalem. 279.a.
Trahe me, poſt te curremus in. 290.d.
Morenulas aureas faciemus tibi ver. 302.d.
Exultabimus, & lætabimur memo. 316.e.
Nigra ſum, ſed formoſa, filię Ieruſalem. 317.c.
Introduxit me Rex in cellam vinariam. 318.f.
Meliora ſunt vbera tua vino. 203.b.
2. Amica mea, Columba mea, formoſa. 197.b.
Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica. ibid. & 135.b.
Qui paſcitur inter lilia, donec. 175.a.
Dilectus meus mihi, & ego illi. 282.d.25.a.
Ordinauit in me charitatem, cum verſione. 280.e.
Introduxit me Rex in cellam. 318.f.
Fulcite me floribus, ſtipate me. 294.e.165.e.
Columba mea in foraminibus. 8.c.
Adiuro vos filię Ieruſalem, ſi inu. 96.d.297.b.
En iſte venit ſaliens in mont. 106.f.
Dilectus meus mihi, & illi ego. 132.d.
En ipſe ſtat poſt parietem noſtr. 182.e.
Faſciculus mirrhę inter vbera mea. 183.b.
Sicut fragmen mali punici; ſic. 184.d.
Ego flos campi, & lilium conual. 232.e.
Sicut lilium inter ſpinas, ſic. 249.c.
3. Sexaginta fortes ambiunt ex fort. 53.b.276.e.
In lectulo meo per noctes quæſiui. 97.a.
Tenui eum, nec dimittam, donec. 126.e.198.f.
Cum paululum pertranſiſſem, inu. 186.c.
Per deſertum, ſicut virgula fumi. 245.c.
Sexaginta fortes Iſrael ambiunt. 307.a.
4. Vulneraſti cor meum ſponſa. 198.e.
Hortus concluſus ſoror mea. 271.a.281.b.
Sicut fragmen mali punici. 281.a.
Sicut vitta coccinea labia tua. 238.c.22.f.
Fons hortorum, puteus aquarum viu. 27.a.
Veni de libano, veni, coronaberis. 35.e.
Fauus diſtillans labia tua ſponſa. 82.e.
Sicut turris Dauid collum tuum. 42.e.
Mel, & lac ſub lingua tua. 261.b.
In vno crine colli tui, & in. 173.b.
5. Labia eius lilia diſtillantia myrr. 7.a.11.b.
Manus meę diſtillauerunt myrr. 24.f.170.e.
Labia eius, & crura illius colum. 57.c.106.f.
Surge Aquilo, veni Auſter perfl. 42.e.
Dilectus meus miſit manum per. 86.d.
Oculi eius ſicut columbę ſuper. 95.e.
Expoliaui me tunica mea, quom. 96.f.
Laui pedes meos, quomodo inquin. 114.e.
Manus eius tornatiles aureę plen. 159.c.203.b.
Comedi fauum meum cum melle meo. 161.c.
At ille declinauerat, atque trans. 172.f.
Dilectus meus candidus, & rubicund. 163.a.
Tulerunt pallium meum, cum verſione. 220.e.
Super riuos aquarum, quæ lacte ſunt. 240.e.
Veniat dilectus meus in hortum ſu. 281.c.312.d.
Quia caput meum plenum eſt rore. 319.a.
Adiuro vos filię Ieruſalem. 322.d.
6. Deſcendi in hortum meum, vt. 317.c.
Dilectus meus deſcendit in hortum. 275.b.
Deſcendi in hortum nucum. 33.b.75.e.
Vt caſtrorum acies ordinata. 42.f.
Quaſi Aurora conſurgens, & c. 148.f.
Pulchra vt luna, electa vt ſol. 162.f.
7. Et tibi dabo vbera mea, & c. 203.b.
Chariſſima in delitijs, quibus delit. 34.e.
Omnia poma, noua, & vetera. 39.c.
Quàm pulchra es, & quàm decora. 163.a.
Oculi tui ſicut piſcinę in Eſebon. 279.b.
Ibi dabo tibi vbera mea, cum verſione. 288.d.
Mandragorę dederunt odo. 136.f.
8. Quia fortis eſt, vt mors, dilectio. 126.e.323.f.
Pone me, vt ſignaculum ſuper. 282.d.263.e.
Vbera mea ſicut turris, & c. 288.e.
Quę eſt iſta, quę aſcendit de deſerto. 35.a.
Fuge dilecte mi, aſſimilare caprę. 317.a.
Soror noſtra paruula eſt, vber. 102.f.
Ego murus, & vbera mea ſicut. 131.c.
Quia decolorauit me ſol, & c. 208.f.
Soror noſtra paruula eſt, vbera. 250.d.
Innixa ſuper dilectum ſuum. 271.e.

Sapientię.

Cap. 1 Spiritus Domini repleuit orb. 250.d.
2 Inutilis eſt nobis, & contrar. 64.e.
3. Et quaſi holocauſti hoſtiam. 245.e.
5. Et pugnabit pro illo orbis terr. 12.f.
Accipite armaturam zelus. 19.c.
Abſtulerunt labores eorum. 227.b.
Quid profuit nobis ſuperbia. 209.a.
10. Deſcenditque cum illo in foueam. 34.d.
11. Quod quidam errantes colebant. 13.d.
Multitudinem animalium, in. 229.d.
18. In veſte enim poderis, quam, & c. 19.a.63.d.

Eccleſiaſtici.

Cap. 2 Vt creſcant in nouiſſimo vita. 245.c.
Datum brachiorum tuorum, & c. 204.f.

6. Vinum

6. *Vincula illius alligamenta ſalutis.* 37.b.
Amicus fidelis medicamentum vitę. 295.c.
10. *Vę tibi terra, cui Rex puer eſt.* 306.d.
24. *Et dixit mihi creator omnium.* 237.a.
Penetrabo omnes inferiores partes. 109.d.
Quaſi oliua ſpecioſa in campis. 135.b.
Et dixit mihi, in Iacob inhabita. 147.b.
Tranſite ad me omnes, qui concup. 148.d.
Flores mei, fructus honoris, &c. 166.d.
27. *Qui in altum mittit lapidem.* 271.c.
29. *Et hęc pro te exorabit ab omni, &c.* 206.e.
39. *Et ipſe tamquam imbres emitt.* 23.a.
45. *Dilectus Deo, & hominibus.* 295.a.
Fungi ſacerdotio, & habere laudem. 270.e.

Iſaię.

Cap.1 A *Rgentum tuum verſum eſt in.* 102.d.
Solemnitates veſtras odiui, &c. 172.d.
Cognouit bos poſſeſſorum ſuum. 282.f.
2. *Conflabunt lanceas ſuas in.* 52.e.
3. *Ego non ſum medicus, & in.* 18.d.67.b.
Ego non ſum medicus, & in. 279.b.
6. *Duabus velabant faciem eius.* 44.
Seraphim ſtabant ſuper illud. 85.a.d.69.b.
7. *Ecce virgo concipiet, & pariet.* 71.a.
8. *Vidi Dominum ſedentem ſuper.* 78.e.
12. *Confitebor tibi, quoniam iratus, &c.* 112.d.
14. *Ponam eam in poſſeſſionem er.* 33.a.
16. *Pręparabitur in miſericord. ſolium.* 103.b.
11. *Egredietur virga de radice Ieſſe.* 157.c.
30. *Expectat Deus, vt miſereatur veſt.* 267.b.
28. *Hęc requies mea, reficite laſſum.* 97.c.
29. *Et dabitur liber neſcienti litteras.* 155.b.
30. *Et oculi tui videntes ſuper nos, &c.* 31.c.
38. *Corripies me, & viuificabis me.* 259.b.
. *Ecce in pace amaritudo mea am.* 48.e.
41. *Nunc qui redempti ſunt à Domino.* 306.e.
51. *Poſui verba mea in ore tuo, & in.* 308.d.
52. *Gloriam meam nemini dabo, &c.* 242.d.
53. *Tamquam ouis ad occiſionem, &c.* 72.d.
57. *Impij quaſi mare feruens.* 251.c.
58. *Quare ieiunauimus, &c.* 69.a.
Clama, ne ceſſes, quaſi tuba. 84.f.
Nunc erumpet quaſi mane. 28.e.
Cum effuderis eſurienti animam. 320.d.
59. *Quia non eſt vir, & apporiatus eſt.* 309.b.
Verè languores noſtras ipſe tulit. 108.f.
Iniquitates noſtrę diuiſerunt. 109.c.
60. *Tunc videbis, & afflues, & dilatabit.* 46.d.
61. *Ad annunciandum manſuetis, &c.* 84.f.
63. *Quis eſt iſte, qui venit de edom.* 51.b.
60. *Quę eſt iſta domus, quam, &c.* 70.d.
66. *Vermis eorum non morietur, &c.* 113.c.

Hieremię.

Cap.1 E *Go quippe hodie dedi te in Ciuitat.* 57.a.
Virgam Vigilantem ego video. 111.a.
9. *Omnis frater ſupplantans ſuppl.* 221.c.
16. *Si ſeparaueris pretioſum à vili.* 308.e.
24. *Vitulum, quem conciderunt, in par.* 90.d.
49. *Fugite, & terga vertite, in vorag.* 60.d.

Trenorum.

Cap.1 Q *Vomodo ſedet ſola Ciuitas.* 213.c.
O vos omnes, qui tranſitis per. 41.a.
Peccatum peccauit Ieruſalem. 46.e.
3. *Memoria memor ero, & tabeſcet.* 3.c.
Dabit percutienti ſe maxillam. 4.d.
4. *Candidiores Nazarei eius niue.* 161.b.
Et non ceperunt in ea manus. 205.b.

Ezechiel.

Cap.1 E *T animalia ibant, & reuerteb.* 31.a.
Vbi erat impetus, illuc gradieb. 31.a.68.f.
Iunctę erant pennę eorum. ibidem.
4 *Sume tibi laterem, & pones eum.* 260.d.
7. *Et non parcet oculus meus.* 111.a.
37. *Et dedero ſpiritum meum vobiſ.* 164.f.
In profundis aquarum opes tuę. 221.a.
46. *Cum autem fecerit princeps.* 322.e.

Daniel.

Cap.1 E *T conſtituit eis Rex annonam per.* 303.c.
3 *Nonne tres viros miſimus in med.* 34.e.
4. *Et peccata tua redime eleemoſ.* 206.d.
Et cogitationes eius cont. 298.f.
5. *Quaſi manus hominis.* ibidem.
In eadem hora apparuerunt digiti. 95.b.
10. *Et ecce vir vnus veſtitus lineis.* 49.b.
Et erexit me ſuper genua mea. 173.c.

Oſeę.

Cap.1 V *Oca nomen eius abſque miſericordia.* 16.d.
2 *Ecce ego lactabo eam, & educam.* 259.c.
In manibus Prophetarum, &c. 26.e.
5. *Vadens reuertar in locum meum.* 104.f.
12. *Et inualuit ad Angelum, & conſ.* 327.b.
14. *Tollite vobiſcum verba, & con.* 23.a.

Ionę.

Cap.1 S *Vrrexit ergo Ionas, vt fugeret in Tharſ.* 299.b.

Abacuch.

Cap.2 Q *Vi ædificant Ciuitatem in ſang.* 227.b.
2 *Qui potum dat amico ſuo mittens.* 81.c.
3. *Domine, cum iratus fueris, miſericordię.* 10.e.
Audiui auditionem tuam, & timui. 14.d.
In luce ſagittarum tuarum ibunt. 18.d.
Numquid in fluminibus iratus, &c. 103.c.

Sopho.

Digitized by Google

que tenemus, hoc diuiniſſimum ſanctiſſimę Euchariſtię Sacramentum eſſe, D
repræſentatiuum Paſſionis, & Mortis Dominicę. Dicente ipſamet veritate,
Luc. c. 22. b. *Hoc facite in meam commemorationem*. Et iterum Diuus Paulus ad Corinthios hoc
1. Corint. c. 11. f. idem ad memoriam reuocat, dicens; *Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc,*
& calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. Ergo ſi benè, ſi merito
riè vultis huic Sanctiſſimo Sacramento communicare, dimiſſis culpis, ſumite
lacrymas, ſaltem cordis, qui non corporis, & in Domini honorem date largi
ter eas, & ſe Dominus dabit vobis libentius.

Non poſſum non admirari illud peractum in Phariſæi domo, quando Domi
nus ad menſam eius ſedens inuitatus eundem ſuum hoſpitem potius correxiſ
ſe videtur. Magdalenam verò, & opus eius plurimum commendaſſe legitur,
Luc. c. 7. f. *Vides*, ait Phariſæo, *hanc mulierem? intraui domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti;*
hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, &c. O bone Ieſu quem magnum aſſeris de
fectum, quam magnam dicis Phariſæi negligentiam? Attende, attende etiā
ò Ieſu bone, quoniam vir iſte opiparum tibi parauit conuiuium, libenter te
gaudens recepit hoſpitio. Vt quid tam tibi cura pro pedibus aqua, cum vini
non deerat ibi copia? Huic petitioni breuiter, ac moraliter ſatisfacit prius ex
Recenſ. Doctor. recentioribus Doctor. *Plus*, ait, *fecit, gratiuſque habuit Dominus ſuſcipi inter Magda*
lenę lacrymas, quam inter Phariſæi epulas: iucundiores ei fuere contritę mulieris lacrymę, quam
inuitantis vina, & epulę. Attendite, & conſiderate dilectiſſimi, quam laudabi
lis ſit, & Domino grata præparatio cum lacrymis noſtra ad altare, ad ſummē E
dam communionem Sanctiſſimam. Qui accedis, ingemiſce, & ſume.

Deus ipſe magis, faciliuſque ad te venit, trahitur lacrymis, quam vocibus,
licet valde eleuatis. Diuini Eloquij profeſſores illud Regum tertij in memo
riam, quæſo, euocent. Clamabant Sacerdotes Baal voce quidem magna, vt
ille ſuus inanis, ac falſus Deus deſcenderet ad inflammandū quod parauerant
ei ſacrificium, ſed fruſtra, & in caſſum. Elias vero ſubmiſſa voce, ac ſilentio,
magno cum affectu orabat ſuum ad omnipotentem Deum ad hunc eumdem
effectum ſimilem. Sed prius holocauſtum, & altare circumfecit irrigari aquis
multis, & circumdari riuulis, atque tunc ſpiritus Domini mox venit, deſcen
3. Reg. cap. 18. f. dit ad inuocationem ſerui ſui. *Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocauſtum,*
& ligna, & lapides, puluerem quoque, & aquam, quę erat in aquaductu, lambens. O ma
gnę Deus potentię, ò vir veri Dei, quid, quæſo, feciſti? Nonne magis con
gruere videbatur apponere ignem, quam aquam? vt facilius holocauſtum
ſuccenderetur illud tuum? Non quidem ita tunc, ne humana, ſed diuina, nec
creata, ſed increata virtute factum id omnes clamitarent, & verum viuum ve
nerarentur Deum. Optimè quidem ſic. Sed noſtrum in propoſitum pij cō
ſiderant, & meditantur contemplatiui, eas videlicet aquas adnotaſſe Sancti
Prophetę lacrymas, quę cito, quę facilius attraxerunt cæleſtem ignem, & Do
mini ſpiritum in ipſorum iuſtorum conſolationem, & holocauſti ſucceſſio
Doct. Moder nem. *Magis, quàm voce, lacrymis Propheta clamitauit. Ad vocem lacrymarum ignis è Cæ* F
lo deſcendit, & ea omnia ſuccendit. Ita ex moderni oribus vir Doctor, & pius medi
tando ea de re, atque occaſione aſſeruit.

Videte quomodo Deus, quomodo eiuſdem ſpiritus ad nos trahatur, in
nobiſque conſeruetur. In die Sanctiſſimę Pentecoſtes Spiritus Sanctus in ſi
militudinem ignis ſuper capita Apoſtolorum Domini deſcendit, & eorum
corda diuino inflammauit ardore, atque cum ijs permanſit. Sed quibus præ
parationibus eos bene diſpoſitos inuenit? fortè fletu valido, & lacrimarum
Guarric. Abbas ſerm. 2. de Pentec. riuulis, per eorum genas deſcendentium. Audiatur Guarricus Abbas piè no
bis ea ſic bellè inſinuando, ac dicens. *Puto quia neque in Apoſtolis locum inueniſſet*
Paracleti conſolatio, niſi quia lugebant ſe deſolatos. Sollicitant aquę tales igneam cæ
leſtem linguam; vocant, allectant, trahunt diuinum conſolatorem. Gemas
ergo madidus lacrymis quicumque deſideras ad te trahere Ignem diuinum, &
conſolatorem optimum.

Psal. 6. Cui propoſito pulchrè quidem facit imitatione attendendum illud Diuini
Vatis Regij. *Laboraui*, ait, *in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacry*
Verſio Diu. Hier. *mis ſtratum meum rigabo*. Vbi notanda verſio Sancti Hieronymi hæc. *Natare fa*
ciam lectum meum pręabundantia lacrymarum. Sed in gemendo quænam elaboratio,
vt diceret Dauid, laboraui in gemitu meo? Id exponens Alexand. de Ales

ait.

A ait, hoc eſt, laboraui, vt gemerem. Et quid fecit in hoc magni laboris? Ieiunijs, vigilijs, orationibus, diſciplinis, atque conſimilibus Rex vſus fuit. Sed iterum quomodo imaginari poſſum, vt quis nocte, etiam die adeo gemat, vt lectum, in quo, lacrymis riget totum, ac natare faciat? Idem qui ſupra pater, & doctor inquit, moraliter intelligendum de conſcientię ſtrato parando ſic pro Domino Deo in illud gratuitè intraturo. Quod peregregiè quidem facit propoſito noſtro. Alex. Alenſ. in Poſtil. in Pſal. 6.

Eumdem ſenſum facere videntur illa Canticorum verba nimirum ſponſę ad dilectum ſuum facta. *Lectulus*, ait, *noſter floridus eſt. Tigna domorum noſtrarum cedrina. Laquearia noſtra cypreſſina.* De lectuli ornamento tractare cum ſponſo, transeat; ſed vt quid ſermonem habere ibi ſimul de laquearijs, de canalibus, per quos aqua decurrere ſolet? ſenſus literalis ex Aloyſio Legionenſe clariſſimus; nos interim hic moralem attendamus, exponunt gloſſę, ibi à ſponſa intelligi lectulum ſpiritualem, nempe conſcientiam, animę puritatem, & munditiam. Ac ſi diceretur, huiuſmodi flores lectuli eſſe lacrymas cordis, & corporis fuſas. Tunc, tunc libenter te audit, ad te deſcendit, qui te ſuum lectulum, myſticum Thalamū fecit, cum te ſic exornatum audit, mille benedictionibus replens. Ita pulchrè ratiocinatur, & alludit Ghiſlerius ibi. in expoſitione de Beata Virgine, de anima fideli ſponſa, & ex patribus collectione. Cant. c. 1. d. Mich. Ghiſl. ibi.

Fidelium orationes à Domino Deo audiuntur, ſed deprecationes, quan-
B doq; exaudiri differuntur; at datis, adiectis lacrymis, vix contineri poteſt, quin ille ſe poſtulantibus gratias elargiturum conferat. Reminiſcamini illius magnę luctę inter Patriarcham Iacob, & Dei verbum, vel eius Angelum. Petiente Iacob ab eo benedictionem, eam ei renuebat impertire; at lacrymanti, lacrymas de facto ab oculis per genas emittenti mox conceſſit, & diſceſſit non quidem quoad gratiā, & benedictionem; ſed quoad ſubſtantiam corporalem. de qua re apud Oſeam ſic habetur. *Et inualuit ad Angelum, & confortatus eſt. Fleuit, & rogauit eum. Non dimittam te niſi benedixeris mihi, & benedixit eum.* Pulchrè conſiderandum, quod præcationibus non obtinetur, lacrymis non denegatur. Quod attendens, & admirans Rupertus Abbas libro de proceſſione Spiritus Sancti ſecundo ait. *Non potuit Deus ſe continere fleme illo, quin de multitudine viſcerum ſuorum Spiritum Paraclitum effunderet in eum.* O quàm illiunt lacrymę ſpiritum diuinum! Qui negabatur bellatori, immo & debellatori, non potuit denegari viro flenti: qui nulla vi extorquetur, vna lacryma vſque ad effuſionem ſui pellicitur, vt doctiſſimi viri verbis vtar. Qui ad ſuſcipiendum Dominum accedere vultis, prius voſmet diſponite, præparate lacrymis, vt ſua gratia, & conſolatione Dominus à vobis non diſcedat, ſed ſemper vobiſcum maneat. Gen. c. 32. f. Oſe. c. 12. b. Rup Abb. l. de proceſſ. ſpirit. ſanct. 2. c. 21.

Nec longe abeſt noſtro à propoſito illud, quod Iudicum quarto legitur de Sampſone. Qui magnum vir virium fuit. Qui vna tantum iumenti maxilla
C tot Philiſtinorum fugauit, interfecit; tot vincula, quibus circumligabatur, facillimè diſrumpit; columnam, templum ſuſtinentem Philiſtinorum euellens proſtrauit, aliaque magnalia peregit; attamen ipſe tenebatur ab vna femina nomine Dalila. Quare, quomodo ita? Dubio procul reſpondebitis, quoniam maxmopere diligebat eam. Benè quidem ſic reſpectu Sampſonis, at reſpectu illius mulieris, ea videtur extitiſſe cauſa tanti viri detentionis, quoniam Dalila fere innumeris flebat apud eum lacrymis. De qua ibi dicitur. *Quę fundebat apud Sampſonem lacrymas.* Ita ſuo non diſſimili modo, & nos dicamus. Chriſtus benedictus omnium potentiſſimus, animarum noſtrarum amator caſtiſſimus ſuo amore immenſo nobiſcum eſſe, morarique optat. *Et delitię*, ait, *meę cum filijs hominum.* Apud Auctorem Prouerbiorum. Miro autem modo allectatur, retinetur, conſeruatur inter noſtri cordis, & corporis lacrymas, velut inter tot flares, quos colligat, & in conſpectu ſuo, in ſinu ſuo reponat. Iud c. 14. d. Prou. c. 8. d.

Quod moraliter quoque alludere videtur illud Dauidis diuini Vatis. *Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo.* Equidem non ignoro, tam diu remanere in nobis ſanctiſſimum Altaris Sacramentum à communicantibus ſumptum, donec ſpecies illę panis, & vini accidentales remanent in nobis incorruptę. Nihilo minus non adiecto peccati obſtaculo, datis verò lachrymis, & affectibus cordis, remanet, & conſeruatur in nobis quoad gradum gratię acquiſitę maio- Pſal. 55. Diu. Thom. 4. p. q. 80. ar. 3.

rem,

Digitized by Google

Nenriq. lib. 8.c.8 num.1 Suarez. diſp. 52. ſect. 1. & alij.

rem, & nouum. Lacrymantes ſanctiſſimam communionem ſuſcipite; & poſt eius ſumptionem, vt fieri poteſt, lacrimas non pauciores effundite, in Domini laudem, in gratiarum actionem, & veſtri ſalutem, qui myſticus eius eſtis Thalamus. D

Oratio Diu. Ambr. in præpa. ad Sanct. cõm. die Sabb.

O Domine Ieſu Chriſte audi vocem deprecationis meę, exaudi me clamantem ſic ad te. Per hoc myſterium deitatis, per hoc Sacramentum pietatis, da vt in anguſto cordis mei thalamo te ſuſcipere magna cum pietate valeam, & te Dominum meum, Deum meum, ſemper mecum habeam. *O panis dulciſſime, ſana palatum cordis mei, vt ſentiam ſuauitatem amoris tui: ſana illud ab omni languore, vt nullam præter te ſentiam dulcedinem. Panis candidiſſime, habens omne delectamentum, & omnem ſaporem, qui nos ſemper reficis, & numquam in te deficis, comedat te cor meum, & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animę meę. Manducat te Angelus ore pleno, manducet te peregrinus homo pro modulo ſuo, ne deficere poſſit in via, tali recreatus viatico.* O mi Ieſu dulciſſime, da mihi, fideliſſimo corde, mentis, & corporis puritate, ſemper ſic exorare, te omni affectu maiori ſemper venerari, deprecari, donec veniam, & in te requieſcam. Ego miſer, & tuus inutilis ſeruus ſuſcipiam te, ſuſcipiar à te. Ego te in hoc venerabili ſacramento, tu me tua gloria in Cælo. Vbi reuelata facie in æterna requie te frui, te contemplari tua det mihi miſericordia, in ſæculorum ſæcula. Amen.

Myſtici Thalami Cæleſtis Sponſi Finis. E

Ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, eiuſque Matris immaculatę ſemper Virginis Marię, Cæli Reginę, mundi Dominę, peccatorum Aduocatę.

Ego frater Laurentius, qui ſuprà, huius operis Auctor quàmrudis, in omnibus his, atque in vniuerſis, quæcumque ſcripſi, & ſi quę alia ſcripſero, me tota mente, ac animo cunctis ſanctę Eccleſię Catholicę, Romanę ſanctionibus, & determinationibus ſubmitto, paratus, ſi quid erroneum, quod Deus auertat, adreperiretur, reuocare, atque penitus abradere. Sic me Deus ſua bonitate, ac pietate adiuuare, & in æternum ſaluare dignetur.

SYL-

Digitized by Google

SYLLABVS TERTIVS,

QVI EST SENTENTIARVM DIVINÆ SCRIPTVRÆ,

Tám veteris, quám noui Teſtamenti,

Eodem adhibito, vt ſupra, reperiendi modo.

Geneſis.

Cap. 1 ET vidit Deus quod eſſet bonum. pag. 62. f.
Dixitq; Deus, fiat lux, & facta eſt. 41. c.
Et vidit Deus, quod eſſet bonum &c. 89. c. 193. c.
Fiat lux, fiat firmamentum, & fact. 116. d.
Spiritus autem Domini ferebatur ſuper. 195. c.
Congregentur aquę, quę ſub Cælo ſunt. ibid.
2. In animam viuentem, cum verſione. 137. c.
Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum. 8. d.
Liber hic eſt Generationis Adę. 154. c.
Relinquet homo patrem, & matrem. 48. d.
3. Adę, & Euę Zonas pelliceas fecit. 105. b.
Vidit igitur mulier, quod bonum eſſet. 119. c.
In ſudore vultus tui veſceris pane. 77. c.
Inimicitias ponam inter te, & mulierem. 157. b.
Et ait Deus. Adam vbi es? & c. 196. f.
Et ipſa conteret caput tuum, & c. 47. c.
Et ſub viri poteſtate tu eris. 58. d.
Et collocauit ante Paradiſum. 52. f.
Eritis ſicut Dij, ſcientes bonum, & c. 64. d. e.
Tu ſub viri poteſtate eris, & c. 50. d.
Et comedit, deditque viro ſuo, qui. 269. a.
Vidit igitur mulier, quod bonum eſſet lignu. 320. f.
4. Omnis, qui inuenerit me, occidet me. 73. a.
Statim in floribus peccatum tuum. 13. a.
Non reſpexit Dominus ad Cain, neque. 172. e.
Cum operatus fueris eam, non dabit. 229. b.
Ambulans ad auram poſt meridiem. 10. e.
Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me. 271. c.
6. Fac tibi Arcam de lignis leuigatis. 10. f.
7. Clauſit eam Dominus de foris. 77. a.
In articulo diei illius, cum verſione. 114. d.
8. Egredere tu, & vxor tua. 77. b.
Odoratuſque eſt Dominus odorem. 228. e. 244. d.
Odoratuſq; eſt Dominus odorem ſu. 255. c. 277. c.
9. Maledictus Chanaam, & c. 87. d.
Arcum meum ponam in nubibus. 104. c. 272. e.
11. Eriſque pater multarum gentium. 85. b.
Faciamus turrim; cuius culmen. 131.
12. Venientes in Aegyptum more, & c. 77. c.
Faciamque te in gentem magnam. 121. c.
13. Perambula terram in longitudine. 124. d.
14. Quia & Camelis tuis hauriam aquam. 152. e.
Necnon, & Loth, & omnem ſubſtantiam. 195. b.
16. Vidi poſteriora videntis me. 210. e.
18. Domine, ſi inueni gratiam in. 193. a.
Ponamque bucellam panis, & conſ. 320. f.
19. Subuertit Ciuitates has, & omn. 98. f.
Noli reſpicere poſt tergum. 2[illegible]. b.
21. Et ſedens contra leuauit vocem. 199. a.
Creuit igitur puer, & ablactatus eſt. 305 c.
22. Dominus videt, Dominus videbit. 110. d.
Quia feciſti hanc rem, & non peperciſti. 174. e.
Vidi Dominum facie ad faciem, &c. 263. e. 215. a.
25. Iacob autem vir ſimplex habitabat. 82. e.
Fecit tabernaculum tranſtorentem. 130. f.
Deprecatuſque eſt Iſaac pro vxore, cum verſ. 167. a.
Deprecatuſque eſt Iſaac Dominum, & c. 28. d.
27. Numquid vnam tantum benedictionem. 106. d.
Quia filio proprio non peperciſti propter. ibid.
28. Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem. 78. d.
Tulit de lapidibus, qui iacebat, & c. 193. b.
Terram, in qua dormis, tibi dabo. 204. d.
38. Prater te, quę vxor eius es. 280. e.
39. Fuit autem Dominus cum Ioſeph, & c. 35. e.
Iniecit autem Domina ſua oculos in. 49. c.
Fuit autem Dominus cum Ioſepho. 34. d.
40. Aſportate oſſa mea vobiſcum, & c. 5. a.
Vt ſuggeras Pharaoni, vt educat. 280. f.
41. Et quintam partem fructuum, & c. 27. e.
Creſcere me fecit Deus in terra paup. 310. e.
45. Ne iraſcamini in via, & c. 226. e.

46. *Cumque vocauerit vos, & c.* 61. a.
Diſſoluta ſunt vincula eius. 37. b.
49. *Nephtalim ceruus emiſſus, & c.* 29. f.
Nephtalim ceruus emiſſus, & c. 22. e.

Exodi.

Cap. 3 *DEus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iac.* 276. f.
Deus patris tui, Deus Abraham, & c. 78. d.
Conſtitui te Deum Pharaonis, & c. 270. e.
4. *Quis ſum ego, vt vadam ad.* ibidem.
Domine, ex quo locutus es mihi. 91. b.
8. *Digitus Dei eſt hoc, & c.* 18. f.
10. *Cunctuſque populus videbat voc.* 85. b.
Tenebræ factæ ſuper vniuerſam. 213. a.
12. *In die primo non erit fermen.* 61. a.
Caput cum pediſque vorabitis. 307. b.
13. *Afferte oſſa mea hinc vobiſc.* 8. f.
16. *Vtinam mortui eſſemus per.* 312. e.
Sume vas vnum, & mitte ibi Man. [illegible]. f.
Conſumptaque farinula ex Aegypto. 3. b.
Nomen eius Man, quod erat. 161. a.
19. *Inuenerint falſum teſtim. dixiſſe.* 9. c.
20. *Viſitans iniquitatem patrum in fil.* 267. c.
25. 34. *Non apparebis vacuis manibus.* 24. f.
Poneſque in Arcam teſtificationem. 71. c.
28. *Portabitque Aaron nomina orum.* 88. e.
25. *Equum, & aſcenſorem proiecit in.* 208. e.
32. *Dimitte me, vt iraſcatur fur.* 12. a.
Adripiens vitulum, quem fec. 13. b.
En dij tui, Iſrael, & c. 88. f.
Dimitte me, vt iraſcatur fur. 112. e.
Solemnitatem in exitu anni. 170. d.
Proiecit de manu Tabulas, & c. 193. f.
33. *Non enim videbit me homo, & c.* 302. f.
Iam nunc depone ornatum tuum. 219. c.
36. *Cuius baſibus argenteis, & c.* 247. c.

Deuteron.

Cap. 6 *ERunt verba hæc, quæ ego præcip.* 173. a.
17 *Deſcribet ſibi deuteronomium legis.* 72. f.
21. *Omnis locus, quem calcauerit pes veſ.* 228. d.
22. *Si duxerit vir vxorem, & poſtea.* 94. e.

Leuit.

Cap. 1 *REtorto ad collum capite.* 201. a.
5 *Anima, quæ iurauerit, & protul.* 53. c.
10. *Aquilam, & Griffum non comedetis.* 209. c.
26. *Reſpiciam vos, & concreſcere faciam.* 109. b. 312. f.

Numerorum.

Cap. 1 *TOlle ſummam vniuerſæ congregat.* 88. e.
16 *Diſrupta eſt terra ſub pedibus.* 190. d.
23. 24. *Quam pulchra Tabernacula tua.* 163. d. 63. c.

Ioſue.

Cap. 2 *APpendit funiculum coccineum.* 115. a.
6 *Virorum fortiſſime, Dominus tecũ.* 215. b.

Iudicum.

Cap. 4 *DOnec ſurgeret delbora, & c.* 151. c.
7 *Qui manu, & lingua lambuer.* 173. b.
Quod me videritis facere, citò fa. 291. c.
14. *Quæ ſundebat apud Sampſonem.* 209. c. 327. c.
15. *Et attulit ei agnum de capris.* 283. d.
16. *Niſi gladius Gedeonis.* 323. b.

Regum lib. 1.

Cap. 2 *QVis eſt filius Iſai, vt ego tollam.* 63. e.
3 *Et ait Dominus, Samuel, Samuel.* 292. d.
5. *Aggrauata eſt manus Domini ſuper.* 309. a.
6. *Stabant autem in directum vaccæ.* 290. e.
Non declinabant neque ad dexteram. 4. d.
14. *Illuminati ſunt oculi eius, & c.* 321. a.
10. *Quia inuentæ ſunt Aſinæ, ad quas.* 259. d.
14. *Ionatas reptans manibus, ac ped.* 232. a. 20. d.
16. *Dauid tollebat cytharam, & c.* 25. b.
17. *Miſit manum ſuam in peram, & c.* 25. c.
Arma vero poſuit in tabernacul. 203. b.
21. *Non habeo laicos panes, & c.* 63. a. 279. c.
Benedicta tu, quia prohibuiſti. 204. f.
26. *Si incitat te aduerſum me, odoret.* 245. b.
13. *Filius vnius anni erat Saul, cum.* 51. a. b. c.
24. *Et quia nunc ſcio certiſſime.* 67. d.

Regum lib. 2.

Cap. 4 *SVper eſt filius Ionathæ debilis ped.* 260. d.
5 *Non ingredieris huc, niſi abſtuleris.* 186. f.
6. *Et benedixit Dominus obede.* 309. a.
12. *Quamobrem non recedet gladius, & c.* 105. a.
Quæ ouis creuerat apud eum, & c. 50. d. e.
15. *Abſalon in Hebron. Adagium.* 150. f.
Veniat obſecro, Thamar ſoror mea. 233. b.
17. *Poſuit illos in vaſe Paſtorali, cum verſ.* 254. f.
18. *Quoniam Regnum perturbat, & c.* 90. d.

Regum lib. 3.

Cap. 1 *DOrmiuit Dauid cum Patribus ſuis.* 92. f.
Si regnauerit poſt te Dominũ meum. 45. a.
Cumque operiretur veſtibus, non cal. 26. b.
2. *Viuit Deus, quia non dimittam te.* 126. e.
Ecce ingredior viam vniuerſæ carnis. 5. c.
3. *Igitur euigilauit Salomon, & c.* 305. a.
7. *Et quaſi in modum retis, & catenæ.* 123. e.
13. *Inuenit eum Leo in via, & occidit.* 98. f.
17. *Abſcondere in torrente Carith.* 37. c.
Da mihi paululum aquæ in vaſe. 93. a.
En colligo duo ligna, vt ingrediar. 325. b.
18. *Cecidit ignis Domini, & deuorauit hol.* 326. e.
Currebant aquæ circum Altare. 117. b.
Vſquequo claudicatis in duas partes? 196. e.
19. *Et ambulauit vſque ad montem Dei Horeb.* 320. e.

Regum lib. 2.

Cap.2 OBſecro, vt fiat in me duplex ſpirit. 175.d.
4 Caput meum doleo, caput meũ dol. 168.e.
Baculum ſuper faciem pueri, & non. 180.d.
Cumque guſtaßent de coctione excel. 191.a.
5. Putabam, quòd egrederetur ad me, &c. 115.b.
Deſcendit, & lauit ſe ſepties in Iord. 26.e.32.e.
19. Reuerſus autem Eliſæus ab eo tulit. 54.f.

Paralip. lib. 1.

Cap.19 IN ſimplicitate cordis mei lætus obt. 40.b.
21 Melius mihi eſt incidere in manus. 107.e.

Paralip. lib. 2.

Cap.15 IN tota voluntate quæſierunt, &c. 175.a.
30 Sed tradite manus veſtras Domino. 202.e.

Tobiæ.

Cap.4 ET panem tuum ponas ſuper ſepult. 6.d.
5 Ego ſum Azarias, Ananię filius. 300.d.
5. Quale gaudium mihi erit, qui in teneb. 251.a.

Iudith.

Cap.10 QVi etiã Dominus contulit ſplendorẽ. 313.b.
16 Et conopeum, quod ipſa ſuſtulit. 273.e.
13. Aperite mihi portas, Dominus nobiſcum. 215.b.

Ruth.

Cap.2 ET collegebat ſpicas in agro, &c. 60.e.
4 Hic autem erat mos antiquitus. 253.a.

Heſter.

Cap.1 NOn ſolum Regem læſit Regina Vaſthi. 41.b.
3 Si tibi placet Rex, decerne, &c. 66.e.

Iobis.

Cap.1 TVnc ſurrexit, & ſcidit veſtimenta. 51.a.
Conſurgenſque diluculo offerebat. 324.e.
Nudus egreſſus ſum de vtero matris. 264.f.
2. De ventre illius extrahet eas Dominus. 266.f.
3. Nunc dormiens ſilerem, & ſomno. 181.b.
Quaſi effodientes ſepulchrum, gaudent. ibidem.
6. Sagittę Domini in me ſunt, &c. 51.e.
9. Sub ipſo curuantur, qui portant orb. 19.a.
Si venerit ad me, non videbo eum. 97.a.
19. Manus Domini tetigit me, &c. 18.f.
14. Vocabis me, & ego reſpondebo. 112.f.
21. 39. Superponite digitum ori veſtro. 25.b.
21. Et in puncto deſcendunt ad inferos. 92.f.
26. Obſtreticante manu eius, edu. 2[illegible]
28. In petris riuos excidit, &c. 118.e.
Locus ſaphiri lapides eius, & es 181.e.
31. Si vidi ſolem, cum fulgeret, &c. 220.f.
33. Dixiſti ergo in auribus meis. 38.e.
38. Vbi eras, quando ponebam fundam. 133.e.
40. Fortitudo eius in lumbis illius. 39.b.
42. Quæcumque fuerant Iob duplicia. 264.f.

Pſalmorum liber.

Pſ. 1. EGo autem conſtitutus ſum Rex ab eo. 63.a.
In lege Domini meditabitur die, ac. 84.e.
Non exurgent impij in iudicio. 17.a.
2. Apprehendite diſciplinam, ne 2.f.
Dirumpamus vincula eorum, &c. 109.c.
Apprehendite diſciplinam, ne quando. 322.f.
Super montem prædicans præceptum eius. 219.b.
4. In pace, in idipſum dormiam, & 301.b.
5. Domine, vt ſcuto bonę voluntatis coron. 325.b.
6. Laboraui in gemitu meo. 326.f.
7. Exurge Domine in præcepto, quod mand. 224.d.
9. Cognoſcetur Dominus iudicia faciens. 14.f.
Increpaſti gentes, & perijt impius. 132.b.
Vt annunciem omnes laudes tuas. 285.a.
10. Quoniam quæ perfeciſti, deſtruxerunt. 11.a.
Palpebrę eius interrogant filios hom. 120.e.
11. Impij in circuitu ambulant. 130.a.
Tribulationem, & dolorem inueni. 266.f.
13. Exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael. 265.b.
Attolite portas principes veſt. 35.b.
14. Quis habitabit in tabernaculo, cũ verſ. 75.b.173.a.
15. Funes ceciderunt mihi in præclaris. 24.f.259.a.
16. De abſconditis tuis adimpletus eſt. 316.f.
Credo videre bona Domini in terra. 17.b.
17. Quoniam tu illuminas lucernam meam. 40.e.
Qui docet manus meas ad prælium. 25.b.
Qui perfecit pedes meos, tamquam ceruor. 122.d.
In auditu auris obediuit mihi. 127.a.
Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo. 211.e.
Inueteraui inter omnes inimicos. 91.c.
Perſequar inimicos meos, & c. 47.a.
Et diſciplina tua ipſa me docebit. 258.d.
Diligam te Domine, fortitudo mea. 286.d.
18. Cæli enarrant gloriam Dei, &c. 12.d.56.e.
In omnem terram exiuit ſonus eorum. 89.a.
Dulciora ſuper mel, & fauum. 72.e.
17. Sagittas ſuas ardentibus effecit. 159.a.
18. Non eſt qui ſe abſcondat à calore. 145.a.
20. Præueniſti eum in benedictionibus. 292.e.
Poſuiſti in capite eius coronam de: 247.a.
21. Deus meus reſpice in me, quare, &c. 108.e.120.f.
In te proiectus ſum ex vtero matris. 235.b.39.a.
Ego vermis, & non homo, &c. 323.c.
Manducauerunt, & adorauerunt. 332.e.
20. Deſiderium cordis tribuiſti ei. 111.c.
22. Calix meus inebrians quàm præclarus. 294.d.
Virga tua, & baculus tuus ipſa me. 52.d.3.b.
Non timebo mala, quoniam tu mecum. 235.a.5.c.
23. Donec fodiatur peccatori fouea, &c. 5.c.
Attolite portas principes veſtras. 37.d.
24. Vide humilitatem meam, & laborem. 77.c.
26. Et ne declines in ira à ſeruo tuo. 214.d.

26. Si conſiſtant aduerſũ me caſtra. 17.c. 146.a. 248.d
In petra exaltaſti me, & c. 74.f.
27. Deus meus, ne diſceſſeris à me. 212.f.
26. Adiutor meus es tu, ne derelinquas. 27.b.
29. Conſcidiſti ſaccum meum, & circ. 34.d.
31. Conuerſus ſum in erumna mea, dum. 6.f.
Delictum meum cognitum tibi feci. 34.d.
Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates. 93.c.
Pro hac orabit ad te omnis Sanctus. 14.d.
Et iuſtitiam meam non abſcondi. 49.a.
Ego dixi confitebor aduerſum me. 170.f.
In Camo, & freno maxillas eorum. 259.a.
Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates. 311.a.
32. Ponens in theſauris abyſſos. 183.c.
Ipſe dixit, & facta ſunt. 85.d.
Miſericordia Domini plena eſt. 102.d.
33. Guſtate, & videte, quoniam. 320.f.
Multiplicaſti ſuper nos miſericordiam. 119.c.
34. Operatus eſt ſalutem in medio terrę. 151.b.
33. Diuites eguerunt, & eſurierunt. 227.b.
35. Et in lumine tuo videbimus lumen. 264.d.
Quoniam apud te eſt fons vitę. 277.a.
Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu. 281.a.
36. Apud Deum greſſus hominis dirig. 282.f. 209.a.
Veritas tua vſque ad nubes. 43.b.
37. Sicut onus graue grauatę ſunt. 241.b.
Ego in flagella paratus ſum. 265.a.
39. Comprehenderunt me, cum verſione. 3.a.
Beatus vir, cuius eſt nomen Domini. 30.e.
37. Factus ſum ſicut homo non audiens. 48.f.
39. Eduxiſti me de lacu miſerię. 98.c.
Aures autem perfeciſti mihi, cum verſ. 114.f.
Expectans expectaui, & intendit. 149.c.
41. Fuerunt mihi lacrymę meę panes. 51.b.
Dum dicitur mihi, vbi eſt Deus. 214.d. 243.b.
In voce exultationis, & confeſſionis. 318.e.
44. Adducentur Virgines poſt eam. 276.f.
Aſtitit Regina à Dextris tuis. 146.f. 153.c.
Speciosus forma pre filij hominum. 158.d.
Sagittę tuę acutę, vox tonitr. 159.a.
Audi filia, & vide, quia conc. 40.e. 113.a.
45. Intonuit de Cælo Dominus, Altiſſ. 53.a.
Arcum conteret, & confringet arma. 159.b.
Adiuuabit eam Deus mane diluculo. 134.f.
47. Ponite corda veſtra in virtute. 149.b.
49. In manu eius ſunt omnes fines terrę. 102.a.
Iuſtitia, & iudicium correctio eius. 103.b.
Populus eius, & oues paſcuę eius. 120.f.
Et altitudines montium ipſe conſpicit. 246.d.
Immola Deo ſacrificium laudis. 98.d.
In capite libri ſcriptum eſt de me. 106.d.
50. Auditui meo dabis gaudium. 241.b.
Prouidebam Dominum in con. 247.e.
Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium. 277.a.
51. Omnia verba præcipitationis. 23.b.
53. Auerte mala inimicis meis. 101.c.
Voluntarie ſacrificabo tibi, quoniam. 322.e.
Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu. 102.e.
Super inimicos meos deſpexit. 101.c.
54. Veniat mors ſuper illos, & deſcendat. 4.e.
Venerunt ſuper me, contex. 6.f.
Si inimicus meus maledixiſſet mihi. 319.b.
Molliti ſunt ſermones eius ſuper. 62.d.
Extendit manum ſuam in. 167.b.
56. Paratum cor meum Deus, paratum. 247.a.
58. Fortitudinem meam ad te cuſtodiam. 148.e.
Sine iniquitate cucurri, & dir. 49.e.
59. Dat Deus ſignificationem, vt fu. 13.a.
57. Lætabitur iuſtus, cum viderit. 18.e.
59. Dediſti metuentibus te ſignificat. 112.e. 272.e.
In idumeam extendam calceam. 307.c.
60. Vt liberentur dilecti tui, ſaluum. 296.f.
Dum anxiaretur cor meum, in pe. 295.a.
62. Melior eſt miſericordia tua ſuper. 185.b. 103.a.
63. Sagittę paruulorum factę ſunt. 50.f.
Sagittę paruulorum factę ſunt. 106.a.
Duo hæc audiui, quia poteſtas. 46.b.
65. Holocauſta medullata offeram. 69.a.
Ad iniquitatem ſi aſpexi in cord. 112.e.
67. Rex virtutum dilecti, dilecti. 294.d.
Pluuiam voluntariam ſegregab. 124.e.
Domini, Domini exitus mortis. 7.b.
68. Quoniam intrauerunt aquę vſque. 79.e.
70. Et adiciam ſuper omnem laudem. 200.d. 285.a.
Tanquam prodigium factus ſum. 248.f. 295.a.
Et potum dabis nobis in lacrimis. 93.b.
Et nihil inuenerunt in manibus. 202.f.
72. Etenim ſagittę tuę tranſeunt. 72.d.
74. Ego confirmaui columnas eius. 57.b.
Liquefacta eſt terra, & c. 57.b.
75. Dormierunt ſomnum ſuum. 51.e.
72. Tenuiſti manum dexteram meam. 201.c.
75. Ibi confregit potentiam, arcum. 159.b.
72. Ecce peccatores obtinuerunt diuit. 227.a.
73. In ſecuri, & aſcia deiecerunt. 252.d.
Operatus eſt ſalutem in medio ter. 231.b.
75. Ab increpatione tua Deus. 36.b.
76. Deum exquiſiui manibus mei. 20.d.
77. In iram concitauerunt eum in. 270.d.
Defecerunt in vanitate dies eor. 59.a.
Aedificauit ſicut Vnicornium, & c. 209.b.
Panem Angelorum manducauit homo. 310.d.
De Cælo auditum feciſti iudicium. 273.e.
76. Exercebar, & ſcopebam ſpiritum. 1.a.
Hac mutatio dextrę excelſi. 15.b.
77. Conuerſi ſunt in arcum prauum. 39.b.
80. Dilata os tuum, & implebo illud. 207.a. 325.a.
81. Sicut vnus de Principibus cadetis. 222.d.
Mouebuntur omnia fundam. 208.f.
83. Aſcenſiones eius in corde ſuo diſ. 2.d. 189.a.
83. Cæli enarrant gloriam Dei. 251.a.
85. Lętetur cor meum, vt timeat. 195.a.
Reſpice in me, & miſerere mei. 108.e.
87. Et mane oratio mea præueniet. 122.f.
88. Ne auertas faciem tuam à me. 107.e.
Poſui adiutorium ſuper poten. 75.a. 126.f.
84. Iuſtitia ante eum ambula. 15.b. 29.a.
88. Quis eſt homo, qui viuens, & c. 48.e.
85. Eruiſti animam ex Inferno. 98.e.
86. Diligit Dominus portas Sion ſuper. 136.d.

Homo,

Digitized by Google

Homo, & homo natus eſt in. 134.d.
87. Et in laboribus à iuuentute m. 146.f.
88. Exprobauerunt commutation. 202.f.
Quoniam dixiſti, in æternum. 268.e.
Domini eſt aſſumptio noſtra. 270.e.
90. Verumtamen oculis tuis conſider. 120.e.
91. Iuſtus, vt palma florebit. 67.b.
92. Firmauit orbem terrę, qui. 101.a.
98. Odiui omnem viam iniquitatis. 210.f.
93. Nunquid adhæret tibi ſedes iniq. 48.d.
94. In manu eius ſunt omnes fines. 30.d.
100. Intellectus bonus omnibus facient. 285.c.
Miſericordiam, & Iuditium cantabo. 10.e.
In matutinis interficiebam. 47.e.
Non habitabit in medio Domus meę. 154.f.
101. Dominus in Cælo parauit ſedem. 120.b.
102. Qui coronat te miſericordia, & miſ. 103.a.
Benedicite Damino Omnes Angeli. 44.d.
103. Iucundum ſit ei eloquium meum. 22.f.
De fructu operum tuorum ſatiabi. 185.b.
Petra refugium erinacijs, & c. 255.a.
104. Ferrum pertranſiuit animam eius. 80.e.
105. Et dixit, vt diſperderet eos. 152.d.
103. Auferes ſpiritum eorum, & def. 164.e.
105. Laudauerunt laudem eius. 200.e.
106. Miſit verbum ſum, & ſanauit. 70.c.
Cum dederit dilectis ſuis ſomnum. 82.a.
Qui deſcendunt in mare facien. 38.e.
107. Percuſſus ſum, vt fœnum, & c. 6.d.
Et non exhibis Deus de virtutib. 98.f.
Paratum cor meum Deus, paratum. 117.b.189.b.
110. Miſericors, & miſerator Dominus. 103.b.
111. Gloria, & diuitię in Domo eius, &. 132.e.
110. Memoriam fecit mirabilium ſuorum. 321.c.
111. Calicem ſalutaris accipiam, & ſacr. 294.d.
Iucundus homo, qui miſeretur & com. 205.c.28.f.
Beatus vir, qui in lege Domi. cum verſ. 174.f.
Peccator videbit, & iraſc. 249.b.
In memoria æterna erit iuſtus. 14.e.
113. Cælum Cæli Domino, terram autem. 135.a.
111. Declaratio ſermonum tuorum illum. 73.a.
115. Credidi, propter quod locutus ſum. 182.e.
114. Cuſtodiens paruulos Dominus, humil. 76.f. 270.f.
115. Quid retribuam Domino, pro omnib. 167.c.
114. Memoriam abundantię ſuauitatis. 270.f.
Dilexi, quoniam exaudiet Dominus. 287.a.
116. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum. 320.e.
117. Tribulationem, & dolorem. 264.e.
Aperite mihi portas iuſtitię, ingreſſus. 136.f.
118. Cogitaui vias mea, & conuerti pedes. 5.c.20.d.
Voluntaria oris mei beneplacita fac. 24.d.
Lucerna pedibus verbum tuum. 79.c.
Viam iniquitatis amore à me. 60.e.
Viuet anima mea, & laudabit te. 199.e.
Super inimicos meos prudentem me. 256.e.
Ordinatione tua perſeuerat. 42.e.
Abſcondi eloquia tua in corde. 52.e.
Niſi quod lex tua meditatio m. 71.a.
Adhæſit pauimento anima mea. 71.c.
Super eloquia, ſicut qui inuenit. 82.f.
Beati immaculati, in via, qui amb. 84.e.
Non enim, qui operantur iniquitate. 1 6.d.
Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri. 224.d.
Tribulatio, & anguſtia inuenerunt. 258.f. 18.d.
Errani ſicut ouis, quę perijt, & c. 258.f.
Viam mandatorum tuorum cucurri. 263.a.2 7 b.
Qui ſcrutantur teſtimonia eius, in. 285.
Super ſenes intellexi, quia mandata. 321.b.
120. Vnde veniet auxilium mihi. 134.c.
126 Cum dederit dilectis ſuis ſomnum. 33.b.
Sicut ſagittę in manu potent. 91.a.
127. Vxor tua ſicut vitis abundans in lat. 259.b.
125. In conuertendo Dominus captiuita. Iacob. 241.a.
127. Labores manuum tuarum quia manduc. 36.f.
128. Super dorſum meum fabricauerunt peccat. 182.d.
129. Apud Dominum miſericordia, & copio. 102.d.
130. Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua. 26 a.
131. Elegit Dominus Sion, elegit eam in habit. 160.d.
133. Extollite manus veſtras in ſanct. 32.d. 171.a.
131. Ecce audiuimus eam in ephrata, inuen. 33.a.
133. In noctibus extollite manus veſtras. 24.c. 197.c.
134. Quoniam Iacob elegit ſibi Deus, & c. 105.c.
135. In bracchio excelſo, &. 101.b.
134. Fulgura in pluuiam conuertit. 159.b.
137. Et alta à longe excelſus Deus. 146.d 74.f.
138. Illuc manus tua deducet me, & ten. 259.b.
137. Et ſicut dies illuminabitur. 264.d.
138. Quoniam in æternum miſericordia. 269.c.
Multiplicabis in animam meam virtut. 313.a.
136 Beatus vir, qui allidet paruulos ſuos. 176.e.
138. Intellexiſti cogitationes meas de longe. 30.f.
140. Cum operantibus iniquitatem non com. 211.c.
Dirigatur oratio mea ſicut incens. 245.b.
141. Educ de cuſtodia animam meam ad. 76.f.
142. Quoniam ego ſeruus tuus ſum. 68.e.
144. Aperis tu manum tuam, &. 168.d.
Voluntatem timentium ſe. 186.f.
Et dixit vt diſperderet eos. 152.d.
Oculi omnium in te ſperant. 151.b.
145. Aedificans Ieruſalem Dominus. 118.c. 84.e.
147. Emittet verbum ſuum, & liquefac. 53 b.
148. Laudate eum in tympano, choro. 192.f.
Ignis, grando, nix, glacies, quę. 12.d.
149. Exultationes Dei in faucibus eorum. 79.b.
A viro iniquo eripe me Domine. 211.c.
150. In cimbalis bene ſonantibus. 200.f.

Prouerb.

Cap. 1 EXtendi manum meam, & non. 26.d.
3 Mulierem fortem quis inueniet. 183.a.
8. Et delitię meę eſſe cum filijs. 283 c. 327.c.
9. Sapientia ædificauit ſibi dom. 321.b.
Panis abſconditus eſt ſuauior. 183.a.
12. Mulier diligens, eſt corona viro. 133.a.
13. Spes, quę differtur, affligit an. 56.f.
18. Turris fortiſſima nomen Domini. 230.e.
24. Septies in die cadit iuſtus, &. 97.a.
21. Facere miſericordiam, & iudit. 11.b.
27. Agnoſce vultum pecoris tui. 240.f.

31. Deditque

6. Vincula illius alligamenta ſalutis, 37. b.
Amicus fide'is medicamentum vitę, 295. c.
10. Vę tibi terra, cui Rex puer eſt, 306. d.
24. Et dixit mihi creator omnium. 237. a.
Penetrabo omnes inferiores partes. 109. d.
Quaſi oliua ſpecioſa in campis. 135. b.
Et dixit mihi, in Iacob inhabita. 147. b.
Tranſite ad me omnes, qui concup. 148. d.
Flores mei, fructus honoris, &c. 166. d.
27. Qui in altum mittit lapidem. 271. c.
29. Et hęc pro te exorabit ab omni, &c. 206. e.
39. Et ipſe tamquam imbres emitt. 23. a.
45. Dilectus Deo, & hominibus. 295. a.
Fungi ſacerdotio, & habere laudem. 270. e.

Iſaię.

Cap. 1 ARgentum tuum verſum eſt in. 103. d.
Solemnitates veſtras odiui, &c. 172. d.
Cognouit bos poſſeſſorum ſuum. 282. f.
2. Conflabunt lanceas ſuas in. 52. e.
3. Ego non ſum medicus, & in. 18. d. 67. b.
Ego non ſum medicus, & in. 279. b.
6. Duabus velabant faciem eius. 44
Seraphim ſtabant ſuper illud. 85. a. d. 69. b.
7. Ecce virgo concipiet, & pariet. 71. a.
8. Vidi Dominum ſedentem ſuper. 78. e.
12. Confitebor tibi, quoniam iratus, &c. 112. d.
14. Ponam eam in poſſeſſionem er. 33. [illegible]
16. Pręparabitur in miſericord. ſolium. 103. b.
11. Egredietur virga da radice Ieſſe. 157. c.
30. Expectat Deus, vt miſereatur veſt. 267. b.
28. Hæc requies mea, reficite laſſum. 97. c.
29. Et dabitur liber neſcienti litteras. 155. b.
30. Et oculi tui videntes ſuper nos, &c. 31. c.
38. Corripies me, & viuificabis me. 259. b.
Ecce in pace amaritudo mea am. 48. e.
41. Nunc qui redempti ſunt à Domino. 306. e.
51. Poſui verba mea in ore tuo, & in. 308. d.
52. Gloriam meam nemini dabo, &c. 242. d.
53. Tamquam ouis ad occiſionem, &c. 72. d.
57. Impij quaſi mare feruens. 251. c.
58. Quare ieiunauimus, &c. 69. a.
Clama, ne ceſſes, quaſi tuba. 84. f.
Nunc erumpet quaſi mane. 28. e.
Cum effuderis eſurienti animam. 320. d.
59. Quia non eſt vir, & apporiatus eſt. 309. b.
Verè languores noſtras ipſe tulit. 108. f.
Iniquitates noſtrę diuiſerunt. 109. c.
60. Tunc videbis, & afflues, & dilatabit. 46. d.
61. Ad annunciandum manſuetis, &c. 84. f.
63. Quis eſt iſte, qui venit de edom. 51. b.
60. Quę eſt iſta domus, quam, &c. 70. d.
66. Vermis eorum non morietur, &c. 113. c.

Hieremię.

Cap. 1 EGo quippe hodie dedi te in Ciuitat. 57. a.
Virgam Vigilantem ego video. 111. a.
9. Omnis frater ſupplantans ſuppl. 221. c.
16. Si ſeparaueris pretioſum à vili. 308. e.
24. Vitulum, quem comederunt, in par. 90. d.
49. Fugite, & terga vertite, in vorag. 60. d.

Trenorum.

Cap. 1 QVomodo ſedet ſola Ciuitas. 213. c.
O vos omnes, qui tranſitis per. 41. a.
Peccatum peccauit Ieruſalem. 46. e.
3. Memoria memor ero, & tabeſcet. 3. c.
Dabit percutienti ſe maxillam. 4. d.
4. Candidiores Nazarei eius niue. 161. b.
Et non ceperunt in ea manus. 205. b.

Ezechiel.

Cap. 1 ET animalia ibant, & reuerteb. 31. a.
Vbi erat impetus, illuc gradieb. 31. a. 68. f.
Iunctę erant pennę eorum. ibidem.
4 Sume tibi laterem, & pones eum. 260. d.
7. Et non parcet oculus meus. 111. a.
37. Et dedero ſpiritum meum vobiſ. 164. f.
In profundis aquarum opes tuę. 221. a.
46. Cum autem fecerit princeps. 322. e.

Daniel.

Cap. 1 ET conſtituit eis Rex annonam per. 303. c.
3 Nonne tres viros miſimus in med. 34. e.
4. Et peccata tua redime eleemoſ. 206. d.
Et cogitationes eius cont. 298. f.
5. Quaſi manus hominis. ibidem.
In eadem hora apparuerunt digiti. 95. b.
10. Et ecce vir vnus veſtitus lineis. 49. b.
Et erexit me ſuper genua mea. 173. c.

Oſeę.

Cap. 1 VOca nomen eius abſque miſericordia. 16. d.
2 Ecce ego lactabo eam, & educam. 259. c.
In manibus Prophetarum, &c. 26. e.
5. Vadens reuertar in locum meum. 104. f.
12. Et inualuit ad Angelum, & conſ. 327. b.
14. Tollite vobiſcum verba, & con. 23. a.

Ionę.

Cap. 1 SVrrexit ergo Ionas, vt fugeret in Tharſ. 299. b.

Abacuch.

Cap. 2 QVi ædificant Ciuitatem in ſang. 227. b.
2 Qui potum dat amico ſuo mittens. 81. c.
3. Domine, cum iratus fueris, miſericordię. 10. e.
Audiui auditionem tuam, & timui. 14. d.
In luce ſagittarum tuarum ibunt. 18. d.
Numquid in fluminibus iratus, &c. 103. c.

Digitized by Google

Sophoniæ.

Cap. 1 QVi complent domum Dñi in iniquit. 30. d.
Scrutabor Hieruſalem in lucernis. 229. c.

Aggei.

Cap. 1 FActum eſt verbum Domini in manu. 87. b.
Interoga Sacerdotes legem, & c. 40. c.

Zacchariæ.

Cap. 1 IRaſcor ſuper gentem opulentam. 255. c.
3 Super lapidem vnum ſeptem oculi. 111. b.
7 Vt Adamantem, ne audirent. 127. b.
8. Gentes robuſtæ ad quærendum, & c. 306. f.
13. Quid ſunt plagæ iſtæ in medi o man. 106. e. 266. e.

Malachiæ.

Cap. 1 DIlexi Iacob, Eſau autem odio hab. 249. f.

Machab. lib. 1.

Cap. 3 ET expanderunt libros legis, & c. 61. b.
4 Ornauerunt faciem templi coron. 217. a.
Et fecerunt vaſa ſancta noua. 218. d.

ELENCHVS AVCTORITATVM.

ET SENTENTIARVM

NOVI TESTAMENTI,

Quæ hoc in Opere adductæ in confirmationem conceptuum exponuntur.

Eadem ſerbata reperiendi methodo.

Matthæi.

Cap. 1 LIber Generationis Ieſu Chriſti. 154. e.
Quod enim in ea natum eſt, & c. 159. b.
2. Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudeorum. 243. a.
4. Et ecce Angeli acceſſerunt. 312. e.
5. Qui perſequutionem patiuntur. 36. f.
Luceat lux veſtra coram hominibus. 41. b. 26. f.
Gaudete, & exultate, quoniam merces. 264. c.
Quis ſolem ſuum facit oriri ſuper. 148. c.
Vos eſtis lux mundi, & c. 168. e.
Beati, qui lugent, quoniam ipſi. 186. d.
Eſto conſentiens in via aduerſar. 66. e.
Beati mundo corde quoniam ipſi. 279. b.
6. Nemo poteſt duobus Dominis ſeru. 209. c.
Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcend. 210. f.
Fiat voluntas tua, & c. 69. b.
8. Domine permitte me primum ire. 290. f.
9. Dicebat enim intra ſe, ſi tetigero. 24. c.
Tolle grabatum tuum, & ambul. 201. a.
Remituntur tibi peccata tua. 207. b.
10. Quod dico vobis in tenebris, dicite. 89. a.
Capilli capitis veſtri omnes numer. 286. e.
Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio. 168. f.
11 Euntes renonciate Ioanni, quæ. 20. e.
Inter natos mulierum non ſur. 56. b. 67. c.
Inter natas mulierum non ſur. m. 162. e.
13. Regnum Cælorum ſimile grano ſinap. 311. a.
Sinite vtraque creſcere vſque ad. 267. e.
Quis eſt hic? non ne filius, & c. 63. c.
Relinquetur Domus veſtra deſerta. 273. a.
14. Dimitte turbas, vt euntes, & c. 85. c.
Iube me Domine venire ad te. 317. b.
16. Et egreſſus foras, amarè fleuit. 213. a.
Sinite paruulos venire ad me. 186. d.
Tollat crucẽ ſuã, & ſequatur. 263. a. 36. e. 220. f.
13. Domine, bonum eſt, nos ſic eſſe. 98. d.
16. Extendes manus, & alius cinget. 240. d.
18. Procidens autem ſeruus ille. 77. c.
Niſi efficiamini ſicut paruuli. 221. d. 66. d.
17. Et reſplenduit facies ſicut ſol. 262. f.
18. Niſi conuerſi fueritis, arcum. 51. b.
19. Sinite paruulos veniri ad me. 186. d.
Orabat autem hic ſceleſtus Dom. 127. e.
Ecce nos reliquimus omnia, &. 26. e.
20. Maria ſtabat ad monumentum. 51. b.
Potuit venundari multum, &. 92. d.
Ite & vos in vineam meam, &. 115. e.
Ecce aſcendimus Ieroſolimam, &. 124. d.
21. Et cum veniſſet ad eam, nihil inuen. 29. e.
22. Ite ergo ad exitus viarum, &. 4. f.
Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris, Cæſ. 58. e.
23. Dilatant philacteria ſua, &. 71. b.
25. Amen dico vobis, neſcio vos. 42. d.
Sicut Paſtor ſegregat oues ab hædis. 268. f.
Simile eſt Regnum Cælorum decem Virg. 162. f.
Domine, Domine, aperi nobis, &. 242. e.
Euge ſerue bone, & fidelis, quia. 29. b. 66. f.
26. Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſ. 77. c. 250. e.
Vbicumque prædicatum fuerit hoc. 93. d.
Et cœperunt quidam conſpuere eum. 110. e.
Et hymno dicto, exierunt in montem. 314. d.
Hic eſt Calix ſanguinis mei, & c. 265. c.
27. Clamans voce magna emiſit ſpiritum. 8. d.
Sol obſcurabitur, Luna non dabit. 13. e.
Sanguis eius deſcendat ſuper nos. 256. d.
28. Ite renuntiate fratribus meis. 269. b.

Et ecce

28. Et ecce vobiſcum ſum omnibus diebus. 298.d. 303.e

Marci.

Cap.7 COmedunt ſub menſa de micis puer. 152.e.
8 Video homines velut arbores. 44.d.
9. Domine, bonum eſt nos hic eſſe, & c. 296.e.
10. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibit. 265.c.
Accipiet in alio ſaeculo vitam ater. 56.f.
Qui non accipit crucem ſuam, &. 75.c.
11. Iam non amplius in aternum exte. 29.c.
14. Tunc expuerunt in faciem eius. 110.e.
15. Vere filius Dei hic erat, & c. 158.f.
16. Et reſpicientes viderunt lapidem reuolutum. 7.c.
Viderunt iuuenem ſedentem. 42.e.
Et valde mane vna ſabbator. 170.c.
26. Indignati diſcipuli dicentes, vt. 211.a.

Luce.

Cap.1 AVe gratia plena Dominus tecum. 71.a.
Gaudium magnũ, quod erit omni. 231.a.
Concipies in vtero, & paries filium. 232.d.
Et regnabit in domo Iacob, & c. ibidem.
Ad dandam ſcientiam ſalut. 189.c.
Aue gratia plena, Dominus tecum. 133.a. 153.a.
2. Quia non erat locus in diuerſerio. 223.a.
3. Omnis vallis implebit, & omnis. 70.d.
Factum eſt verbum Domini ſuper Ioann. 43.c.
5. Et ait Dominus Deus in altum. 233.d.
Et qui prior deſcendiſcet. 122.f.
Exi a me Domine, quia, & c. 317.b.
6. Dimittuntur ei peccata multa, quia. 293.c.
7. Vides hanc mulierem? intraui, & c. 326.d.
Et ecce mulier, quę erat in Ciuitate p. 65.c. 93.d.
9. Nemo mittens manum ad aratrum. 30.e.
14. Cum vocatus fueris ad nuptias: 77.d.
15. Congratulamini mihi, quia inueni. 283.b.
Citò proferte ſtolã primam, & c. 313.c.
16. Sed ite, dicite diſcipulis eius, &. 292.f.
19. Quia hodie in domo tua oportet me. 32.f.
20. Noli me tangere nondum enim aſcend. 297.c.
22. Apparuit illi Angelus de Calo. 261.b.
Qui non habet gladium, vendat tun. 262.e.
Hoc facite in meam commemor. 326.d.
2. Gloria in excelſis Deo, & in terra. 130.f.
11. Et ille de intus reſpondens, dicat. 166.f.
12. Sint lumbi veſtri pracincti. 163.c.
13. Amen dico tibi, hodie mecum. 180.f.
10. Excepit illum in Domum ſuam. 202.e.
16. Pater Abraham, mitte Lazarum. 206.e.
11. Omne Regnum in ſe ipſum diuiſum. 195.a.
15. Surgam, & ibo ad patrem meum. 111.c.
19. Quid tibi vis vt faciã? Domine. 85.c.
Zachee feſtinas deſcende, quia. 126.d.
Recordare fili, quia recipiſti bona. 95.f.
17. Nonne decem mundati ſunt? 201.b.
18. Dico Vobis, deſcendit hic iuſtific. 183.c.
22. Qui non habet gladium, vendat tun. 36.e.
Et ego diſpono vobis regnum, ſicut. 324.d.
23. Nos quidem iuſtè, nam digna factis. 84.f.
24. Et ita intrare in gloriam ſuam. 266.d.
26. Accipite, & manducate, hoc eſt. 305.c.

Ioannis.

Cap.1 ECce Agnus Dei, ecce qui tollit pecca. 39.c. 88 d
In principio erat verbũ, & vebũ. 90.d. 296 d
Et de plenitudine eius omes nos accep. 156.f.
Vidimus eũ plenũ gratię, & veritatis 237.b. 248.e.
In propria venit, & ſui eum non recep. 261.c.
2. Euntes renuciate Ioanni, quę. 169.a.
Nuptię factę ſunt in cana. 165.b.
Domine vinum non habent. 242 e.
Ille autem dicebat de templo corporis. 265.a.
3. Dilexerunt homines magis teneb. 209.b.
4. Venite, & videte hominem, qui. 165.a.
5. Et qui metit, mercedem accepiet. 56.f.
Et qui audierint, viuent. 83.c.
Iam noli peccare, ne deterius. 92 e.
6. Vt raperent eum, & facerent, Regem. 225.b.
Et non venerat ad eos Ieſus. 212.f.
Niſi manducaueritis carnem filij. 321.b.
Et impleuerunt duodecim cophin. 273.b.
Eſt puer hic habens quinque panes. 127.c.
7. Miſerunt miniſtros, vt apprehend. 90.e. 21.c.
8. Ieſus autem inclinans ſe ſcribebit. 72.e.
Ego ſum lux mundi ait Ieſus. 231.b.
Ego ſum lux mundi. 168.e.
12. Domine, volumus videre Ieſum. 242.e.
9. Domine, verba vitę habes. 21.c.
10. Ego ſum oſtium, per me ſi quiſ. 35.c. 27.c.
8. Si filij Abrahę eſtis, opera eius. 16 d.
12. Dixit Iudas, quare hoc vnguent. 211.a.
Nunc Princeps huius mundi eijcietur. 2.e.
Sine illam, vt in diem ſepult. meę ſer. 119.b.
In cana Gal. & erat ibi mater Ieſu. 153.b.
Libram vnguenti nardi piſtici. 174.d.
13. Nunc clarificatus eſt fil. hom. 260.f. 210.d.
Quoniam omnia dedit ei Pater in ma. 169.b.
14. Ego ſum via, veritas, & vita. 232.e. 282.f.
16. Triſtitia veſtra conuertetur in. 265.e.
17. Pater ſancte ſerua eos. 68.f.
Vt ſint vnum ſicut nos. 144.d.
18. Si male locutus ſum, tu teſtim. 254.d.
19. Et continuo exiuit ſanguis, & aqua. 156.d.
Et inclinato Capite tradidit ſpiritum. 268.f. 225.c.
Et ait, ſitio, at illi ſpongiam. 6.f.
20. Dominus meus, & Deus meus. 261.e.
Dixit ergo eis iterum pax vob. 62.e.
21. Et noli eſſe incredulus, ſed fidel. 188.d.
20. Conuerſa retrorſum vidit Ieſum. 78.f.
19. Mulier, ecce filius tuus, & c. 162.f.
21. Hic eſt Diſcipulus ille, quem diligebat. 162 d.
22. Et ego diſpono vobis regnum. 266.d.

Romanor.

Cap.6 NOn regnet ergo peccatum in corp. veſt. 92.e.
12 Vt exhibeatis corpora veſtra hoſt. 280.d.

Corinth. Epiſt. 1.

Cap.10 Petra autem erat Chriſtus. 75.a. 125.b.
11 Quotieſcunq; manducabitis panẽ hunc. 326 d
Ideo mulier debet habere velatum cap. 61.b. 278.e.
13. Cum eſſem paruulus, loq. 306.f.
15. Corrumpunt bonos mores colloq mal. 23.b.

Corinth. Epiſt. 2.

Cap 9 Caſtigo corpus meum, & in ſeruit. 54.d.
Abundetis in omne opus bonum. 206.f.
11. Qui infirmatur, & ego non infirmor. 249.c.
12. Cum enim infirmor, tunc potens ſum. 262.f.

Ad Galatas.

Cap.6 Abſit autem mihi gloriari, niſi. 261.a.

Ad Ephes.

Cap.3.4 Paulus vinctus Chriſti Ieſu. 37.a.
4 Quod autem aſcendit quid eſt, &c. 52.e.
Et nolite contriſtare Spiritum Sanctum. 164.f.
Aſcendens Chriſtum in altum, capt. 261.a.
6. Et gladium Spiritus, quod eſt, &c. 52.e.

Ad Philip.

Cap.2 Semet ipſum exinaniuit. cum verſ. 283.e.

Ad Coloſſens.

Cap.1 Adimpleo ea, quę deſunt paſſionum. 260.e.

Ad Timot. Epiſt. 1.

Cap.6 Qui volunt diuites fieri, incidunt in. 123.c.

Ad Timot. Epiſt. 2.

Cap.1 Formam habe ſanorum verborum. 21.a.
3 Scito, quòd in nouiſſimis diebus. 19 b.
4. Bonum certamen certaui, curſum. 28.f. 68.d.
Repoſita eſt mihi corona iuſtitię. 294.e.

Ad Hebræos.

Cap.4 Viuus eſt enim ſermo Dei. 79.e.
Qui non poſſit compati infirmit. 224.f.
9. In qua Vrna erat habens manna. 259.d.
10. Horrendum eſt incidere in manus Dei. 107 d.
11. Sancti per fidem vicerunt Regna. 171.c.
12. In auctorem fidei. cum verſ. 192.d.

Actuum Apoſtol.

Cap.6 Viderunt faciem eius, tamquam. 164.d.
7 Ecce video Cælo apertos, & filium. 39.a.
9. Domine, quid vis me facere? 115.b.
12. Miſit Herodes Rex manus, &c. 205.b.
26 Exceptis vinculis his, &c. 37.b.

Epiſt. B. Iacobi Apoſtoli Canon.

Cap.1 Beatus vir, qui ſuffert tentationem. 65.a.
2 Vos autem exhonoratis pauperem. 228.d.
Super exaltat autem miseric. Iudit. 268.

B. Petri Apoſt. Epiſt. 1.

Cap.1 Propter quod ſuccincti lumbos. 113.b.
2 Sine dolo lac concupiſcite, vt creſcat. 161.c.
4. Si exprobamini in nomine Chriſti. 262.e.

B. Petri Apoſt. Epiſt. 2.

Cap.1 Satagite, vt per bona opera veſtra. 15.c.
Vobis relinquens exemplum, vt. 297.c.
2. Et iuſtum loth oppreſſum à neſar. 97.c.
Sicut modò infantes geniti. &c. 302.e.

B. Iudę Apoſt.

Cap.6 Cum Michael Archangelus cum Diab. 29.d.

Apocalyp. S. Ioann.

Cap.1 Et in ore eius gladius actus vtraque. 104.f.
Precinctum ad mamillas Zona aur. 49.a.
Et habebat in dextera ſua ſtellas. 100.e.
2. Faciam illum columnam in templo. 45.a.
Sed habeo aduerſum te pauca. 95.c.
3. Sed quia tepidus es. 324.e.
Suadeo tibi emere aurum ignitum. 66.d.
4. Et in conſpectu ſedentis tamquam. 94.d.
Adorabant viuentem in ſæcula. 306.d.
5. Et viginti quatuor ſeniores cecid. 25.c.
Et feciſti nos Deo noſtro Regnum. 118.d.
Et vidi Agnum ſtantem tamquam. 119.a.
Et ſoluere ſeptem ſignacula eius. 266.e.
6. Vſquequo, Domine, non vindicas ſanguin. 272.d.
Et ecce equus pallidus, & qui ſedebat. 54.d.
10. Et vidi alium Angelum fortem deſcend. 100.f.
Et iris in capite eius, & facies. 66.f.
Accepi librum de manu Angeli. 72.e.
12. Et ſignum magnum apparuit in Cælo. 314.d.
Cauda eius trahebat ſecum tertiam p. 94.f.
14. Habentem in capite ſuo coronam aur. 107.a.
Beati mortui, qui in Domino moriunt. 5.e.
15. Quis non timebit te Domine, & magn. 168.f.
21. Et platea Ciuitatis aurum mundum. 66.d.
Lucerna eius eſt Agnus. 74.f.
Habebat menſuram arundineam. 121.a.

FINIS.

Digitized by Google

QVARTVS DENIQVE ELENCHVS.

Qui eſt Rerum, & Verborum notabilium eadem obſeruanda, prout ſupra, reperiendi Methodo.

A

Abel.

ABEL, non Adam primus Sacerdos vocatus fuit, & quare. 62. f.

Abraham.

Abraham Deo gratiſſimus fuit propter obedientiam 121. c. Abraham, Iſaac, & Iacob ſtatuę ſuper muros, & portas Sion erant. 136. c. Tres Angelos vidit, & vnum adorauit, & quid hoc myſticè. 193. a. Ab eo diuiſus Loth ab hoſtibus captus fuit, & quid hoc myſticè. 195. b. Cur filios ſuos non benedixerit, ſicut fecit Iacob. ibid. c.

Abſalon.

Abſalon in Hebron, prouerbiũ erat apud Hebræos, & quem ſenſum habuerit. 150. f.

Adam.

Adam propter mortem Abelis ſecundum quoſdam annis centũ à matrimonio abſtinuit manens in timore mortis, ac planctu. 8. f. & 9. a. Adam, & Euę fecit Deus poſt peccatum tunicas pelliceas, vt eos humilitatem doceret. 77. f.

Ægyptij.

Ægyptij, ac Perſę in menſa mortui caput apponebant. 6. e.

Ageſilaus.

Ageſilaus Rex quid pro amico detento Seleuco Regi ſcripſerit. 155. c.

Alcibiades.

Alcibiades inſigniáque. 159. a. Eius adhuc pueri factum. 270. f.

Alexander Magnus.

Alexander Magnus Lyſimaci vulnus capitis ſui faſcia circumligauit. 37. b. Regni omen Lyſimaco id fuit. ibid. Eius dictum inſigne de amico Epheſtione. 63. b. In Alexandrię conſtructione farinam calce deficiente adhibuit. 139. b. De matris ſuę lacrymis quid dixerit. 146. d. Illo præſente milites fortiter dimicabant. ibid. E Domum condidit theſauris plenum pro militibus. 148. d. Dario dimidium Regni ſui offerenti, quid reſponderit. 194. a. In Porum Indorum Regem clementia, atq; magnificentia. 207. a. In Perillum pro dote filię effuſa liberalitas. ibid. b. Ante exercitum pedibus inter niues gradiebatur, vt milites excitaret ad laborem. 224. d.

Amor.

Amor, ſeu Cupido cur oculis velatus pingatur. 2. f. Amor deſcendit. 198. d. Modum neſcit. ibid. Cum arcu, & ſagitta, ac face accenſa Amorem pinxerunt cum inſcriptione. *Nec Deus immunis.* ibid. e. Iudicium neſcit, & ratione caret. 283. b.

Anphion.

Anphion cantu, ac Lyrę ſono, quo ſenſu ſaxa traxiſſe dicatur. 84. d.

Andreas Apoſtolus.

Andreas interpretatur reſpondens. 120. f. A Deo dilectus fuit in odorem ſuauitatis. 127. c. Cum gaudio ad Crucem acceſſit. 128. d. Manibus, altera Cælum verſus, altera verſus terram Cruci affixus fuit. ibid. f.

Angelus.

Angelus cum gladio igneo ad Paradiſi cuſtodiam poſitus fuit, & quid hoc myſtice. 53. a. In ſcala Iacob Angeli aſcendentes, & deſcendentes, quid ſignificent. 78. d. Nudis pedibus, & alati, cur pingantur. 116. f. Angelus Agar facie ad faciem non eſt allocutus, & cur 210. e. Nullus reproborum Seraphim appellatur, & quare. 286. e.

Anima.

Anima à vitijs quo pacto purganda. 11. a. Cælo comparatur. 117. b. Magis eſt vbi amat quam vbi animat. 199. a. Qua ratione præparanda, vt in eam Deus recipiatur. 268. f.

Apis.

Apes hieroglyphicum ſunt caſtitatis. 161. c

Apoſtoli.

Apoſtoli Ceruis comparantur, & qua de cauſa. 122. e. Piſcatores, & pauperes, cur Chriſtus Apoſtolos elegerit. 123. a.

Aquila.

Aquila paruis auibus delectatur, & magnas inſectatur. 74. e. A diuino ſacrificio repellebatur, & qua de cauſa. 210. d.

Arca Domini.

Arca Domini in loco ſyluestri poſita fuit, & quid hoc myſticè. 33. a. Tabulas legis, virgam Aaron, & Manna continebat, & quid hoc myſticè. 71. c. 259. c.

Arcus.

Arcus, quem Deus poſuit in ſignum fœderi, cur ſæpius appareat in nubibus. 272. e.

B

Balthaſſar Rex.

Coràm Rege Balthaſſare, cur digiti apparuerunt ſcribentes non tota manus. 267. c.

Bethania.

Bethania domus obedientię interpretatur 68. e.

Bona temporalia.

Bona temporalia à ſequela Chriſti nos abducunt. 52. e. dimittenda ſunt vt cũ Dæmone luctari poſſumus. 55. b. vana ſunt, & fugacia. 109. a.

Bona ſpiritualia.

Bona ſpiritualia non ex delitijs ſæculi, ſed ex vigilijs, laboribus, & tribulationibus eruerentur. 33. a. b.

C

Cain.

Cain verba, omnis qui inuenerit me occidet me, quam veritatem habeant. 13. a

Carnis maceratio.

Carnem loris affligere animę perutile eſt. 2. e. f. Carnis maceratione, & orationibus hoſtes animę ſuperamus. 53. b. Carne edomita ſpiritus fit vegetior. 54. d.

Caſtitas.

Caſtitatem colentes templum ſunt Spiritus Sancti. 160. d. Ea maxime delectatur Deus 161. b. Illam præcipuè Dei miniſtri, ac Religioſi colere debent. ibid. c. Melle, ac lacte figuratur. ibid. Apis eius hieroglyphicum. ibid. Propter caſtitatē Chriſti dilectus Ioãnes Euãgeliſta

gelista dictus fuit. 162. e. Eſt veluti aliarum virtutum colligatio. 194. d. Hominem reddit veluti Angelum, & Deo ſimilem. ibid. Magna quoque veneratione dignum. ibid. Cum caſtitate aliæ virtutes coniungendæ. 165. e. 166. d. Caſti præceteris à Chriſto diliguntur. 276. f.

Catharina Senenſis.

Catharinæ Senenſis Chriſtus cor auulſit, ac proprium donauit. 260. e.

Charitas.

Charitas Dei, & proximi arma ſunt, quibus hoſtes animæ ſuperamus. 50. e. Modus diligendi Deum eſt diligere ſine modo. 282. e. Charitatem à nobis expetit Deus. 283. a. b. Morte fortior dilectio. 120. e. Homines inuicem coniunctos retinet. ibid. f. Maxime omnibus neceſſaria. 285. 286.

Chriſtus.

Chriſtus mortem morte ſua nobis dulcem reddidit. 6. f. In Iudicio vniuerſali electis ſuauis, reprobis terribilis apparebit. 17. a. b. Ficulneæ folia, & non fructus habenti, quare maledixerit. 29. e. Cur iuſſerit Diſcipulis, vt venderent tunicam, & emerent gladium 36. e. Eius vulnera contra hoſtes noſtros arma ſunt. 52. e. In horto procedens in terram ad orandum humilitatem nos docuit. 77. c. Cur lamentationem in horto, & non in Cruce ediderit. 93. a. Vocaturus Apoſtolos ambulat iuxta mare, & quid hoc myſticè. 102. d. Moriturus caput ad dexteram, & quid hoc moraliter. 104. d. Cur dicatur regnaturus in domo Iacob potius quam Abraham. 105. c. Manus voluit habere perforatas, etiam poſt Paſſionem, vt nil retineret, quod non daret. 106. e. Velox ad dandum, tardus ad pœnam. ibid. f. Eius oculi, & aſpectus commendantur. 108. e. & f. Pati, ac mori quam maxime appetijt. 118. f. Paſſionem Chriſti nos ſemper memoria recolere Deo periucundum. 119. a. Arundinē pro ſceptro ſibi dari voluit, & quid hoc moraliter. 121. b. In Matthæi geneologia cur filius Abraham, & Dauid, non autem Adam dici voluerit. 154. b. Cur manus ſuas non ligari funibus, ſed clauis affigi voluit. 168 d. Poteſtatem quam habuit à Patre ad opera pietatis, & beneficentiæ exercenda adhibuit. 169. b. Mulieres eum vngere volentes in ſepulchro, quare non expectauerit 170 d. Omnia bona ſecum affert. 213. b Paupertatis nobis exemplum ſua paupertate præbuit. 223 c. Petro ſummam dignitatem, & mortem ſimul prænunciauit, & quare. 240 d. Eius natiuitas omnibus maximo gaudio fuit. 241. a. Militi percutienti, cur alteram maxillam nō præbuerit. 254. d. E latere Chriſti cur fluxerit ſanguis, & aqua. 256. d. Feminis poſt Reſurrectionem cur prius apparuerit, quam viris 269. b. Loculos, cur dederit Iudæ portandos. 270. d.

Columba.

Columba retorto ad collum capite Deo offerebatur, & quid hoc myſticè: 201. a.

Creatio.

Creationis, & Reparationis conuenientia. 100. d. 101. a. Earundem differentia. ibid. b. Cur ſecunda creationis die non fuit dictum, vidit Deus quod eſſet bonum. 193. c.

D

Dauid.

DAuid in ſenectute non poterat calefieri, & cur. 16. e. Pulſando Citharam ſpiritū malum à Saule eijciebat, & quid hoc moraliter. 25. b. Lapis quo Goliath percuſſit Chriſtum ſignificabat, & baculus quem geſtabat Crucem ibid. c. In quinque lapidibus de torrente ab eo ſelectis inſcriptum erat nomen Dei ineffabile. ibid. c.

Deus.

Deus in extrema die magna indignatione peccatores iudicabit. 18. f. Cum Ioſeph dicitur fuiſſe in fouea, & quid hoc myſtice. 34. d. Cum tribus pueris in fornace Angelum miſit & quid hoc moraliter. ibid. e. Volens punire Adam ambulat ad meridiem, & cur. 10. e. Punit citra condignum. 101. c. A punitione eſt alienus. 104. c. Cum iuſtitia miſericordiā ſemper miſcet. ibid. Ex nobis flagellum ſumit ad puniendum. ibid. f. Adam, & Euam antequā egrederentur de paradiſo veſtiuit. 105. b. Velox ad ſuccurrendum, tardus ad puniendū 106. f. Vno oculo aſpicit vt puniat, pluribus vt beneficia largiatur. 111. b. Sæpe deſiderium noſtrum præuenit. ibid. Poſt iram ſtatim miteſcit. 112. d. Detineri cupit ne puniat. ibid. Vocanti Deo ſtatim reſpondendum. ibid. & 126. d. Niſi ſtatim Deo reſpondeatur periculoſum 113. a. Qui ſtatim Deo reſpondet Angelis ſimilis eſt. 116. d. Cur hominem ſexta die condiderit. 169. c. Poſt peccatum ſtatim vocauit ad pæ-

Digitized by Google

ad pœnitentiam . 197. a. Proprio nŏe compellauit, vt ſtatim alliceret. ibid. b. Semper laudandus. 200. d. e. Maiora elargitur, quam petantur. 207. a, b. 208. d. e. Cor noſtrum totũ & non partem exquirit. 109. Cor noſtrum Deo aperiendum. 115. a.

Diana.

Dianę templum ingreſſuri calceos deponebant, & quare. 159. e.

Dignitas.

Dignitas, & prælationes reſpuere ingentis animi eſt, 65. a. Non ſunt ambitioſè quærendę. 207. a.

Diogenes.

Diogenes Cynicus veſtem pretioſam adorauit, per quam ad Alexandrum fuit admiſſus. 216. d.

Dionyſius.

Dionyſij Syracuſani factum memorabile. 48. f.

Diſcordia.

Diſcordia multorum malorum origo eſt. 194. f.

Diuitię.

Diuitię improbant. 219. 220. Materia ſunt laborum. 221. b. Onera ſunt grauia. 222. e. Malorum cauſa ſunt, & moleſtiarum. 225. e. f.

E

Eccleſia.

Eccleſia initio aduentus, cur Euangelium de Iudicio extremo proponat. 10. c. Hortus concluſus vocatur. 2. 1. Varia veluti florum genera in ſe continet, ibid.

Eleemoſyna.

In Eleemoſyna animum Deus æſtimat nō cenſum. 125. b. Etiam in hac vita à Deo remuneratur. 171. a. Propter eleemoſynā Saul Rex inunctus fuit. ibid. b. Deo gratiſſima. 202. e. Ditat largientes. 204. e. Veniam, peccatorum impetrat. ibid. Omne bonum dici poteſt 206. f.

Elias.

Elię in maiori anguſtia poſito, cur Deus ſubminiſtrat panem tantum non carnes, vt prius. 37. c. A vidua, cur prius aquam, & poſtea panem petierit. 95. a. Aqua prius holocauſtum madefecit, poſtea ignem è Cælo aduocauit, & quid hoc myſticè. 117. d.

Eliſæus.

Eliſæus ſecuturus Eliam boues mactauit, & aratrum combuſſit, & quid hoc myſticè. 54. f.

Epaminonda.

Epaminonda quo pacto milites animarit ad bellum. 145. c. Spectantibus parentibus fortiter dimicauit. 148. d.

Euchariſtia.

Euchariſtię Sacramentum ſub pane, & vino inſtitutum, quia hæc ſymbolum ſunt charitatis, & vnionis. 196. d. In ea theſauros cæleſtis Deus repoſuit. 302. d. Panis eſt Angelorum. ibid. e. Velut lac nobis præbetur. ibid. Dapis ſuauiſſimę, ac pretioſiſſimę parentur. 303. b. Deuotè, ac frequenter ſumendus eſt hic cibus. 304. e. Conuiuium nuncupatur. 305. b. c. Eius figura fuit Agnus Paſchalis. 307. b. Sanctitas magna in ſuſcipientibus expetitur. 208. e. Mors eſt malis, vita bonis. ibid. f. Cibus eſt grandium virtutibus creſcat, qui recipere deſiderat. 310. 311. In inſtitutione huius Sacramenti, cur Chriſtus gratias egerit. 315. b. Prima fercula diuinę iucunditatis in euiſceratione ſua, vocatur ex Tertulliano, & quo ſenſu. Ibid. c. Euchariſtia bonam gratiam ſonat. 118. f. Eam ſuſcipientibus lætitia, & iucunditas magna communicatur. 317. 318. Quo ſenſu dicatur mutari in Chriſtũ, qui dignè ſuſcipit Euchariſtiam. 320. 321. Singularis animæ pręparatio neceſſaria eſt ſumentibus. 323. 324. Lacrymę, ac cordis compunctio ad tantum Sacramentũ optimè diſponunt. 326. 327.

F

Fabius.

Fabius Dux Romanorum videns Antigonum in carcere exclamaſſe dicitur. An tigonus adhuc in carceribus?

Fermentum.

Fermentum domi habere diebus Azimorum, cur Deus prohibuerit. 61. a.

Fides.

Fide Deum cognouimus. 97. b. Multa de Deo per fidem cognoſcimus, quę non attingimus ſcientijs naturalibus. ibid. Omnium virtutum fundamentum eſt. 188. d. Plura valet fides, quam vniuerſa natura. 190. c. Grano ſinapis comparatur. 191. a. Iudas amiſſa fide factus eſt proditor. ibid. b Fides Latroni paradiſum aperuit. ibid. Per murenulas ſignificatur. ibid. c. Argento comparatur. 247. b. Per lac ſignificatur, & per vinum humanę ſcientię exprimuntur. ibid.

G

Galilæa.

Galilæa rota interpretatur. 118. f.

Gloria.

Gloria cæleſtis theſaurus eſt inæſtimabilis. 181. b. Theſauro comparatur, qui cum labore inuenitur. ibid. Gloria duplex eſt creata & increata, & quę vtraque. 241. c.

Gratia.

Gratia iuſtificans non datur adultis niſi volentibus.

H

Heraclius.

Heraclius Imperator regia veſte indutus Chriſti Domini Crucem ad Caluarię montem ferre non potuit. 52. f. 220. f.

Humilitas.

Humilitas charitatem auget. 65. c. Super humilem Deus requieuit, & trementem ſermones ſuos. 70. d. Humilibus Deus delectatur, eoſque extollit. 74. c f. Virtutem hanc Deus expoſcit in ſeruis ſuis. 121. a.

I

Iacob.

Iacob dedit Ioſeph filio ſuo portem extra fratres eius & quid hoc myſtice. 139. a. Lapides quos in itinere capiti ſuppoſuerat in vnum copulatos quidam tradunt, & quid hoc myſtice. 193. b.

Incarnatio filij Dei.

Incarnatio filij Dei opus amoris fuit, & Charitatis. 159. c. Et hac de cauſa Spiritui ſancto adſcribitur. ibid.

S. Ioannes Baptiſta.

Ioannes gratia interpretatur. 35. b. Ioannes vir ſanctus in vinculis quid myſtice. 33. 34. & 35. Angelus dictus fuit, & quare. 43. c. In deſerto quare morabatur. 60. d. A Chriſto propter humilitatem valde commendatus fuit. 65. b. 67. b.

S. Ioannes Euangeliſta.

Ioannes Euangeliſta propter virginitatem Chriſti dilectus fuit appellatus. 162. e. 293. c. Nunc quam ſatis laudatur. 293. a. Pro omni laude ſatis eſt dicere fuiſſe Chriſti dilectum. ibid. Matrem Chriſtus in cruce illi commendauit quod fuit maximum omnium priuilegium. ibid. b. Chriſtum maxime diligebat. 294. d. Super pectus Domini recumbens ingentia vidit diuina myſteria. 295. b. Fluenta Euangelij de ipſo ſacro Dominici pectoris fonte potauit. 296. d.

Iob.

Iob audita morte filiorum, & bonorum amiſſione capillos totondit, & veſtimenta ſcidit, & quare. 55. a.

Ionathas.

Ionathas manibus, pedibuſq; reptans aſcendit in montem vt pugnaret cum Philiſtæis, & quid hoc moraliter. 20. d.

Ioſeph Patriarcha.

Ioſeph oſſa ſua, vt ſecum aſportarent in egreſſu ab Ægypto iuſſit Hebræis, & quare. 5. a. Cur quintam partem fructuum pro annis inopię reſeruauerit. 38. d. Fratribus ſuis iuſſit vt Pharaoni dicerent ſe eſſe paſtores, & cur. 61. b. Cur vxorem Domini ſui, quę eum ſollicitauit, Dominam non appellauit. 280. c.

S. Ioſeph

S. Ioſeph Sponſus Marię.

S. Ioſeph Chriſto fuit ſimillimus. 156. e. In vtero matris ſanctificatus, & in gratia confirmatus. ibid. f. Magnis virtutibus cumulatus. ibid. f. In omni neceſſitate nobis opitulatur. 157. a. Propter Mariam Sponſam virginitatē conſeruauit. 234. f. Cum ea viuendo dona cæleſtia in dies conſequebatur. 235. a. Per Ioſeph & Mariam patet nobis ingreſſus ad Ieſum. 242. e. & f.

Iſaac.

Iſaac orans cum Rebecca vxore obtinuit illi à Deo fecunditatem. 78. d. Iſaac, Abraam & Iacob ſtatuę in portis arcis Siō ſcitę erant. 187. a

Iudicium Generale.

Iudicium generale comparatur ſacro ritui quo anathema in rebelles Eccleſię ſolemniter pronunciatur. 12. e. Eius ſigna ab omnibus creaturis procedent, & quare, ibid. Sanctorum interceſſio tunc ceſſabit. 14. d. Tunc iuſtitia miſericordię præualebit. 15. b. Creaturę omnes turbabuntur, & qua de cauſa. 16. f.

Iudith.

Iudith dedit in Anathema conopeum, quo caput Holofernis obuoluerat, & quare. 61. e.

Iuſti.

Iuſti columnę ſtabiles ſunt in Eccleſia Dei. 57. a. Palmę iuſtus comparatur. 67. b. Mors iuſtorum, cur ſomno Principum à Iob comparetur. 8. e. Iuſtorum orationes plurimū apud Deum valent. 186. f. Ab hoſtibus Regna tuentur. 187. a.

L

Lacrymę.

Lacrymę humilium ſagittę ſunt. 51. b. Hoſtes animę in fugam coniiciunt. ibid. Lacrymanti Magdalenę Chriſtus rediuiuus ſtatim apparuit ibid.

Latro bonus.

Latroni bono templa, & altaria, cur non erigatur. 180. f. Eius exemplo pœnitentia ad extremum vitę nequaquam differenda eſt. 181. a.

S. Laurentius.

Laurentius adhuc in craticula ianuas cæli ſe ingredi dicebat. 36. f. Quas ingrediebatur Laurentius, gratię, & glorię ianuę erant. ibid.

Legis Tabulę.

Legis Tabulas Moyſes de monte deſcendens confregit, & quare. 194. e. Facile confractę ſunt, & quid hoc myſticę. ibid. f. Quę præcepta in ſingulis deſcripta erant. ibid.

Libanus.

Libanus, qui locus fuerit. 140. e. Candor interpretatur ibid. f.

Lilium.

Lilium puritatis, & virginitatis eſt hieroglyphicum. 275. Paſci Chriſtus inter lilia dicitur, id eſt inter candidiſſimos virginum choros. ibid.

Loth.

Loth ab Abraham ſeiunctus captus fuit ab hoſtib' & quid hoc myſticè. 195. b. Eius vxor retro aſpiciens in ſtatuam ſalis, cur conuerſa fuerit. 229. c.

Luxuria.

Luxuria alia vitia ſecum trahit. 165. a. Ab hoc vitio difficile homo retrahitur. ibid. b. Ad reuocandum hominē ab huiuſmodi peccato opus eſt, vt Deus quaſi miracula operetur. ibid.

M

Manna.

Manna erat quaſi ſemen coriandri albū. 161. a. Inter duas cruſtulas albas reperiebatur ibid. Figura fuit Chriſti Domini præcipuè in Sanctiſſimo Euchariſtię Sacramento. ibid.

Maria Magdalena.

Maria Magdalena Chriſti Domini caput vnxit. 159. b. Hoc pium opus Chriſto gratiſſimū fuit, & quare. ibid. Chriſtus poſt Reſurrectionem, cur ab ea tangi noluerit. 297. c.

Digitized by Google

Maria Virgo.

Maria Virgo Sacrę Scripturę lectioni intẽta erat, cum ei Gabriel apparuit. 71. Semper in eius meditatione verſabatur. 73. b. Curri Dauid comparatur. 130. d. Collum Eccleſię, quare dicatur. ibid. e. Turri, quę Gregis dicebatur, ſimilis eſſe oſtenditur. ibid. f. Lac cæleſtis conſolationis præbet deuotis ſuis. 131. c Trinitatis complementum, quo ſenſu appelletur. 132. d. Ex eo quod eſt Mater Dei quandam habet infinitam dignitatem. ibid. f. Deus dicitur eſſe cum Maria, & quare. 133. b. In ſua Conceptione fuit immaculata. 134. f. Deus habet identitatem cum illa, & quo ſenſu. ibid. d. Per oliuam, quę in diluuio viridis ſeruata fuit, figuratur. 135. b. Præ omnibus creaturis à Deo fuit dilecta. 136. e. Pulchra in calciamentis, quo ſenſu dicatur. 137. a. Filia principis appellatur. ibid. b. Virtus ejus magna ad Dæmones profligandos. 138. e. Diuitias cæleſtes ſeruis ſuis elargitur. ibid. f. Et has in magna copia. 139. a. Cælo comparatur. ibid. b. Forma Dei, quo ſenſu dicatur. ibid. c. Odore ſuo homines recreat, & Dæmones fugat. 140. d. Flos campi, & roſa ſaron vocatur. ibid. e. Gloria Libani, decor Carmeli, & Saron, quo ſenſu dicatur. ibid. f. Nardus dicitur. 141. a. Virgula fumi ex aromatibus. ibid. b. Aurora ex qua ſol ortus eſt. 142. d. Per lucem primo die creatam figuratur. ibid. Pulchritudine creaturas omnes ſuperat. 145. a. A Dionyſio Areopagita mirificè laudatur. ibid. b. Marię morienti Diabolus non apparuit. ibid. Lunę aſſimilatur. 143. c. Carolum filium S. Brigittę in morte adiuuit. ibid. comparatur ſoli. 144 d. e. Dæmonibus terribilis eſt. 145. b Pro nobis pugnat. ibid. c. Eius preces, ac lacrymę omnes aduerſus nos quærelas delent. 146. d. Ea adiuuante contra Dæmones fortiter dimicamus. ibid. e. Multocula, quo ſenſu à S. Epiphanio appellatur. ibid. f. Aurorę comparatur, & quare. 148. f. Vitam eius, & actiones meditari omnes debent. 149 Mariam orantes calceos, ideſt terrenos affectus deponere debent. 150. e. Arca fœderis dicitur, & quare. 151. b. Delborę prudentiſſimę apud Hebræos feminę comparatur. ibid. c. Mediatrix eſt inter Deum, & peccatores. 152. d. Peccatoribus veniam à Deo pro veteri ſui exigit penſione. 153. a. Violenta velut quadam oratione veniam nobis à Deo impetrat. ibid. b. Suo nos aliquando præuenit auxilio. ibid. c. Oculorum eius color oliuę colori ſimilis, & quid hoc ſignificat. ibid. Thronus diuinitatis appellatur. 236. d. Mundi miraculũ. ib. d. e. Dei formis à S. Dionyſio dicta fuit. ibid. f. Vbera Marię lacte de Cælo miſſo plena fuiſſe dicuntur, & quo ſenſu. 239. a. Per Mariam & Ioſeph patet nobis ingreſſus ad Ieſũ. 242. e.

Michael.

Michaelis, & Dæmonis altercatio de corpore Moyſis qualis fuerit. 92. e.

Miles quidam Christianus

Miles quidam Chriſtianus in triumpho coronam non in capite, ſed manibus geſtabat, & de hoc dictum eius inſigne. 171. b.

Miſericordia Dei.

Miſericordia, & iuſtitia Dei magis, quam alia attributa eluceſcunt. 10. e. Miſericordia Dei pluribus commendatur. 102. e. f. Lacti comparatur. ibidem Erga homines eam mirificè Deus oſtendit. 103. a. d.

Miſſa.

In Miſſa cur aqua vino miſceatur, varię adducuntur rationes. 284. d.

Moyſes.

De corpore Moyſi Michael, & Dæmon altercati ſunt. 92. e. Moyſis adhuc pueruli factũ inſigne. 185. a. Propter zelum ad populi regimen exaltatus fuit. ibid.

Mors.

Mortis, ac Iudicij memoria, quam vtilis. 3. c. Mortis meditatio ad conuerſionem peccatores inducit. 4. d. Ad virtutes omnes excitat. ibid. f. Vt ardua aggrediamur facit. 5. a. Etiam à leuibus peccatis reuocat. ibid. c. 91. e Mors ſæpius animo repetenda. 6. d. Mors claues tenens, cum dicterio, *Spem aperit*, quid ſignificat. 8. e.

Mulieres.

Mulierum conuerſatio vitanda. 210. e. Cũ mulieribus noluit Chriſtus, vt Diſcipuli ſui verſarentur. ibid. f.

N

Naam.

NAam Syrus à lepra mundatus fuit ab Eliſeo, & quo pacto. 32. e. Ad Deũ ſe conuertit non cum mundatus eſt, ſed cum vidit Eliſeum munera recuſantem. ibid.

Digitized by Google

Nardus.

Nardus herba paruula, ſed ſuauis, & odoroſa eſt. 140. f. Humilitatem ſignificat ibid.

Noe.

Noe ſecum in Arcam detulit oſſa Adam. 5. b. In ingreſſu ab Arca ea filijs ſuis diuiſit, & cur. ibid. Annos centum inſumpſit in Arcę conſtructione, & qua de cauſa. 10. f. Prompte, Deo iubente, ingreſſus eſt in Arcam. 114 d. Mares in Arca à feminis ſeparauit, & quare ibid. Ex feneſtra poſita in ſummitate Arcę Cælum aſpicere poterat, non aquas vitrices, & cur hoc. 186. f.

O

Obedientia.

Obedientia, & prompta voluntate maximè delectatur Deus. 121. c. Obedientia magis eſt grata Deo, quam victimę, & quare. 122. d.

Oliua.

Oliua tempore diluuij, quo pacto ſeruata eſt viridis. 135. b. Per eam Beata Virgo Maria figurata fuit. ibid.

Opera bona.

Opera bona ad ſalutem neceſſaria ſunt. 27. a. Opera pietatis, ac miſericordię facienti multa bona promittit Deus. 28. c. Opera bona citò executioni mandanda. 32. f. 122. f. Opus bonum cum fieri poteſt voluntas tantum non ſufficit. 41. c. Operis integritas cum cordis puritate coniungenda. 49. b. Opera bona cum voluntatis rectitudine copulanda. 171. b. Opus bonum cum praua voluntate minimè Deo acceptum. ibid e. Opus bonum cum lingua copulandum. 173. a. b. Opus bonum hominis in peccato exiſtentis non eſt Deo acceptum. 174. d. Opera bona abſque vana gloria peragenda ſunt. 183. a. b. 184. d. e.

Oratio.

Oratio cum bonis operibus coniungenda eſt. 24. f. 25. a. Ea maxime Deus delectatur. 167. a. Differt Deus id quod petitur concedere, vt cumulatius concedat. ibib. Orationes iuſtorum plurimum valent apud Deum. 186. f.

P

Pax.

Pacem cur Chriſtus ſecundò dederit Diſcipulis 62. c. Pax prius cum Deo deinde cum proximo habenda. ibid. Pace maximè delectatur Deus. 192. f. 193. b. Chriſtus orauit, vt Diſcipuli eſſent vnum, charitate ſcilicet, & concordia. 194. d. Vbi pax, & concordia, ibi Chriſtus. 215. c.

Panes propoſitionis.

Panes propoſitionis à Sacerdote Abimelech non niſi mundis à mulieribus dati ſunt. 161. b. Et quid hoc myſticè ſignificauit? ibid.

S. Paula.

Sancta Paula ab Vrbe Hieruſalem perexit, vt loca Sancta inuiſeret. 41. b. Eremitarum cellulas curſim, & feſtinanter inuiſit, & quare. ibid.

S. Paulus.

Sanctus Paulus quando ad tertium Cælum raptus fuerit. 83. f. Deo vocanti ſtatim reſpondit ei. 115. b.

Peccator.

Peccatoris conuerſionem Deus ſemper intendit, & curat. 197. b. Peccatoris punitionem differt, vt conuertatur. 167. b.

Peccatum.

Peccatum onus graue eſt. 49. c. hominem ſeruum reddit. ibid. Omnium malorum cauſa eſt. 50. d. Prudentiam aufert ibid. Omnia bene geſta commaculat. ibid. e. Occaſio peccati vitanda. 60. e. 210. e. f. Peccata tenebrę vocantur. 208. f. Per quę quis peccat, per hæc & torquetur. 13. b. 129. a. b.

Pænitentia.

Pænitentia peccatorum Deo gratiſſima. 93. b. Peccata noſtra diluit. ibid. Pænitentia, & lacrymę cuiuſdam peccatricis delicta in pagina exarata obliterarunt. 93. c. Pænitentia Magdalenę in toto orbe publicata fuit, peccatum verò in ſola Ciuitate notum erat. 94. d. Per mare ſignificatur. ibid. Nemo & ſi nullius

sceleris

ſceleris conſcius ſine pænitentia è vita migrare debet. 96. d. Deus ad pænitentiam nos excitat, quia ei gratiſſima eſt. ibid. e. Aquis pænitentiæ anima irriganda. 118. d.

S. Petrus.

Petrus interpretatur agnoſcens. 120. f. Petri ingreſſus in Chriſti ſepulchrum, quid myſticè. 7. b. Poſt tertiam negationem fleuit, quia tunc eum Chriſtus reſpexit. 110. f. Prætorium exiuit, vt fleret peccatum ſuum, & quare. 213. b.

Princeps.

Principis benigni eſt ad clementiæ commodum tranſilire terminos æquitatum. 197. b. In ſceptro quorundam Regum Iudæorum hæc legebantur, *Firmat Iudicium cum miſericordia Regnum.* 11. b. Regis Salomonis Throno hæc inerat inſcriptio, *Iudicium, & miſericordia.* ibid.

R

Rahab.

RAhab meretrix funiculum coccineum multo ante tempus appendit ad feneſtras, vt ſaluaretur. 115. a. Et quid hoc miſticè ſignificat. ib. d.

Regnum Cælorum.

Regnum Cælorum rebus minimis, & vſualibus cur à Chriſto comparatur. 179. b. c. Comparatur rebus opus, & laborem indicantibus. 180. d. e. A nobis emi ſuo modo poteſt 185. c. Facile comparari poteſt, ſed præcipuè lacrymis. 186. d. e.

Regina Vaſthi.

Regina Vaſthi ab Aſſuero Rege eius viro propter inobedientiam repudiatur. 41. b. Libellum repudiei, & auxilij decretum miſit Rex in omnes Regni Ciuitates, & loca. ibid. Ne inde aliæ feminæ malum ſumerent exemplum. ibid.

S. Romoaldus.

Sanctus Romoaldus ex diuina inſtructione Dauidicos Pſalmos eſt interpretatus. 80 f. Hoc illi conceſſum fuit, quoniam ſacram ſcripturam cum ſimplicitate, & humilitate legebat. ibid.

S

Sacerdotes, & Prælati.

SAcerdos ſummus Legis antiquæ totum Orbem in veſte deſcriptum deferebat, & quid hoc myſticè. 19. b. 63. a. Sacerdotum, & Prælatorum vitę ſanctimonia mundum ſuſtinet. ibid. Sacerdotes Angeli vocantur. 61. b. debent eſſe perfecti. 62. f. In eminentiori loco ad aliorum exemplum collocati ſunt. 63. a. Sacerdotum veteris legis pedibus nullum ornamentum adſcribitur, & quare. 116. f. Animarum Paſtoribus vigilantia maxime neceſſaria eſt. 240. e. f. In prælationibus quærendis ambitio vitanda eſt. 270. e.

Sampſon.

Sampſon à Dalila pluries funibis vinctus fuit. 109. c. Propria virtute eos diſrumpens ſe liberabat, & quid hoc myſtice. ibid.

Samuel.

Samuel puer cur à Deo nocte excitatur. 292. d. A Deo dilectus, ideo admiranda peregit. 295. a.

Scriptura Sacra.

Scripturę Sacrę lectio, & meditatio dulciſſima. 72. e. Scripturę ſacrę lectio cum humilitate coniungenda. 70. e. Regibus Iudeorũ mandatum fuit, vt Scripturam ſacram propria manu ſingulis annis tranſcriberent. 73. a. Alphonſus Rex Aragonum totam Scripturam cum gloſſis decies lectitaſſe gloriabatur. ibid. Lucerna eſt, quo tutè pergimus in via Domini. 79. c. Scriptura ſacra, & Verbum Dei à peccatis nos reuocat. 80. d. e. Sũmo in honore eam habuit Ptolomæus Rex Ægypti. 81. b. Ethnici violantes puniti ſunt. ibid. Contra hæreticos plurimum valet. ibid. c. Murus eſt adamantinus. 82. d. Ob læſionem Scripturę ſacrę Nabuchodonoſor conuerſus eſt in beluam. ibid. Plurimum valet contra hoſtes ſpirituales. ibid. Eſt fauus dulciſſimus. ibid. e. Veſtis pretioſa. ibid. f. Argento, & auro comparatur. 83. a. Ad ſalutem neceſſaria eſt eius doctrina. ibid. Eius lectione ad fidem conuerſus eſt B. Auguſtinus. ibid. b. Voluntas bona, & recta vita neceſſaria eſt ad percipiendam Scripturam ſacram. 84. e. Eius doctrina nos ad Cælum eleuat. 85. a. Maxima bona confert. ibid. Suauitate nos replet. ibid. c. Verbo

Digitized by Google

Dei omnia conſequimur. 86. b.

Seraphim.

Seraphim vidit Iſaias ſuper ſolium Dei ſtantes, & volitantes 69. b. Volitaſſe dicuntur propter vigens deſiderium exequendi voluntatem Dei. ibid. Sex alę illis aſſignantur & quę ad volatum diſponuntur in medio, quia ad aſcenſum, & deſcenſum in Dei obſequium ſemper parati ſunt. ibid.

Societas.

Societates bonorũ conquirendę malorũ verò vitandę 210. d. Iuda proditore è cenaculo recedente Chriſtus ſe tunc clarificatum dixit, & quare ibid. Quoties bonus malo cõiungitur. cur ex bono malus melioratur, ſed ex malo bonus contaminatur. ibid. f.

S. Stephanus.

Stephanus corona interpretatur. 246. f. Pro Sancto Stephano dum martyrium pateretur orauit Beatiſſima Virgo Maria. ibid. Lapides ſanguinis eius aſperſione pretioſi euaſere. 247. b. Chriſtum aſpiciens fortiter dimicauit. 248. d. Plenus gratia fuit; ſed non ſicut Chriſtus. ibid. c. In Cælum veluti in patriam oculos figebat. 250. f. Stephani orationibus Paulus ad fidem conuerſus eſt. 251. a. b. Lapides torrentis dulces cur illi fuerint. ibid. c. & 154. f. Orando exclamauit, & qua de cauſa. 257. c.

Suſanna.

Suſanna cum ad mortem duceretur caput ſuum velauit. 61. b. Id fecit ne ex ſua pulchritudine alij occaſionem ſumerent peccandi, ſicut fecerant iniqui ſeniores. ibid.

T

Templum.

Templum Dei duplex alterũ Eccleſię militantis. alterum triumphantis. 36. d. Vtriuſque iuſti columnę ſunt ſtabiles. ibid. Templi magnifici conſtructio pauperrimę vetulę diuinitus adſcribitur. 125. b. Et id quia modicam paleam ardenti voluntate iumentis ſubminiſtrauit. ibid.

S. Thomas.

S. Thomas à Chriſto manſuetudine, ac pietate tractus eſt ad fidem. 197. a. b. Manum voluit ſuis inſerre vulneribus vt in reſurrectionis fide eum firmaret. 201. c. Thomas abyſſus interpretatur. 208. f.

Tribulationes.

Inter tribulationes vigilias, & labores gratia Dei, & bona ſpiritualia reperiuntur. 33. a. Huius rei ſymbolum erat Arca Dei quę in loco Syluestri morabatur. ibid. Antequam ſponſa florum ſuauitatem, & pomorum dulcedinem conſequatur opus eſt vt in hortum nucum deſcendat. ibid. b. Patienter tribulationes tolerantes Deus comitatur. 34. d. Cum Ioſeph deſcendit in foueam, & in vinculis nõ derelinquit eum. ibid. Tribus pueris in fornace ignis adfuit quartus ſimilis filio hominis, ibid. e. Ioannes Deo dilectiſſimus erat in vinculis. ibid. f. Iuſtis tribulationes delitię ſunt. ibid. f. Dilectos ſuos Deus affligi permittit ne ſæculi delitijs ab eo recedant. ibid. Poſt tribulationes Deus gaudia elargitur. 35. a. Ex tribulationibus gratia oritur. ibid. b. Altiores homines tribulationes redduntur. ibid. Per eas ad Cælum elenamur. ibid. c. Familiares ſuos, & domeſticos Deus affligit, & poſtea cæleſti recreat iucunditate. 36. d. Tribulationes patienter tolerantes beatitudinẽ adipiſci incipiunt. ibid. f. Laurentius in craticula ſe ianuas Cæli ingredi dicebat. ibid. Iuſti cum lætitia tribulationes patiuntur. 37. a. Deus nos pati vult, vt meritum augeatur. ibid. c. In tribulationibus Deus melius auditur. 38. e. In illis ſingularia beneficia largitur. ibid. f. Poſt Chriſtum per tribulationes ad Cælum itur. 124. d. In tribulationibus præſentia Dei conſolationem recipimus. 214. f. 215. a. Iacob in afflictione poſitus vidit ſcalam admirabilem. ibid. Hominẽ tribulatio gratum reddit. 245. a. b. Tribulationem tolerantes in Cælo quodammodo degunt. 256. b. Tribulationib' peccatores Deus conuertit. 258. e. Tribulatione corripit, & dulcedine ſuos fouet. 259. b. Non niſi per illas ad Cælum nos ducit. 260. d. Iuſti afflictio complementum paſſionis Chriſti, quo ſenſu à B. Thoma dicatur. ibid. e. Clarum, & nobilem hominem reddit. ibid. f. Chriſti paſſionẽ meditando homo redditur promptus ad tribulationes. 263. e. Calicis nomine ſignificatur in ſcriptura ſacra. 165. c. Ex tribulatione gaudium, & lætitia oritur. ibid.

Digitized by Google

V

Verbum I. Filius Dei.

VErbum fuit quod in ſpecie humana cum Iacob tota nocte luctatus fuit. 118.f. Ad ueniente aurora dimitti petijt. ibid. Et hoc quia erubuit videri in corpore non plagato. ibid. Idem voluit eſſe creator, & reparator ne homo ſuum diuideret affectum. 198. c.

Verbum ſermo Dei.

Verbum Dei gladius eſt acutus quo mundum Diabolum, & carnem ferimus. 52. e. A peccatis reuocat. & ſanat. 80. d. e. Verbum Dei prædicare nonniſi miſſi à Deo debent. 90. f.

Veritas.

Veritas ab ominibus ægre ſed præſertim à Principibus auditur. 42. c. Coram omnib' veritas aperienda. 298. b. Coram Regibus, & Principibus difficile aperitur. ibid. A concionatoribus nullo pacto veritas reticenda. 295. b. c. Nihil in ſacerdote tam periculoſū apud Deum, tam turpe apud homines quàmquā ſentit veritatem libre non prædicat. ibid.

Voluntas bona.

Voluntas bona, cum opus executioni mandari non poteſt Deo accepta eſt. 174. e Exemplo Abraham oſtenditur in filij ſui ſacrificio. ibid. Idem cernitur in B. Franciſco, & alijs qui martyrium appetendo palmam martyrij non amiſſerunt. 175. a.

F I N I S.

Quę autem errata correctorum oculos, vel Typographorum manus euaſerunt, prout inde adreperiri potuerunt, ita legantur correcta.

Errata.	ſic corrige.	pag.	lin.	Errata.	ſic corrige.	pag.	lin.
ghennę	gehennę	2.	21.	Ioannem	Andream	121.	40.
aut	haud	ibid.	22.	elegi	eligi	123.	30.
pediuus	pedibus	3.	18	ales	alios	124.	47.
im prouidè	non improuidè	4.	40.	difert	defert	127.	45.
nolis	non vis	7.	[illegible]	dmus	diuus	131.	25.
deuixit	deuicit	ibid.	40.	eloculi	eloquij	132.	55.
indicandi	iudicandi	11.	26.	valuit	voluit	139.	2.
rigoroſo	rigoroſa	15.	43.	tus	tuis	150.	35.
Olce	Olcę	16.	10.	effectus	effectum	156.	40.
quam quidem	quandoquidem	ibid.	44.	Iouis	Iuppiter	159.	6.
duci	duri	22.	1.	cupiam	cuipiam	162.	41.
diiationem	dilatationem	ibid.	37.	candidor	candidior	ibid.	50.
ipius	ipſius	24.	34.	ſalutari	ſalutaribus	168.	9.
ibunt	ibant	31.	13.	nolis	non vis	ibid.	16.
facieunt	faciunt	35.	28.	vnicus	vnius	174.	8.
abſunt	deſunt	39.	16.	poſſuiſti	poſuit	ibid.	39.
legum	legem	40.	22.	globę	glebę	181.	53.
boni	bonos	44.	26.	demum	Deum	182.	11.
omninnm	omnimodam	48.	55.	immenſibus	immenſis	196.	14.
iuſtitiam	iniuſtitiam	49.	5.	facto	ſancto	211.	55.
turpido	turpitudo	ibid.	23.	duos	duo	215.	44.
pergenda	peragenda	53.	60.	purgatorijs	Purgatorij	236.	3.
in ore	in ora	57.	45.	mirum	nimirum	242.	31.
ituitns	intuitus	60.	29.	partos	partus	249.	36.
apparare	apparere	61.	25	abnegat	abneget	263.	6.
inductus	indutus	72.	7.	prodiendum	prodendum	270.	5.
Domicię	Dominicę	66.	44	prodijt	prodidit	ibid.	7.
Apoſtolus	Diaconus	72.	6.	condemnationem	in condemnationem	273.	19.
familia	famula	73.	30.	itle	illi	277.	20.
mentis	meritis	75.	12.	continuemus	continuimus	280.	2.
ſequebatur	ſequebantur	ibid.	40.	vtcunque	vtrumque	ibid.	22.
exonto	exorato	81.	27.	de	deleatur	ibid.	
Cherubem	Seraphim	85.	10.	iuſtus	iuſtius	282	33.
innnitur	innititur	96.	35.	more	mox	293.	8.
ver	vel	107.	10.	propoſit	proponit	ibid.	21.
nos tui	noſtri	108.	28.	ſeptram	ſe petram	295.	30.
pergere	peregre	110.	32.	de ipſo	de ſe ipſo	306.	40.
in	deleatur	113.	14.	fugendos	fugandos	307.	12.
eitam	etiam	114.	6.	oponenda	opponenda	320.	47.
caput	corpus	119.	23.				

Digitized by Google

REGISTRVM.

a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd

Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx.

Omnes ſunt duerni.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google